R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
8
56 H
15

8. 56. H. 15

8,56,H,15

GVILIELMI EYSEN-
GREINEI DE NEMETO SPIRENSIS.

Centenarij XVI.

CONTINENTES DESCRIPTIONEM RE-
rum memorabilium, in Orthodoxa et Apoſtolica CHRI-
STI Eccleſia geſtarum, Pontifices Romanos, Concilia, Con
uerſiones regionum, Religiones, Vitas Sanctorum, Mira-
cula, Martyria, Scriptores, Tribulationes & Exaltationes
Eccleſiarum, Hæreſes atq; Schiſmata: cum diligenti annota-
tione eorum, quæ contra veram, Catholicam, Chriſtia-
nam & antiquiorem, cùm maxima laude traditam
receptamq; religionis aſſertionem, infideliter
planè conſcribi depræhenduntur, ut Ve-
ritatis obiecto Clypeo, falſitas
ſcripto notetur.

ADVERSVS

*NOVAM HISTORIAM ECCLESIASTI-
cam, quam Matthias Flacius Illyricus, & eius Collegæ Magdenburgi-
ci, contra Verum DEI cultum, ueraſq; Eccleſiæ Catholicæ
Cæremonias, ſcriptis Vetuſtiſſimorum Hiſtorico-
rum deprauatis & corruptis,
nuper ædiderunt.*

Centenarius I.

SALVO IN OMNIBVS SANCTÆ SEDIS
Apoſtolicæ iudicio, cui nos ſubijcimus.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſareæ ac Regiæ Rom. Maieſtatis.

INGOLSTADII APVD ALEXANDRVM
& Samuelem VVeiſſenhornios fratres.

M. D. LXVI.

PARTES HISTORIÆ
Eccleſiaſticæ.

I. Summi Pontifices & Eccleſiarum Epiſcopi.
II. Sacræ Synodi.
III. Religiones & Monaſticæ Philoſophiæ cultores.
IIII. Conuerſiones regionum ad fidem Chriſtianam.
V. Vitæ, Miracula atque Martyria Sanctorum.
VI. Scriptores & Scholæ Eccleſiaſticæ.
VII. Perſecutiones & Exaltationes Eccleſiarum.
VIII. Hæreſes atque Schiſmata.

DISTINCTIONES SINGVLARVM
Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ partium.

I. Romana & Italica Eccleſia.
II. Germanica.
III. Gallicana.
IIII. Hiſpanica.
V. Græca.
VI. Africana & Ægyptiaca.
VII. Syriaca & aliæ Aſiaticæ.
VIII. Inſularis.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI AC DOMIno noſtro, D. Pio V. Pontifici Maximo.

CHRISTIANISSIMO AC POTENTISSImo Principi ac Domino, D. Maximiliano II. Cæſari Auguſto, Hungariæ Bohemiæq́; Regi, Archiduci Auſtriæ &c.

AMPLISSIMIS ET ILLVSTRISSIMIS PRINcipibus ac Dominis, D. DANIELI, Sacræ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopo Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario &c. D. FRIDERICO, Archiepiſcopo Colonienſi, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Angariæ et Vueſtphaliæ Duci &c. IOANNI, Archiepiſcopo Treuerenſi, Sacri Romani Imperij per Gallias & regnum Arelatenſe Archicancellario &c. Principibus Electoribus &c.

REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO IN CHRISTO Principi ac Domino, D. Ottoni, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo Cardinali Sabino & Auguſtano, Domino atq́; Præpoſito Eluuangenſi &c.

SERENISSIMIS IISDEMQVE ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS AC *Dominis*, D. ALBERTO, *Comiti Palatino Rheni, Vtriuſq; Bauariæ Duci &c.* D. GVILIELMO, D. FERDINANDO, & D. ERNESTO, ALBERTI *filijs &c.*

GVILIELMVS EYSENGREIN DE NEMETO *Spirenſis, Salutem & gratiam in* CHRISTO *ſempiternam.*

EA, SANCTISSIME ATQVE Beatiſsime Pater, Imperator Potentiſsime, Chriſtianiſsimi & Sereniſsimi Principes, huius æui eſt infœlicitas, totq́; furijs perturbata Chriſtianorum Reſpublica gemit, ut vix credam ipſum mare fuiſſe inclementius, atrotioriq́; fremitu ac turbine CHRISTI exterruiſſe diſcipu-

 los,

loſ,dum ſublatis uocibus dormientem in nauicula ita ſollicitarent: Domine,ſalua nos perimus. Aut per diros Arrianorum furores & minas,quanquam latiſsimè ſe ſparſerant, plus obortum fuiſſe tumultuum. Quod ſeculum tot monſtris repletum? Tot apris vineam Domini Sabaoth deuaſtantibus? Tot draconibus non ſolum proxima, uerum etiam remotiſsima quæq; uenenatiſsimo prauorũ dogmatum halitu inficientibus? Tot leonibus & lupis gregem CHRISTI laniantibus? Deniq; ut mittam tauros, gygantes,centauros,cancros,tryformes Geryones,et ſi qua ſunt alia: Quæ unquam ætas tot πολυκεφάλοις hydris,ac tam uariè diſſectis ſectis abundauit, quibus plura indies capita pro uno quolibet reciſo ſubnaſcuntur? Quæ nam ætas, inquam, ſenſit uehementiores caſuũ inundationes? Aut iniquiora inhumanitatis ſigna? Aut imminentiora? Nàm peccatis noſtris ita exigentibus,permiſſa eſt à DEO peſtis hæc tam longè lateq; uagari,vt Eſaiæ illud Prophetæ dictum, rectius à nobis perfectiusq;,quàm vllo alio poſt Apoſtolorũ prędicationem tempore,proferri poſsit: Omne caput languidum,& omne cor mærens. Verùm eatenus tantũ dereliquiſſe uidetur CHRISTVS Eccleſiam ſuam,ut hoc exulceratiſsimo ſeculo, multos ſpiritus Beſeleelis artificis,diuina mente & conſilio præditos excitaret,qui cum literarum monumentis,tùm Annalium et monumentorum memoria,ueluti fulminibus de cœlo miſsis, cupiditate incredibili accenſi, nouos hos præſentium dogmatum præcones ſubuerterent,proſternerēt, conculcarent. Quòd ni factum fuiſſet, actum profectò de nobis, ac de tota DEI Eccleſia propemodum conclamatum extitiſſet,quam licet fluctuare DEVS quandoq; ſinat, mergi tamen nunq̃ permittit. Ah Petri nauicula quot fluctibus agitata es? Chriſtianorum reſpublica quot morborum generibus & peſtibus laboras? Quis CHRISTI fidelium non uidet quibus præſtigijs,quibus technis, qua crudelitate conati ſunt Hæretici Eccleſiam obruere? At illa ſemper inuicta perſtitit,

Math. 8. Marc. 4. Luc. 8.

Eſai. 1.

perſtitit, nec perſtitit tantùm ſed etiam victrix perculit omnes. Non communis patriæ hoſtis, non qui maieſtatem Eccleſiæ minuit, de hac unquam triumphauit. Nec incaſſum CHRISTVS Petro dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Manet firma eo quo cæperat ſtatu, impugnatur quidem, calamitates ſuſcipit, ſed non imminuitur: fulminum iactus percipit, atqui non labefactatur. Hæc mater eſt ſpiritalis, CHRISTI ſponſa eſt. Hanc coronauit altiſsimus miſericordia & miſerationibus. Hæc cum conſumationem expectat, finem neſcit. Deuicit illa Samoſatenum, Arrium debellauit. Sabellium ſubegit, Ætium abduxit. Manichæum extinxit, Vigilantiũ confodit, omnes hæreſes cuiuſcunq; generis proſtrauit, confregit, edomuit, euulſit ſtirpitus. Quocirca ſtate mecum vos CHRISTI fideles, accipite armaturam DEI, vt poſsitis reſiſtere inſidijs diaboli. State lumbis circumcinctis baltheo per ueritatem, induti lorica iuſtitiæ & calceati in præparationem Euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsima ignea extinguere. Sancta atq; expedita conſilia tua Pater beatiſsime prodeant, paſtorem te cogita: Heli Heli ne obliuiſcaris, qui in filios Ophni & Phineen negligens, iuſtam promeruit uindictam, iſtius ſocordiæ pœnam collo & ceruicibus ſuis ſuſtinens, peremptis liberis, ablata arca. Sentiant te iudicem, qui patrem non agnoſcunt: Sentiant ſeuerum, qui hactenus lenitate tua ſunt abuſi. Simili quoq; ratione tu inuictiſsime Cæſar, totius orbis Chriſtiani protector, qui à maiorum magnanimitate & pietate minimè degeneras, ſed ueluti hæreditariam accepiſti uirtutem, maiorum religionem tuearis, alas fidei propugnacula, tuis humeris innixa eſt patria: Qua nihil dulcius, nihil charius in vita eſſe debet: hác qui conſeruarint, adiuuerint, auxerint, æterna poſſidebunt gaudia. Verè regium, magniq; animi eſt, malè audire, cùm benefeceris. Fer ſuppetias obſecro lucifere Sanctæ

Matth. 16.

Ephes. 6.

1. Reg. 4.

Pſal. 19. Romanæ Eccleſiæ. Dominus erit protector vitæ tuæ, mittet tibi auxilium de Sancto, & de Syon tuebitur te: tribuet tibi ſecundum cor tuum, & omne cõſilium tuum confirmabit. Vos Principes Catholici, quibus orbis conditor huius ingentis nauigij gubernacula credidit, expergiſcimini: imò tot tamq; crebris cõcuſsionibus experrecti, inſpicite grauiſſimam neceſsitatem: laborat ex omni parte vaſtiſsimis fluctibus mirum in modum iactata nauis Eccleſiæ. Reuoluite Annales, & uidebitis peiora nõ irrepſiſſe in orbem. Cognoſcite tandèm, DEO vos rationem reddituros eſſe propter Eccleſiam: quæ vna eſt periclitantium animorum portus & aſylum, aflictæ conſcientiæ ſolatium. Ibi ſit omnis veſtra cura, omnis cogitatio, omnis labor, præcipua ſpes vitæ æternæ. Hic primus & vnicus ſit ſcopus, hoc votum, hoc vnum agite. Hæc Patres veſtri præſtiterunt, Auguſtini, Ambroſij, Hieronymi, Gregorij, Conſtantini, Gottfridi, Ottones, Henrici, Caroli Magni, & pleriq; alij, qui omnes indefatigabili ſtudio, Sanctam Romanam Eccleſiam, omnium rerum affluentibus copijs locupletarunt. Euoluite obſecro veteres & recentes hiſtoriarum libros, atq; conferte horum temporum mores. Quod variarum hæreſum monſtra hodie Chriſtianorum alit Reſpublica? Vt enim reliquorum ineptias & portenta prudens omittam, quis eſt, qui noſtri temporis hæreticorum impios conatus ignoret? Et licèt vno ſint edocti præceptore omnes Catholicæ Eccleſiæ hoſtes, plus tamen alijs videtur laborare Illyricus, vt vineam noſtram deuaſtet. Cuius rei euidentiſsimum argumentum eſt Eccleſiaſtica Hiſtoria, quam cùm alijs, qui in vnius Lutheri & Caluini dogmata coniurarunt, conſcripſit. Quàm ſpectata vero fide & promiſſorum conſtantia ſingula enumeret, & quot centenarios mendaciorum interſerat, etiam mediocritèr in literis verſatus facillimè inter legendum animaduertit. Hinc ego pietatis zelo, & Principum virorum conſilio motus, reſpondere decreui, eò potiſsimum, quod ſubuerſores iſtos, in-

 uſitata

vſitata rabie, petulanter impias ſuas aſſertiones, mordicus ſuſtinere ac defendere, & beluarum more, vi & armis decertare aduerterem. Cogitaui mecum ipſe ſæpius, ſi quid nouæ alicuius medelæ, lethali huic morbo afferri poſſet, quò ſanitatis aliquid mentibus licèt inſaniſsimis adhiberetur, non quidèm vt noua aliqua conſcriberem, iam enim mundus plenus eſt ijs, qui contra hos ſcripti ſunt libris, vt nihil in hoc genere ſuperſit amplius, quod ſcribatur: Sed vt veram, eamq; continuam ad noſtra tempora Eccleſiaſticam Hiſtoriam, ex eruditiſsimorum hominum, & omnium conſenſu approbatorum ſcriptis collectàm contexerem, in qua hæreticorum errores & blaſphemiæ, ità conſpectui omnium proponerentur, vt niſi quis vltrò, vel ipſas tenebras in meridie palpare, ac prudens (vt dicunt) & ſciens, in inferni barathrum præcipitari voluerit, his vlterius decipi & implicari nequeat. Nàm cùm non quieſcat ſtygius ille veterator, millies execrandus, hominum ſaluti inſidiari, atq; id quidèm nõ per ſe, ſed per cacangelos & ſpiritus impoſtores, temperare mihi non potui, quin cruentiſsimorum pſeudomyſtarum fucum detegerem, idq; per claſsicos & grauiſsimos pietatis authores, religioniſq; aſſertores præcipuos, quos θεοδιδάκτους vocamus, qui (vel ipſis hæreticis inuitis, contra quos præcipuè eduntur, teſtibus) ſcriptores ſunt illuſtres, omnibus probati, & fide longè digniſsimi, ex quibus tanquàm ex amæniſsimo prato, ſelectiſsimas hiſtorias decerpſimus, quaſi ſemina quædã præcioſorum aromatum. Legatis ergò hæc omnia pede inoffenſo, & Sanctis DEI, fide CHRISTI & charitate munitis, omnia poſsibilia fuiſſe non dubitetis, iuxta Apoſtoli ſententiam: Omnia poſſum in eo qui mecõfortat. Non ſpe- Philip. 4.
ctetis verborum hic corticem, ſed medullam: non carnem, ſed ſpiritum: non verborum duritiem àc inconcinnitatem, ſed materiæ àc rei maieſtatem, quæ eſt cauſa fidei. Nam vt in nummo non ſpectatur elegantia ſculpturæ, ſed pondus àc materia: Ità nõ refert quàm elegans ſit oratio, ſed quàm grauis

&vtilis

& vtilis. Indulgendum eſt ætati illi, quæ non nimis elegantes habuit ſcriptores, imò gratiæ ei habendæ, quæ fecit quod potuit. Indulgendum etiam Eccleſiaſtico ſtylo, qui, vt in Epiſtola ad Leandrum Epiſcopum D. Gregorius ait, reſtringi non vult ſub regulis Donati. Sat fuerit res geſtas illius temporis fideliter fuiſſe poſteritati traditas, & nihil de veritate prætermiſſum: Sin autèm paulò incultiori ſtylo res illa acta, hoc ætati magis illi ſenticoſæ & hiſpidæ, quàm voluntati tribuendum. Sed forſitàn ſuperuacaneo me deſudare labore exiſtimetis, cum pleriq; excellenti ingenio etiàm noſtro tempore præditi, eadem vel conſcripſerint, vel ab alijs conſcripta prælo commiſerint. Nonnè & Euſebium? Nonnè Theodoretum, Sozomenum, Socratem, Nicephorum? Nonnè & Naucleri doctiſsimi viri, & Micaëlis Buochingeri recentiſſimam Eccleſiæ Hiſtoriam, aliaq; huius generis plurima opponetis, vt in hoc paleſtræ genere nihil ferè amplius deſiderari poſſe videatur? Cùm ergò quæ dici poſſe videbãtur iàm anticipata ſint, et ſuperflua ſcribere omninò vanum, de iiſdem vero moleſtum, nunquid ridiculum non etiam fuerit? Non abnuo. Et horum quidèm omnium indefeſſum ſtudium, & pientiſsimum in ſcribendo zelum ſumoperè commendo. Sed aliud eſt ad Catholicos viros ſcripta dirigere, quod fecerunt illi, aliud cum hæreticis pugnare cominus, eosq; hoc ſcriptorum genere cõuincere, quod nos modò facere propoſuimus. Sicut & alia pacis ſunt, alia belli tempora, itemq; arma alia, veſtis & equus iter facienti homini, atq; militi eunti in prælium neceſſaria. Vndè meritò locum mihi dari, etiam poſt omnes ſcribendi viſum eſt. Fer igitur opem CHRISTE, qua defendar ab improborum morſibus, habe quæſo rationem calamitatis noſtræ, & exaudi me Domine DEVS. In
Pſal.24. te Domine confido, non erubeſcam, Catholicæ Eccleſiæ aduerſarium aggredientem, cõtra ſectariorum impreſsionem, gladio ſancti Spiritus tuearis. Quid verò timebo, qui propitiatorem habeo DEVM? Excita Domine potentiam tuã

& veni,

& veni, & quod Eccleſiæ tuæ promiſiſti, uſq; in finem ſeculi clementer operare. Tu rurſus DEIPARA virgo, eum qui ex te genitus eſt exores, multa enim poteſt oratiò matris ad conciliandã Domini beneuolentiam, ne deſpicias peccatorum ſupplicationes omnium caſtiſsima, quia miſericors eſt, & adiuuandum potens, qui & pro nobis pati dignatus eſt. Te quoq; cœleſtium exercituum Imperatorem, Micaël Archangele, deprecor ſemper ego indignus, vt tuis interceſſionibus me defendas, protectione alarum gloriæ tuæ, me protegens iugiter ſupplicantem à periculis liberes, vt qui es cœleſtium virtutum Imperator. Sic Domini auxilio fretus, etiamſi variæ gentes circumdederint me, nihil ſollicitus ero, & licèt vltra Getas & Ryphæum cœlum relegarer, non me uinea illa Engaddi negabit, facilè perdam omnes, nullo negocio vel ſingulos ſubuertam. Viſum autem eſt commodiſsimùm, in hac noſtra Eccleſiaſtica Hiſtoria, ſingula rerum factarum ſecula diſtribuere: eaq; ratione quolibet libro centum annos, vnde centenarios appellamus, complecti. Reliquas rurſus res partibus octo, quaslibet vero partes totidem diſtinctionibus, tanquàm certis quibuſdam claſsibus comprehendere, tùm vt res ipſæ rectius intelligi poſſent, tùm vt in quolibet libro idem methodicus ordo, qui facillimus quidem eſt, obſeruaretur. Sunt autem partes: De Summis Pontificibus & alijs Epiſcopis: De Concilijs: De religionibus & Monaſticæ Philoſophiæ cultoribus: De conuerſionibus regionum ad fidem Chriſtianam: De vitis, miraculis, atq; Martyrijs Sanctorum: De ſcriptoribus & Scholis Eccleſiaſticis: De perſecutionibus & exaltationibus Eccleſiarum: De Hæreticis atq; Schiſmaticis. Núnc quæuis harum partium ſubdiuiditur in ſuas diſtinctiones: Quarũ prior primæ partis Summos Pontifices Eccleſiæ Rom. & reliquos Italiæ commemorat Epiſcopos: Secunda Germanos: Tertia Gallicanos: Quarta Hiſpanos: Quinta Græcos & Conſtantinopolitanos: Sexta Africanos & Vicinos Ægyptios:

Septima Syriacos & alios Aſiaticos: Octaua & vltima Inſulares. Hiſce reliquæ partes omnes ſunt conformes, nec mutatur iſta ratio in Centenarijs. Longius iſta nonnihil proſequeremur, ſed quià methodus per ſe clara & dilucida, hiſce diutius immorari noluimus. Hoc nunc veſtrum erit Pater Sanctiſsime, Imperator inuictiſsime, Præſules ampliſsimi, Principes ſereniſsimi, hoc inquam erit veſtræ humanitatis, inprimis in propenſam erga Catholicã Romanã Eccleſiam, Apoſtolicas conſtitutiones, fidei dogmata, conſuetudines generales, veſtri Clientis intueri voluntatem, hocq; ſpectatum fidei ſymbolum eo animi maiore alacritate complecti, quo & ego maiora ſi poſſem libentius elargirer, meq; in ea pectoris veſtri parte cõfouere ac conſeruare, in qua hucuſq; locatos & conſeruatos pios omnes & Orthodoxos ſcriptores agnoſco. Sic vos omnipotens Dominus diu fœlices ac ſoſpites, in hac vita conſeruet: & poſt eam, ad cæleſtis regni præmia fœliciter perducat. Ingolſtadij, Calend. Septembr. Anno à CHRISTI Seruatoris noſtri Natali, M. D. LXVI.

AVTHOR, MATHIÆ FLACIO ILLYRICO, CATHOLICæ Eccleſiæ Aduerſario.

DEPOSITO SVPERBIAE FAſtu, quo plenus orbi terrarum gentiumq́ omnium uehementius inſultare cæpiſti: ſubducta omni procul tergiuerſatione cæca & temeraria, qua quædam in ſcripturis ſacris aut penitus falſa, aut aliqua ex parte, prout ratio tui negotij poſtulat, deprauata dicis: longiſsimè diabolica illa ſimulatione atq́ fallacia, qua ignaras diuini myſterij mentes, tibiq́ credulas inuadis, decipis, ſubornas, remota: authoritati totius Eccleſiæ ſanctæ, ſimplici & dilucidæ diuinarum ſcripturarum expoſitioni acquieſcas: ut ſic uel maximè teipſum, uel qui opinionē cōſequuntur tuam, de tenebris erroris ac profundo iniquitatis eruas: perceptis rationibus miſerante DEO *reſipiſcas, & ad ueram fidem, quam ſancta profitetur Eccleſia, conſilio ſalubriori redeas.* Optimus *enim portus eſt pœnitenti, mutatio conſilij. Scripta Patrum Hæreſiarchæ ſuperiorum quoq́ temporum ſtudioſè deprauarunt, & multos Apollinaris libellos per inſcriptiones ipſas Athanaſio atq́ Gregorio mirifico illi, & Iulio attribuerunt, ut ſic ad impietatem ſuam multos pertraherent. Imò pudeat, gloriando mentiri tot Martyres, quibus Propheti ci ſpiritus indicium, impudentiſsimè per collegas tribuis: Habuerūt & aliæ hæreſes commentitios & fictos Martyres, quod uidere licet ex libro tertio Sancti Apollinaris Hierapolitæ contra Montaniſtas, ubi inter reliqua hæc commemorat: Siquidem & aliarum hæreſum nonnullæ quàm plurimos habent Martyres, non ideò tamen pedibus in illorū imus ſententiam. Ac primiſtatim à Marcionis ſecta Marcioniſtæ dicti, plurimos habere Martyres feruntur: Veruntamen* CHRISTVM *ipſum, iuxta ueritatem non profitentur. Et paulò poſt: Proindè cum Chriſtiani ex Eccleſia, ad Martyrium & profeſſionem ueræ fidei & pietatis, unà cum eis Martyribus qui Phrygum hæreſis dicti ſunt, uocantur, ſeorſim, nec aſſentientes eis, neq́ cum eis communicantes, moriuntur, propterea quod nolint in Montani mulierecularumq́ eius ſpiritus ſententiā concedere. Id autem uerum eſſe, quod noſtro quoq́ æuo Apamæ, quæ ad Mæandrum fluuium ſita eſt, accidit, exemplum declarat, in Caio & Alexandro ab Eumenia Martyribus, qui de recta fidei ſententia et opinione decertarūt. Hæc quidem Apollinaris. Communis enim pietatis & religionis noſtræ aduerſarius & hoſtis, cum ſaluti hominum ſit inimiciſsimus, omnes expertus artes, dolum talem excogitauit, ut uiri ſeductores & impoſtores Chriſtianum ſibi uſurpantes nomen, ſimul & quos cæpiſſent fideles in foueam perditionis impellerent, ut qui*

Monachi Paleſtini ad Alciſonem ſcribentes.

Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib.16.cap.28

Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib.4.ca.24.

Pſeudoprophets, qui neq́ timore neq́ tremore ducitur in conſternatione animi ſiniſtra, á non uoluntaria incipit inſcitia, & in uoluntariā definit animæ inſaniam. Euſeb. lib 5. cap.17.

technas illorum ignorarent, eis ſani & ſalutaris VERBI diſcendi ſtudium
Marc.9. Matth.18. Luc.17. & deſiderium corrumperent, & deprauarent. Dies noctesq́ue, uerba Domini comminantis ei, qui de puſillis ſuis aliquẽ ſcandalizat, animo & cogitatione comprehendas. Tota mente atq; omnibus artubus contremiſcens, increpationem
1.Corinth. 8. Apoſtoli ad ſuperbam Corinthiorum gentem ſcribentis & dicentis: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in CHRISTVM peccatis: oculis proponas. Quo peccato plurimum detineris, ſubuertens eos qui tibi neſcientes reſiſtere, contemplantur ea quæ uidentur, non ea quæ non uidentur. Sed firmum DEI fundamentum ſtat immobile, habens ſignaculum quo diſcedit ab iniquitate, quia inuocat nomen Domini: nequaquàm ſine graui ſcandalo ferens, quod non contentus ut peruerſus peruerſa dicas, niſi etiam uenenata ſcripta per uenenatos collegas tuos in diuerſas regiones tranſmittas: & tu praui propoſiti ſacrilegus uiolator, contrà Catholicam ueritatem, contrà omnium Eccleſiarum opinionem ſcriptum proferas, cui, confiſus de CHRISTI miſericordia, reſpondere decreui. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ libro tuo titulus tribuitur: Argumentum uerò & materia noui operis, Doctrinæ Eccleſiæ & Hæreſum tractationem continet. Hæreſes rurſus inſigniores huius temporis non Hiſtoricè narrantur, ſed ut ſanæ Eccleſiæ Doctrinæ non absq; magna fraude inſeruntur, approbantur & confirmantur. Quæ tractatio & diiudicatio non ad Hiſtoricum, ſed ad Eccleſiæ Doctores, ipſamq́ue adeò Eccleſiam pertinet. Quid igitur Illyrice agendum? Quo pacto reſpondendum? Veterumnè Hiſtoriarum ueritas & integritas prorſus immutanda? Minimè. Cum enim Hiſtoria nihil ueritate charius habeat, nihil fraude & garrulitate mordacitateq; indignius, quæ etiã legib. ſuis certiſsimis cõſtat, extra quas diuagari non uult, ſed in iis arctiſsimè religioſiſsimeq; uerſari, cõſiſtereq;, ſanè qui hanc legem, utpote primam potiſsimámq; prætergreditur, quo iure quóue merito Hiſtoriographus cenſebitur? Pro facultate ergò temporum & lege Hiſtoriarum, tibi quidèm reſpondere propoſui, ità tamen, ut Hiſtorica Hiſtoricis, Theologica Theologicis, ſeparatis tamen refutarem ſcriptis: nè quòd tu magis elaboraſti, rude aliquod chaos, diuerſa & repugnanti congeratur materia: qui ſpinis roſas interſeris, et albis atq; nigris coloribus phantaſma tuum depingis. In hac noua tua, mendaci uel ficta atq; fabuloſa hiſtoria, ſæpè unum & eundem doctrinæ articulum, in diuerſis locis ter, quater, & eò amplius tractas, & cum magno lectoris tædio repetis. Materias ità inter ſe confundis, ut nullus hic tractandis methodicus ordo, quem ut plurimum tamen ad aſtra tollere conaris, quæſitus & obſeruatus eſſe uideatur. Vbi quæſo Illyrice, ubi, ut quidèm Hiſtoriæ lex poſtulat, res quæ in ea deſcribuntur, narrantur tantum, non iudicantur? Vbi ſecundum qualitatem & conditionẽ perſonarum, locorum, temporum, aliarumq; circumſtantiarum, debito ordine ſingula ſunt deſcripta? In hac enim noua tua Hiſtoria, uera nè ſint an falſa quæ in ea narrantur, diiudicare non eſt difficile. Vbi ergo Hiſtoriæ locus, cum niſi uera ſit, neq; nomen Hiſtoriæ habere

bere meretur? Pontificum Romanorum delicta, ſi modo fuêre, exaggerantur: benè & honeſtè acta diſsimulantur. Veterum Hiſtoricorum fides & authoritas imperitiæ & erroris arguitur. Decreta Sacrorum Conciliorum, & Eccleſiæ Catholicæ piæ conſtitutiones & ordinationes repudiantur. Sanctorum Patrum ſcripta deprauata & corrupta referuntur. Et (pròh dolor) Diuorum celebritates, Martyria, merita atq; miracula, quorum opera etiam dæmones confitentur, quaſi ficta & erronea condemnantur. Quæ cur reijcias, irride àſue, nullam afferre rationem poteris, niſi quod fingis eiuſmodi eſſe prædicatu ridicula, creditu abſurda, humanum denię; intellectum reſpuentia: quaſi uerò quicq̃ ſit coram DEO uel difficilè uel impoſsibilè, qui uirtutem altiſsimam ſuam exercere in membris ſuis ſolitus, glorificari inter gentes uoluit. His & alijs certiſsimis ſanè & pernicioſiſsimis erroribus tuis commotus & coactus, pietatis Chriſtianæ zelo flagrans, ad tuendam ueritatem, te Patrum uigilijs, non meis affectibus conuincere, quantum uiribus eniti, conſilio prouidere, authoritate monere potero, contendam: Nàm licet ueritas odio ſit, tamen ad extremum ipſa perpetuò uincit.

D.Ambroſ. ſermo. 91. De S S. Geruaſio & Protaſio.

PETRI DAMIANI
MACHERENTINI CARMEN
ad Catholicum Lectorem.

Cadmæi iecêre iterum Babylonica fratres
Fundamenta, quibus nihil inconſtantius uſquam
Extitit, infirmis ſic nutant omnia muris.
Stercora facta loco cœmenti tetra, fimusq;,
Quo tam cœnoſæ iungantur mœnia turris:
Funditus horriſono cadet hinc quaſſata fragore.
Vrbs antiqua, nouæ fidei, eſt Aquilonis ad oram
(Omne malum pandetur ab hoc) de uirgine ſumens
Nomina, Germanum totum benè nota per orbem.
Gens Titana ſuis expulſa à fratribus atra,
Huc primum profugi ſedem fixêre ſecundæ
Structores Babylonis, & hinc uomuêre uenenum,
Prodijt hinc luſtri ſpacio iam, grande uolumen
Vipereum, quo non aliud mendacius ullum.
Lœdorijs, & ſcommatibus ronchiſq; refertum,
Auriculaſq; Mydæ monſtrans, iuuiſſe uidetur
Sic implere ſimul congeſta hæc ſcommata chartas.
Si quis fortè cupit ludi nouiſſe choragum?
Dicitur Illyricus, Germanis notus in oris,
Nuper Apellæa (memini) qui ritè tabella
Pictus, ſetigero deſcendit ad infima capro
Tartara. (Lipſenſes opus hoc pinxêre Magiſtri)
Quondam Heroſtratus, ut cito poſſet ἀοίδιμος eſſe,
Flammiferas Epheſina faces in templa Dianæ
Sacrilego proprijs manibus proiecerat auſu.
Tale fuit ſtudium Flacio ſocijſq;: laborem
Dum ſubeunt, ſtipulas, ſtramenta agreſtia circum
Impuris uoluunt manibus, quibus ardeat alma
Antiquæ fidei uitæq; Eccleſia mater.
Hiſtoriam dixêre, queant qua cuncta doceri
Geſta, cruces, quibus eſt agitata Eccleſia multo
Tempore. Vàh quantum lectorem INSCRIPTIO fallit?
Hiſtoriæq; fides quantum neglecta uidetur?
Nil fidei uel Apoſtolicæ, uel relligioni
Parcitur antiquæ: Canonum reuerentia nulla eſt

Obſeruata,

Obſeruata, ab Apoſtolico qui ſunt grege nobis
Sacrati: monumenta Patrum truncata citantur:
Ritus Democriti ridentur more uetuſti:
Pontificum nihili faciunt Decreta piorum
Sancta, Theonino lacerantes omnia dente.
Si quis fortè roget, quo iure hæc omnia ſpernant,
In promptu ratio eſt: Diſcernere cuncta iubemur,
Sintne Euangelio benè conuenientia noſtro:
Scilicet: hoc monachum ſapit, hæc eſt fabula mendax,
Hæc inuenta hominum, præcepta Papiſtica, at illud
Vana ſuperſtitio, liber hic mendoſus habetur,
Obſcurus quondam monachus fuit illius autor.
Talis in hiſtoria eſt horum diſcretio tota.
Vndè probant? Quia cuncta docent contraria nobis.
Hui Critici, uaſto quid promeruiſtis hiatu?
Cenſores tetrici miſcentes ſacra profanis.
Illa manent inuicta, rute CONFVSIO ueſtra,
Quam quia ſub ſcamno dixit latuiſſe Lutherus,
Iure redit languens ex quo tetra prodijt ante.
Quod reliquum eſt ſectæ, doctiſsima turba uirorum
Catholicôn, ſcriptis ſanctiſq; laboribus ultrò
Confundet, quorum eſt nunc EISENGREINIVS unus,
Quem pietas, quem relligio, quem zelus auitæ
Commouit fidei, fucos nudare doloſq;
Illyrici, quibus hiſtoriam conſperſerat aſtu.
Attamen hic meliore fide, grauiuſq; recenſet
Quæ malè torta prius pars aduerſaria ſcripſit.
Hic ſunt dicta Patrum formalia, nilq; cerebro
Effictum proprio, non ſomnia cœca diurnis
Sunt mandata typis, illi hoc fecêre ſuperbè:
Hic ſuaues uiolæ ſunt, myrrha, roſæq; crocuſq;:
Illic ſunt tribuli, ſpineta aſperrima circum.
Ergo quiſquis aues cœleſti paſcere mentem
Gramine, odoriferum hunc lætus ſpaciare per hortum.
Indicat acta tibi, quibus eſt Eccleſia centum
Nunc uexata diu, nunc exaltata per annos.
Conſuluiſſe boni lectorem ubi ſenſerit autor,
Subiunget paulatim alia, & meliora. Valeto.

FINIS.

GVILIELMI EYSENGREINEI DE NEMETO SPIrenſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

Centenarius I.

PARS I.

DISTINCTIO. I.

DE SVMMIS PONTIFICIBVS ET reliquis per Italiam Epiſcopis.

IHESVS CHRISTVS.

IHESVS CHRISTVS, FILIVS DEI & hominis: hominis quidem propter poſtremam ſuam per aſſumptam carnem humanitatem, & propter Adam, & propter Virginem, ex quibus extitit, ex illo quidem tanquàm primo maiorum parente, ex hac autem tanquàm matre, lege & nō lege generationis (ut loquitur Gregorius Nazianzenus Theologus) Seruator eſt mundi. Rex cœli & terræ, non tantum Rex Iſrahel & Zion: Lux mundi: Dominus Dominantium: DEVS Deorum: Princeps patis: Vnigenitus filius DEI uiui, quoniam annunciauit uoluntatem Patris hominibus. Magni conſilij Angelus, quia in mundo magnum conſilium prædicabat. Primogenitus omnium creaturarum, per quem creata ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil quod factum eſt: Imago & ſplendor cœleſtis Patris ſui, cui conſubſtantialis exiſtit per omnia: Hæres uniuerſorum: Oſtium, quoniam per ipſum ingredimur: Via, quoniam per ipſum uadimus: Columna, quia ipſe eſt fundamentum ueritatis: VERBVM in principio apud DEVM, in quo uita, DEVS uerus de DEO uero, in quo plenitudo diuinitatis, unus cum Patre. Mediator DEI & hominum: Caput Eccleſiæ: Corona ſanctorū omnium: Summus Pontifex, quoniam in corpore ſuo ſeipſum Patri obtulit pro hominibus, ipſe Sacerdos, ipſe uictima: Seipſum quidem obtulit, pro omni uerò creatura Pontificatum geſsit, D. Epiphan. lib. 2. Hæreſ. 68. Iuxta illud diuini Dauidis oraculum: Sacerdos factus eſt in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Pſal. 109. Qui non factitio oleo ad ſacrorum miniſterium unctus, ſed ab ipſo DEO & Patre ante ſecula condita, ſempiternum ab æterno, & in æternum ſacerdotium, tanquam munus quoddam & honorem præcipuum obtinet,

Summus omnium Pontifex eſt CHRISTVS

C Niceph.

Niceph. Eccleſ. Hiſto. lib. 1. cap. 4. Propter quod & Apoſtolus. Heb. 7. dicit: Talis decebat ut eſſet nobis Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus. Fons ſapientiæ: Typus ſanctimoniæ: Magiſter ueritatis: Petra iuſtitiæ: Veritas: Iuſtitia: Redemptio: Reſurrectio: Agnus DEI, propter innocentiam, & quod per ipſum peccatum ab hominibus ſublatum eſt; in eo, quòd ipſe Patri oblatus eſt ouicula ad mactationem. Nam uenit ut pro nobis pateretur, paſsionis exors, quò nos Saluaremur. Paſtor bonus: Propheta magnus, ac potens idem in ſermone & opere: Reparator æternæ ſalutis: Propitiatio pro peccatis: Porta cæli: Nubes, quia intexit filios Iſrael: Manna, & panis cœleſtis, quia per ipſum alimur & ſanctificamur. Monarcha uiſibilium pariter & inuiſibilium omnium, quem adorant Angeli, tremunt diaboli. Archiatrus utriuſq; hominis: Architaumaturgus ſolus: Mors mortis: Domitor inferni: Victor Sathanæ: Interfector Antichriſti: Antiquator Iudaiſmi: Deſtructor Ethniciſmi: Iudex tam uiuorum quàm mortuorum: Lapis, qui offendiculum fuit Iudæis, nobis autem fundamentum ſalutis. Lapis angularis, qui conſtruxit uetus & nouum teſtamentum, circumciſionemq; ac præputium in unam unitatem: Supremus apex ſacri ædificij: Cardo uirtutum: Pulchritudo rerum: Specioſus forma præ filijs hominum, in cuius uultum deſiderāt Angeli proſpicere: Refrigerium animarum noſtrarum: Conſolatio: Gaudium: Voluptas noſtra: Legifer noſter: Doctor noſter: Verus & fidelis Martyr & teſtis: Virtus uirtutum, & puritas infinita. Candor lucis æternæ: Sanctus ſanctorum, cùm & ſanctitas eius creata omnium creaturarum ſanctitatem ſimul ſumptam excedat, propter quod de ipſo legitur apud Eſaiam, cap. 53: Iniquitatem non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Habuit enim omnium diuinorum chariſmatum plenitudinem, gratiamq; tam perfectam, quòd maior creaturæ communicari non poteſt, Dioniſ. Carthuſ. ſup. Ioan. Arti. 23. Princeps Sanctorum omnium: A & ω: Principium & finis, ſine quo nemo ſanctus fuit, eſt, eritq;. Quem nouit, credit, diligit, colit & ſequitur Eccleſia DEI ab initio per uniuerſum orbem diffuſa, quæ eſt cōmunio ſanctorum DEI, fœliciſsimè perſuaſa, ſe DEVM OPT. MAX. DEVM uerum, DEVM uiuum noſſe, credere, diligere, colere ac ſequi, cum hunc IHESVM CHRISTVM, cornu ſalutis noſtræ, duce uerbo ipſius, in ueritate nouit, credit, diligit, colit & ſequitur.

Sanctus Sanctorum CHRISTVS.

Summus ille DEVS ac parens omnium, cùm uerſutam malitiam, fallacem nocendi rationem, & falſorum cultus Deorum, orbem omnium occupaſſe terrarum, ac iam quidem nomen ſuum ex hominum recenti penè memoria ſublatum uideret; appropinquante termino, quo religionem ſuam, ſecundum illud diuinitus afflatum Dauidis oraculum: Populus quem non cognoui, ſeruiet mihi: Pſal. 17. Ad nouos ueritatis cultores, transferri uolebat; unigenitum filium ſuum, nuncium & Doctorem in mundum miſit, ad erudiendos mortales præceptis iuſtitiæ ſuæ. Nam ſcire licet, Adam, qui noſter primus parens fuit, feciſſe contra quàm DEVS mandauerat, ac ob id incidiſſe in pœnam ab ipſo DEO conſtitutam, amiſiſſeq; donum iuſtitiæ originalis, & illud peccatum cum pœna in omnem poſteritatem deriuatum, atq; per peccatum mortem ſubijſſe. DEVS igitur miſericors, uolens homines, quos creaſſet, haud perditos, quippe qui ſeipſos ita delictis inquinatos

liberare nõ poterant, tandem miſit IESVM CHRISTVM filium ſuum, qui per ſanguinem ſuum redimeret nos, DEVMq́ Patrem placaret, & idem Pater ſibi genus humanum reconciliaret, quando idem DEVS, ut ait Paulus ad Corinth. Epiſtola 2. cap. 5. erat in CHRISTO, quem propterea uoluit mortali carne indui, & in crucem tolli, & morte mactari, qui, ut uiua lex, nomen ac templum nouum conderet, pium cultum uerumq́ per omnem terram, uerbo & exemplo doceret. Sed tamen quò certum eſſet, à DEO miſſum, oportuit illum non ita naſci, ſicut naſcitur homo ex utroq; mortali genitus, qui ut cœleſtis appareret, cõciperetur ſine opera genitoris, & tum conciliator inter DEVM & homines, ad immortalitatem deduceret ipſos homines, & ſicuti homo præcepta ſuis factis approbando, cæteros parendi neceſsitate conſtringeret. Idcircò uoluit morti & afflictionibus cunctis eſſe expoſitus, ut ea tolerando, uti bonus Doctor, doceret illa quoq; poſſe perferri à quocunq; homine mortali, qui non ut humanus corpori ſeruiret, ſed, ut (quemadmodũ Origenes ex Apoſtoli ſententia ſuper Geneſim pulcherrimè admonet) exercens bona animi, cuiuſmodi ſunt, uoluptatum fuga, doloris atq; mortis contemptus, cœleſtis effectus, imaginem cœleſtis DEI acciperet. Venit ergò ad nos ſimiliter diuinus ac humanus Doctor, id eſt, perfectus DEVS, perfectus homo, qui VERBVM DEI, qui cum Patre ſemper, & Pater cum eo eſt unus DEVS. Ille tanquàm Sol: hic tanq; radius ex ſole porrectus: Ille quaſi fons, hic riuus: quià æquè una utriq; mens, unus Spiritus, una ſubſtantia eſt, ſicut ſolis lumen in radio, & aqua fontis in riuo. Sed quomodò ad nos uenerit CHRISTVS, & VERBVM caro factum ſit, nunc audiamus.

Cùm iam orbis terrarum pacatiſsimus erat, eamq; inter ſe humanæ gentes pacem agebant, qualis nunquã omnium ætatum memoria fuerat: Cùm Auguſtus Ianum geminum tertio clauſerat, Cyrino Syriæ præſidente, ex edicto fieri iubet, ut quicquid gentiũ Romano pareret imperio, id paſsim terris omnibus cenſeretur. Ado Vieneñ. Chron. ætat. 6. Notabantur autem, & capita hominũ & facultates. Vtq; expeditius id fieret, ac meliori ordine, quilibet iubebatur ad ſuam ſe ciuitatem cõferre, quò uidelicèt cuiuſq; familia pertineret. Hac neceſsitate excitatus Ioſeph, unà cum deſponſata ſibi uxore pregnante MARIA, Annæ & Ioachim filia, admiratione inter mulieres omnes digniſſima, ad ciuitatem ſuam Bethlehem, intra Iudææ fines ſitam, (quippe qui ex Dauide genus traheret) eſt profectus, nè quid de uaticinante Prophetia intercideret: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquàm minima es in Principibus Iuda, Michæ. 5. eam quam tum incolebat, Nazareth, relinquens. Erat ea illi aliena, ſed ibi tum domicilium habebat, quod Iudææ regio, proximis continuis bellis, nunc in huius, nunc in illius poteſtatem tranſiſſet, Nicepho. Sacr. Hiſto. lib. 1. cap. 10.

NATIVITAS CHRISTI.

En exemplũ obedientiæ erga ſuperiores.

Cenſus huius & deſcriptionis, quæ grauis admodùm Iudæorum genti fuit, ipſe ueritatis conſectator Ioſephus in 18. Hiſtoriarum libro meminit hiſce uerbis: Cyrenius, uir Senatorius, geſtis ordine alijs Magiſtratibus, cùm alia omnis generis dignitate clarus fuit, tùm ad conſulatum etiã peruenit. Is cum paucis in Syria erat, à Cæſare eò miſſus, ut ius diceret, iuſtitiamq; populo adminiſtraret, et præterea cenſum ibi ageret. Et poſt pauca deinceps: Iudas Gaulanites, ex oppido Gamala oriundus, Saddoco Phariſæo partib⁹ ſuis adiũcto,

 ad ſedi-

ad ſeditionem & defectionem plebem ſollicitabat, cenſumque nihil aliud quã meram prorſus ſeruitutem afferre prædicabat, populumque ad libertatem aſſerendam cohortabatur. Cui Lucas in ſacris Actis conſona quoque ſcribit: Poſt hunc, inquiens, extitit Iudas Galilæus, in diebus deſcriptionis, & per defectionem auertit populum multum. Perijt autem ipſe, & quicunque ab eo perſuaſi fuerant, diſperſi ſunt. Actor. 5. In 2. quoque belli Iudaici libro ità inquit Ioſephus; Vir quidam Simon Galilæus nomine, populares ad defectionem ſollicitauit, maledictis probroſè illos inſectans, ſi Romanis tributum pendere perſeuerarent, & ſecundum DEVM mortales ferrent Dominos.

Anno itaque ab exordio mundi, ſecundum Hebraicam ueritatem termilleſimò, noningenteſimò, ſexageſimo ſecundo: Secundum ſeptuaginta interpretes, eorumque ſectatores, quinquies Milleſimo, Centeſimo, nonageſimo nono: Vrbis uero conditæ Septingenteſimo, quinquageſimo primo: Olympiadis centeſimæ, nonageſimæ tertiæ, anno tertio: Ab Ægypto uerò ſubiugata, & Antonij uel Cleopatræ interitu, in quã nouiſsima Ptolomæorum apud Ægyptum regna ceciderant octauo & uigeſimo: Herodis trigeſimo tertio: Octauiani uerò Auguſti quadrageſimo ſecundo; CHRISTVS Dominus noſter, DEI filius unigenitus, & ſermo æternus, miſertus hominis, ut à Dracone decepti, è gremio patris ſeſe demiſit, caroque factus eſt de ſpiritu ſancto, & uirgine DEIPARA MARIA: natus ſecundum præcedentem prophetiam in Bethlehem Iudæ, oppido Dauid, homo manifeſtus ex homine Virgine, DEVS occultus ex DEO patre. Sic enim prophetia prædixerat. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμμανουήλ. Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium, et uocabitur nomen eius Emanuel: quod eſt interpretatum, nobiſcum DEVS. Euſebius Eccleſ. Hiſtor. lib. 1. cap. 2. & in Chron. Ado Vieneñ. Archiepiſcopus ætat. 6. Beda in libr. tempo. Epiphanius lib. 3. Tomo. 2. hæreſ. 78. Auguſt. lib. 18. cap. 46. de Ciuitate DEI. Conradus à Liechtenau Abbas Vrſpergeñ.

Tempus natiuitatis CHRISTI annotat Zonaras Annal. Tomo. 2. ἐν δὲ τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐγούστου μοναρχίας, ἐτέχθη ὁ ἐνανθρωπήσας ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς ἰησοῦς χριστός. Anno Imperij Auguſti 42. homo factus & natus eſt Dominus noſter & DEVS IESVS CHRISTVS.

Cur uero aliqui ſcriptorũ Eccleſiæ 44. Principatus Auguſti anno, uel 41. CHRISTVM natum aſſerant, quod Tertullianus atque Caſsiodorus fecêre, pulchre Auguſtinus lib. 2. de Doctrina Chriſtiana diluit: Ignorantia, inquiens, conſulatus, quo natus eſt Dominus, uel quo paſſus eſt, nonnullos coëgit errare, ut putarent 46. Annorum ætate paſſum eſſe Dominum.

Vigeſimus autem & quintus tum menſis Decembris erat dies, cum ineffabilis pietatis & amoris erga genus humanum, maximumque inenarrabilis partus perficitur myſterium: Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 1. cap. 12. natuſque puer circiter mediam noctem Dominicam, Antonin. Part. 1. Tit. 5. cap. 1. §. 2. inoffenſo matris utero, ſine dolore, & ſummo cũ gaudio, iuxta illud Eſaiæ cap. 35. Germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans: ut quæ diuini Spiritus hauſtu conceperat. Sanctum enim eſſe oportuit omni tempore altiſſimi tabernaculum, ut Prophetica uox multò prius teſtata eſt.

O rem admirandam, Virgo mater efficitur & permanet Virgo. Cernis nouũ naturæ ordinem. In alijs mulieribus quamdiu aliqua eſt uirgo non eſt mater.

mater. Nam quoſteà quā facta eſt mater, uirginitatem non habet. Hic autem utrumq́ nomen in idem concurrit. Eadem enim & mater & uirgo eſt. Nec uirginitas partum ademit, nec partus uirginitatē ſoluit. Decebat enim, ut qui uitā humanam introibat, ut homines integros incorruptosq́ ſeruaret, ab incorrupta ſibi deſeruiente integritate initum duceret. Gregor. Nyſſen. in orat. de Natal. Domini.

Naſcitur aūt filius ſine homine patre, qui fecit & ipſam matrē, Auguſtin. de Symbo. lib. 4. ex tribu Iuda, nobiliſsima quidē ob uetuſtatē et Imperium inter Hebræos, unde Propheta Iacob inquit: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec uenerit qui mittendus eſt; & ipſe erit expectatio gentiū. Geneſ. 49. Naſcitur, ut ſecundū hominē omnia patiendo pro nobis, à peccatorum nos uinculis liberaret. Sic enim Eſaias Propheta cap. 53. prædixerat: Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et rurſus: Ipſe aūt uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus.

CHRISTI Natiuitas quid homini conducat.

Naſcitur, ut nos, quos ſanguine redemit, à uitijs atq́ criminibus, non ſolum doctrinæ auxilio & gratiæ, ſed etiā exemplo ad ſtudiū ſanctitatis accenderet, ne nos ut modo præcipientē Dominū, ſed etiam exemplo ſuo ad uirtutis faſtigia prouocantem maiore alacritate ſequeremur, & iuſtiſsimum Dominum & pium patrē ſecundū ſententiā B. Petri, filij imitatione coleremus. 1. Pet. 1. Naſcitur in temporis uolubilitate, ut nos perducat ad patris æternitatem. Fit DEVS homo, ut homo fieret DEVS: ut panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum fit homo. Adimpletur prophetia illa quæ dicit: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum; aperiatur terra, & germinet Saluatorē. Eſai. 45. Naſcitur primus ſine matre in cœlis, naſcitur ſine patre in terris. Naſcitur CHRISTVS DEVS de patre, homo de matre: de patris immortalitate, de matris uirginitate. De patre ſine matre, de matre ſine patre. De patre ſine tempore, de matre ſine ſemine. De patre principium uitæ, de matre finis mortis. De patre ordinans omnem diem, de matre conſecrans iſtum diem. Præmittit hominem Iohannem, qui tum naſceretur, cum dies incipiunt minui: naſcitur ipſe cum dies incipiunt creſcere, ut ex hoc præfiguraretur quod ait ipſe Iohannes cap. 1. Illum oportet creſcere, me autē minui. D. Auguſti. in ſermon. de Nata. CHRISTI.

Ergò Illyrice dies Natalis CHRISTI per matrem Virginē conſecratur.

Tugurium humile & præſepe ad iumenta excipienda cōſtructum, cœli & terræ genito Regi hoſpitium præparatum fuerat. Nulla hic domus ambitio niſi reclinatoriū in ſtabulo, mater in fœno, filius in præſepio, tale eligit fabricator mundi hoſpitium, huiuſmodi delitias habet ſacræ Virginis puerperium. Hūc ibi faſciæ circumuoluūt, panniculi pro purpura, pro byſſo in ornatu regio lacunæ cōgeruntur, genitrix eſt obſtetrix, & deuotam dilectæ ſoboli exhibet clientelam. B. Cyprian. De Natal. Domini. Et quòd in diuerſorio, ob affluentem multitudinem non erat locus, inter bouem & aſinum, ſuper fænum, quod B. Helena Romam poſtmodum tranſtulit. (Pet. de Natal. lib. 2. cap. 1. Comeſtor in Scholaſt. Hiſtor.) in præſepi omnium altor reponitur. Luc. 2. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 1. cap. 12. At ipſa animalia, ut paruulum uiderunt, Dominum & cunctorum uiuentium creatorem cognoſcentes, protinus adorauerūt, ut Prophetæ illud adimpleretur, quod dicitur: Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Eſai. 1. Bergomen. de Natal. Dñi, & ad finem lib. 7. Chron.

Humilitas caſæ Dominicæ.

Agnoſce hic humilitatem ſanctitatis eſſe fundamentum.

O ſtupendam, & ó indignam rem. Mundi Dominus & creator propter mundum naſcitur, & nemo curat, imò nec locū habet in domo mediocrem: fœno quieſcit, inter bruta reponitur, tenuibus pannis implicatur. At Herodis aut Cayphę fœtus magnificè tractatur, tenerrimè fouetur, pannis precioſis ueſtitur, plures ad miniſterium ſunt parati. Sed eiuſmodi humilitate uolebat in hunc mundum ingredi, qui maledicto legis ſe iam tum ſubiecerat, omniaq́ implere conſtituerat, ut ſcripturas Prophetarum impleret. Chryſoſtom. ſup. Math. Sic enim primus CHRISTI aduentus in paupertate deſcribitur: Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hieruſalem, ecce Rex tuus ueniet tibi iuſtus, & Saluator ipſe pauper. Zach. 9. Et in Pſalm. 87. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Venit enim ut mundi ac diuitiarum prædicaret contemptum: ut non ſolum uerbis, ſed & factis futuri ſeculi uitam doceret. Vt meritò ſuæ paupertatis ueras diuitias conſequeremur, quemadmodum dicit Apoſtolus 2. Corinth. 8. Propter uos egenus factus eſt cum eſſet diues, ut illius inopia uos diuites eſſetis. Dyoniſ. Carthuſian. ſup. Math. Art. 17.

MIRACVLA QVAE CONTIGERE CIRCA CHRISTI NATIVITATEM.

In ipſa autem nocte qua natus eſt CHRISTVS, admiranda res accidit. Erant in ea regione haud procul à Bethlehem paſtores, uigilantes & obſeruantes circa greges ſuos cuſtodias noctis. En Eccleſiæ ſurgentis exordiū. CHRISTVS naſcitur, & paſtores uigilare cœperunt, qui gentium greges pecudum modo ante uiuentes, in caulam Domini cōgregarent, ne quos ſpiritualium beſtiarum per effuſas noctium tenebras paterentur incurſus. D. Ambroſ. ſup. Luc. lib. 2. cap. 2. Et ecce ex improuiſo Angelus Domini penes eos conſiſtit, & claritas Domini circumſulget ipſos. Aſſunt Angeli, loquuntur paſtoribus, non dedignantur loqui perſonis humilibus, & cum ipſi ſublimes ſint, infimos non aſpernantur. Cyprian. de Natal. Domini. Ac cùm in timorem eos ſpectaculum id conieciſſet, timorem illum rurſum ilicò poſuerunt, Angelo propius ad eos accedente, & futuram orbi lætitiam, per eum qui genitus eſſet, indicante. Non luce inſolita, non Angelorum terrentur præſentiâ, ſed ſanæ & puræ fidei homines delectātur in eo, quòd audiunt.

A ſupernis legationibus incipit Euangelium, cuius primi dictatores Angeli extiterunt.

Hymnus Angelicus qui in tremendo Miſſæ ſacrificio cantari ſolet.

Cuius ſermonem fides ſtatim uera atq́ diuina eſt cōſecuta. Namq́ unà cum illo innumerabilis cœleſtium uirtutum ac poteſtatum multitudo, gratulabunda circum tuguriolum uolitans, laudem omnium ſummam audientibus hominibus Domino concinnebant: Gloria, dicentes, in excelſis DEO, & in terra pax, hominibus bonæ uoluntatis. Iuxta quod ſcriptum eſt, Pſal. 148. Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes Angeli eius. Impleta igitur Prophetia eſt: Laudatur de cœlis Dominus, & uidetur in terris. De quo Sanctus Marcus cap. 1. ait: Quia cum beſtijs erat, & Angeli miniſtrabant ei. Vt in altero miſericordiæ inſigne, in altero diuinæ indicium poteſtatis agnoſcas. Tuum eſt quod beſtias patitur, ſuum quod ab Angelis prædicatur. D. Ambroſ. ſup. Luc, lib. 2. cap. 2. Saluatorem mundi Angeli prædicāt aduenīſſe, & reconciliata terreſtria ſuperis canunt, conſilium antiquū prodit palàm, nec iam ſecretū eſt, ſed innotuit publicè in conſpectu gentiū reuelata CHRISTI benignitas, & oblata mundo in nullo à nobis differens, excepto, quod peccati expers fuit Saluatoris humanitas. Cyprian. in ſermon. de Natal, Dñi. Gloria, clamāt, in altiſsimis DEO, & in terra pax. Quę prius deteſtabilis erat, quę ſpinis ac tribulis plena ſolitudo, quę damnatorū exiliū, quæ belli regio, hæc pacē ſuſcepit. Digna planè & iuſta ſentētia,

quæ

quæ in Natiuitate CHRISTI & DEO honorẽ repræſentat in cœlis, & hominibus pacẽ præſentat interris. Ante Saluatoris enim ortũ nec cœleſtia reuerentiã deferebant, nec terrena requiem poſsidebant. Pax in hominibus bonæ uoluntatis. Nõ in quibuſcunq́ hominibus, ſed bonæ uoluntatis hominibus, ut intelligamus pacem CHRISTI non debiti eſſe, ſed meriti. Non enim eam meriti Angeli in ea nocte qua paſtores naſcentem Dominũ ſuper gregem ſuum uigilias obſeruantes præ omnibus didicerũt primi. [a] Ipſi enim primi ortum Saluatoris ante omnes homines intimantibus Angelis cognouerunt. Vndè mirum eſt quod prius redemptionẽ ſeculi potuerunt ſcire, quàm Principes. Non enim Angeli annunciauerunt Regibus, non iudicibus, ſed hominibus ruſticanis. [b] Non ergò iam mirandum eſt ſi CHRISTI gratiam ante ſcire meruerit innocentia quam poteſtas, & prius cognoſcere ueritatem ſimplex ruſticatio quam ſuperba dominatio. Quòd enim cognouerunt paſtores, Principes cognoſcere nequiuerunt. Vnde & Beatus Apoſtolus. 1. Corinth. 2. ait: Quã nemo Principũ ſeculi huius cognouit. [c] Ergo in Natiuitate Dñi Angeli pariter cũ paſtoribus ſunt lætati, excelſam dicẽtes gloriam. Nàm uicinis quodãmodò & iunctis choris DEI gloriã prædicauerũt. Vndè & credo eoſdẽ Angelos in eiuſdẽ Domini eadem feſtiuitate ſimili nobiſcum lætitiæ uicinitate gaudere. Nàm qui ſolent propter CHRISTI ortum alloqui paſtores, non poſſunt propter eiuſdẽ CHRISTI gaudiũ non inquirere Sacerdotes. Siquidẽ & quòd tũc ad illos ſuper gregẽ ſuum uigilias obſeruantes nocte intempeſta locuti ſunt, huius temporis myſteriũ deſignabãt. Nàm illo facto hoc utiq́ monſtrabatur, gregẽ populum, noctem ſeculum. [d] Sacerdotes eſſe paſtores, qui iugi ſuper plebem ſollicitudine uigilantes propter CHRISTVM ab Angelis minimè deſeruntur. D. Ambro. Epiſc. Mediolan. in Sermo. de Natal. CHRISTI Regis. [e] Et hinc eſt, quod D. Bernardus de Natal. Saluatoris confirmat, quòd ſolennis ducitur nox iſta præ cæteris, in pſalmis, in hymnis, & canticis ſpiritualibus: & his potiſsimũ in uigilijs ſine ulla hæſitatione credendum eſt, cœleſtes illos Principes præuenire coniunctos pſallentibus, in medio iuuencularum tympaniſtriarum.

Diſcedentibus ab eis Angelis, occurrũt eò cõfeſtim paſtores ex proximo, amplius mente quã oculis carnalibus illuminati, & edocti intus inuiſibili magiſterio Spiritusſancti, supernè iuſſi ad diuerſorium pertendere, ubi puerũ inuenirent ad humani generis ſalutem nuper æditum. Steterũt hi poſteaquàm ad locum uentum eſt, ſtupore defixi, nec interim cœleſte oraculum in occulto habuère. Subijt aſtantium animos continuò tacita religio, uenerabundiq́ puerum adorarunt, hunc paruulum cõfitentes DEVM in ſpiritu & ueritate. Et omnes qui audierant mirati ſunt: [f] MARIA autem conſeruabat omnia uerba hæc, conferens in corde ſuo Luc. 2. Oroſ. lib. 6. cap. 20. Electa adeſt perſonarum humilium ſimplicitas, ut poneretur regula & indiſſolubilis daretur forma, quod non niſi pauperibus ſpiritu, CHRISTI pateret humilitas. Fuerat quidem miraculum quòd apertis cœlis lux fulgoris inſoliti nocte ſuper eos fulſerat, quòd auditi Angeli & conſpecti, quòd ab ipſis fuerant edocti & inſtructi paſtores. Sed licet hæc præceſsiſſent, tamen circa infantiam pueri diuinitatis intimatæ nulla humana ratio præbebat experimentum, nec circa illius præſepij anguſtias, uagiente inter alligaturas infantulo, aliquod maieſtatis erat indicium, ſed auditui fides obtemperans, nullum

apud

[a] Paſtores primi ortũ Saluatoris ante omnes homines Angelis intimantibus cognouerunt.

[b] En hæretice CHRISTI gratiam ante ſcire meruit innocentia quã poteſtas.

[c] Vides ne Illyrice Angelos in Natalis Dominici feſtiuitate ſimili nobiſcum lætitiæ uicinitate gaudere?

[d] En agnoſce hæretice Sacerdotes eſſe Paſtores.

[e] Quid hic reſpondes Illyrice? Si nox iſta præceteris in pſalmis Hymnis & Canticis ſpiritualib. Angelorum miniſterio deducitur, cur eandẽ in crapula, comeſſationib. et ebrietatibus cum tue ſtrinæ ſeditioſis hominibus tranſigis?

[f] Si hæretice MARIA à paſtoribus didiſcit, cur tu declinas diſcere à Sacerdotibus? Si MARIA ante præcepta Apoſtolica tacet, cur tu poſt Apoſtolica præcepta magis cupis docere quã diſcere.

apud DEVM impoſsibile uerbum credidit, & per Spiritum ſanctum ad Sacramentum hoc intelligendum ſubtiliſsimis eſt intelligentiarum acceſsibus introducta. Idemq́ ſpiritus qui longè ante Prophetas docuerat, etiam nunc humilium mentibus ſe infundens, dilatabat humani intellectus anguſtias, & aperiebat interiores oculos ut uiderentur inuiſibilia, & intelligerentur ea ad quæ humanis non attingit ſenſus, nec rationis penetrat intellectus. D. Cyprian. in Sermo. de Natal. CHRISTI. Hoc modo cum duplex eſſet, DEVS idemq́ homo VERBVM, humilimè ſimul & magnificentiſsimè primordia primi ipſius in terram per natiuitatem deſcenſus exhibuit. In ſimilitudine enim hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Et ſic, quia forma DEI accepit formam ſerui, Philipp. 2. utrumq́, DEVS, utrumq́ homo. Atq́ hoc totum & DEVS dicitur propter DEVM, & homo propter hominem. Ambroſ. de myſter. incarnat. lib. 4. cap. 21.

Refert quidē hæc miracula Illyrice, ſed prout erga Eccleſiam & Catholicos omnes affectus es.

Extiterunt autem argumenta quædam huius myſterij etiam in remotiſsimis locis: Octauianus enim Auguſtus, quam plurimis præclarè fœliciterq́ geſtis rebus clarus, prouectiore iam ætate ad oraculum Pythij Apollinis uenit: & ſacrificio omnium maximo quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæſiuit, quis nam poſt eum Romanum adminiſtraturus eſſet Imperium? At cum nullum ederetur reſponſum, alterum quoq́ adiecit ſacrificium, denuoq́ rogauit, quid ita oraculum pluribus uerbis uti ſolitum, nunctandem obticuiſſet? Tum illud, parua interpoſita mora, ad hunc modum reſpondit:

Me puer Hebræus, diuos DEVS ipſe gubernans,
Cedere ſede iubet, triſtemq́ redire ſub orcum:
Aris ergo dehinc tacitus abſcedito noſtris.

Tali reſponſo accepto, Cæſar Romam eſt reuerſus, atq́ ibi in capitolio aram maximā extruxit, cum eiuſmodi inſcriptione: ARA PRIMOGENITI DEI. Nicephor. Sacr. Hiſto. lib. 1. cap. 17. Suidas in Hiſtor. Gotefrid. Viterbien. Chron. Part. 15. Martin. in Chron.

Attende Illyrice, remittenda debita peccatorum in ea urbe, in qua ſpontaneum fluxiſſet oleū: ſcilicet Romæ, his qui Prophetarū uoces non audiunt, euidentiſsima prodigia prodiderunt.

ROmæ regione tranſtyberina fons olei terra erupit, perq́ integrum diem largiſsimo manauit fluuio. Eutrop. in Hiſtor. Rom. Oroſ. lib. 6. cap. 17. & 19. Ado Vieneñ. Archiepiſc. Chron. ætat. 5. Paul. Diac. in Hiſtor. Gotefrid. Viterbieñ. Chron. Part. 15. Sabellic. Ennead. 7. lib. 1. Quo ſigno quid euidentius, inquit Oroſius, quam in diebus Cæſaris toto orbe regnantis futura CHRISTI Natiuitas declarata eſt? CHRISTVS enim lingua gentis in qua & ex qua natus eſt, unctus interpretatur. Itaq́ cum eo tempore quo Cæſari perpetua tribunitia poteſtas decreta eſt, Romæ fons olei per totū diem defluxit, ſub Principatu Cæſaris Romano Imperio per totum diem, hoc eſt, per omne Romani tempus Imperij CHRISTVM & ex eo Chriſtianos, id eſt unctum, atq́ ex eo unctos, de meritoria taberna, hoc eſt de hoſpitali largaq́ Eccleſia, affluenter atq́ inceſſabiliter proceſſuros: reſtituendosq́ per Cæſarem omnes ſeruos, qui tamen cognoſcerent Dominum ſuum, cæterosq́ qui ſine Domino inuenirentur, morti ſupplicioq́ dedendos: remittendaq́ ſub Cæſare debita peccatorū in ea Vrbe, in qua ſpontaneum fluxiſſet oleum, euidentiſsima his qui Prophetarum uoces non audiebant, ſigna in

cœlo

cœlo & terra prodigia prodiderunt. Idem miraculum Conrad. à Liechtenau Abbas Vrſpergeñ. in Chron. & Platin. de Pontif. commemorant.

Domini appellationem ut homo declinauit Auguſtus, nam cùm eodem ſpectante ludos, pronunciatum eſſet à quodam mimo, O Dominum æquū & bonum uniuerſiq;, quaſi de ipſo dictum eſſet, exultantes approbauiſſent, ſtatim quidem manu uultuq; indecoras adulationes repreſsit, & in ſequenti die grauiſsimo corripuit edicto, Dominumq; ſe poſt hoc appellari, ne liberis quidē aut nepotib^o ſuis, uel ſeriò uel ioco paſſus eſt: manifeſto præſagio maioris dominatus, qui tū in terris oriretur. Oroſ. lib. 6. cap. 20. Ado Vieneñ. Archiepiſc. Chron. ætat. 5. Conrad. à Liechtenau Abbas Vrſpergeñ. in Chron. Innocent. Papa 3. in Sermo. De Natal. Domini. D. Antonin. part. 1. Hiſtor. Tit. 4. cap. 6. §. 10. Plat. de Pontif. Sabell. Ennead. 7. lib. 1.

Tunc etiam circulus aureus horam circiter tertiam repentè liquido ac puro ſereno, & in medio ipſius uirgo puerum ulnis deferens, ad ſpeciem Iridis circa Solem apparuit. Extat eo loco Romæ templum Franciſcanorum, ſub nomine Ar& cœli, quod hodie Cardinalatus dignitate decoratū uiſitur. Eutrop. in Hiſtor. Oroſ. lib. 6. cap. 18. Gotefrid. Viterbieñ. Chron. part. 15. Innocent. Papa 3. in Sermo. de Natal. Domini. D. Antonin. Part. 1. Hiſto. Tit. 4. cap. 6. §. 10. Martin. in Chron. Pet. de Natal. lib. 2. cap. 1. Bergomen. Chron. lib. 8. Idem miraculum Baptiſta Mantuan. Carmelita Theologus his uerbis Parthen. Maria. lib. 3. confirmat.

Sed fauſtos ueniſſe dies: ſperataq; multum
Tempora: quæ uates: quæ prædixere Sybillæ
Tempore uoce loco uarijs: at ſenſibus iiſdem.
Diſparitas facit iſta fidem: nam Perſica primum — Sybilla Perſica.
Hæc cecinit: poſt hanc libycæ telluris alumna. — Libyca.
Delphicaq;: & Cumas ueniens à Chalcide uirgo: — Delphica. Cumæa.
Antiquumq; trahens cognomen ab æquore rubro: — Erythræa.
Et Samia: & Regi quæ terna uolumina priſco — Samia.
Attulit: anguſtæq; fretum: quam nominat Helles — Cumana. Helleſpontia.
Et Phrygio nutrita ſolo: quæq; ardua tecta — Phrygia.
Tyburis & magnæ coluit iuga proxima Romæ. — Tyburtina.
Hæc: cum diuinos cultus & ſacra pararent
Auguſto cum plebe patres: cita Tyburis arcem
Liquit: & ingentes ueniens ad cæſaris aulas
Fulgentem nitido monſtrauit in æthere circum
Irideq; incluſam parua cum prole parentem.
Atq; manum tendens: uultuq; ad ſydera uerſo
Ille puer DEVS eſt inquit: tu deſine Cæſar
Velle coli: puerosq; aras: ac templa relinque.
Ille regit cœlos: atq; immortalis Olympi
Poſsidet imperium: & fatalia temperat aſtra.

Statua illa aurea in Romuliano palatio, quam Romulus poſuerat, dicens: Non cadet donec uirgo pariat: Et pacis templum Romæ corruit; ne alibi — *Quid infideli ter becnaro*

quàm in Meſsia, quem Eſaias cap. 9. pacis principem nominat, alma pax quæreretur. Gotefrid. Viterbień. Chron. part. 15. Innocent. Papa 3. in Sermo. de Natal. Domini. D. Antonin. Hiſtor. part. 1. Tit. 4. cap. 6. §. 10. Martin. in Chron. Comeſtor in Scholaſt. Hiſto. Petr. de Natal. lib. 2. cap. 1. Bergomeń. Chron. lib. 8.

ras Illyrice? an non ſatis probati ſunt authores Gotefrid. Viterbien. trium Impp. Protoſcriniarius anno 1185? an non Innocent. 3. Papa, qui uixit Anno 1198. & tantæ uenerationis & maieſtatis, tantæ eloquentiæ & doctrinæ habitus eſt, ut ab omnibus tanquam numen coleretur, cuius uita adeo probata fuit, ut poſt mortem eius, nil earum rerum quæ in uita egerit, laudauerit, improbauerit, immutatum ſit? An non unica tibi Antonini Archiepiſcopi Florentini authoritas ſufficeret, qui omni literatura & ſanctitate clarus, miraculis coruſcans, Florentiæ deceſſit menſe Maio, Anno 1459? Vnius tu Comeſtoris mentionem facis, ſed ita ſubdolè, ut uel ipſe prodas tuū erga Catholicam Eccleſiam fauorem aut ualde eſſe exiguum, aut nullum.

Tres in Oriente uiſi ſunt Soles, qui paulatim in unum corpus cõierunt, ad denotandas, tres forè diuinitatis perſonas, Patrem uidelicet & filium & Spiritum ſanctum, in unico DEI filio, ex uirgine genito. Herman. Contract. in Chron. Bergomen. Chron. lib. 8. Hartman. Scedel. Chron. ætat. 5.

Hoc tempore quoq;, uineam Engaddi, quæ Balſamum ferebat, flores, fructum, & liquorem ſimul protuliſſe, Bartholom. Anglicus in Chronicis refert: quem citat Pet. de Natal. lib. 2. cap. 1.

CHRISTI CIRCVMCISIO. *Circumciſio quid.*

CHRISTO igitur ſecundum Prophetiæ fidem nato in Bethlehem Iudæ, octauo die, Dominico ſcilicèt, puer patrio more circumciditur. Erat autē Circumciſio teſtamenti ſignum inter DEVM & homines, ut ait Auguſtinus: & ibi nomen IHESVS accepit (ſalutem id ſignificat) pro eo atq; antequam conceptus eſſet, id nomen diuinitus per oraculum præſcripſerat Gabriel. Luc. 2. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 1. cap. 12.

Nam cùm iam fidei tempora propinquarent, imperata eſt Circumciſio, & pars illa corporis in qua eſt uoluptatum ſeminarium & libidinis officina iuſſa etiam in paruulis amputari, ut proprij primitias ſanguinis ei qui totum ſanguinem ſuum oblaturus erat, offerrent, & communia ſingulorum ſacrificia ſingulare præcederēt holocauſtum. Abrahæ uero ſpecialiter & ſemini eius Circumciſio tanto pondere mandata eſt, ut quiſquis in illa gente huius ſigni careret differentia Ethnicus, non Iudæus reputaretur, & à titulo filiorum Iſraël abraderetur proſcriptus. Hoc myſterium cum octaua die iuſſum ſit celebrari & nomen circumciſo aptari, intimatum eſt his qui digni Sanctorum conſortio cenſebantur, quod eorū nomina ſcriberentur in cœlis, & æternæ beatitudinis quam poſt uitæ huius Septimanam octaua conſequitur, hæredes fierent & conſortes, quicunq; uitæ innocentia & cælibatus ſanctimonia ſeſe Domino conſecraſſent. B. Cyprian. in Sermo. de rat. Circumciſio. Erat autem neceſſarium & ineuitabile mandatum circumciſionis, non ſolum quatenus eſt lege antiquior, & ab Abrahamo accepit initium, & ab ipſo Moyſe et lege, & ijs qui deinceps ſunt ſecuti Prophetis, confirmata eſt & deducta ad poſteras generationes: ſed etiam quod ea neceſſariò à DEO data, ſignum melioris circumciſionis & ſpiritalis, in omnes ſuum iugum impoſuit, donec eius legiſlator, cum æquè ac nos pro ſua benignitate fuiſſet carnis particeps, & ſe ad aliorum demittendo ſimilitudinem fuiſſet circumciſus, & deindè meliorem oſtendiſſet circumciſionem, nempè eam quæ eſt in baptiſmate, eam de cætero, ut quæ eſſet imperfecta & inutilis, aboleuit, & ut ceſſaret effecit. Sime. Metaphraſt. de Circumciſ. Domin. Vbi itaq; CHRISTVS Dominus uenit, de quo in capite libri ſcriptum erat, ut in morte ſua

En Illyrice obſeruatam cælibatus ſanctimoniā in ueteri lege.

Ioan. 5.

patris

patris uoluntatem impleret, ceſſarunt ſacrificia, nec iam truncationem præputij Euangelium imperauit, ſed circumciſionē cordis, & omnem tàm membrorum quàm affectionum petulantiam gladio Spiritus reſecari, immutabili decreto mandauit. Nec tamen adhuc Sacramentum conſuetudini antiquæ ſubtrahere uoluit, ac licet non eſſet in hoc tempore neceſſarium, tamen ne antiqua religio prorſus reproba uideretur, in ſe uoluit circumciſionis aptari ſignaculum. B. Cyprian. de Circumciſ. ratio. Circumciditur ergo IESVS ex lege quam tulerat, die octauo, non ut doceret circumcidi, ſed ut faceret ceſſare circumciſionem: uel potius ut ueteris quidem & inutilis euelleret anticipationem, noui autem & ſalutaris aperiret potentiam: ut aboleret quidem eam quæ eſt ſecundum carnem, produceret autem eam quæ eſt ſecundum ſpiritum: & illius quidem argueret imbecillitatem, huius autem oſtenderet fortitudinem. Circumciditur CHRISTVS. Non enim uenit ad diſſoluendam legem tanquàm alienam, ſed tanquàm propriam, & à ſe compoſitam, eam re ipſa adimpleturus. Tanquàm ſuum dogma & DEI mandatum uenit adimpleturus, literam & ſpiritum prædicaturus. Et quomodo quiſpiam pictor optimus, cum in ſe, ſicut dictum eſt, ueritatis umbram prius figuraſſet, & ita imaginis expreſsiſſet pulchritudinem, per ipſam recta erigit, & deducit ad archetypi exemplaris perfectionem, idq; apertiſsimè atq; diuiniſsimè. Etenim quæ eſt ſecundum carnem circumciſio, non deſcribit ſolum, & adumbrat peccatorum depoſitionem, & eam quæ eſt in baptiſmate CHRISTI circumciſionem, ſed etiam tanquàm in umbra deſcribit ipſam uniuerſi reſurrectionem & alterationem: per quàm omnis carnalis hominum ſenſus, & cogitatio circumciditur & excæcatur, & in aliam uirtutem transformatur. Huius ueluti quædam obſcura & adumbrata præfiguratio erat ea quæ eſt ſecundum carnem circumciſio. Quocircà ea quoq; die octauo fuit primum conſtituta, utpotè quod octauus dies octauum, ut arbitror, ſeculum tacitè ſignificet. Cùm ergò rerum imago, ut dictum eſt, & quæ eſt in Spiritu circumciſio nondum locum haberet, neceſſaria fortè eſt exiſtimata ſecundùm carnem circumciſio. Cum autem ea quæ eſt in Spiritu per CHRISTVM manifeſta fieret, per ipſum oportebat omnino quoquè aboleri eam quæ erat in carne circumciſionem. Etenim ſi hæc circumciſionis quæ in carne fiebat, & animalium ſacrificiorum ratio aut lex fuiſſet perfecta, ut quæ poſſet perficere eos qui illa ritè peragebant, ea nullo tempore aut modo potuiſſet perſolui. Verbum enim Domini, inquit, manet in æternum. Quoniam autem data erat ad pœdagogicam inſtitutionem eorùm qui erant habitu imperfecti & infantes uſque ad tempus correctionis, cum id quod eſt perfectum ſuo tempore reſulſiſſet, oportebat omnino, id quod eſt imperfectum & minus, aboleri & ſupprimi. Oportebat, oriente Sole, lunam & ſtellas obſcurari & minui: & aperta uera circumciſione & cultu, umbroſas ueritatis imagines & figuras cedere. Propterea ergo DEVS VERBVM cum primis eſſet caro factus, octauo die in corpuſculo circumciditur. Vt cum literæ debitum pro nobis exſoluiſſet, legem Spiritus quæ manet in æternum induceret: & id quod eſt minus, eo quod eſt præſtantius, occultaret & regeret. Propterea Sacerdotium quoq; quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedech, prælatum eſt Sacerdotio quod eſt ſecundum ordinem Aaron: Vt umbræ quidem

Veniente Domino ceſſarũt ſacrificia antiqua.

Ne antiqua, id eſt Moſaica religio prorſus reproba uideretur, CHRISTVS in ſe uoluit circumciſionis aptari ſignaculũ.

Non uenit CHRISTVS diſſoluere legem ſed adimplere.

Math. 24. Marc. 13. Luc. 21. 1. Pet. 1.

Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech prælatum eſt ſacerdotio

ceſſarent, liberè autem ageret ueritas: & ut legalium quidem traditionum imperfectio & infantia euaneſceret: Euangelicorũ autem dogmatum exoriretur perfectio & magnificentia. Ideo cum Petrum quoq; & Paulum diuiniſsimorum myſtarum ſummos, & omnes ſacros Apoſtolos & diſcipulos lege literæ prius inſtituiſſet, & exercuiſſet in ea quæ eſt ſecundum carnem circumciſione, traduxit ad eam quæ eſt in Spiritu & baptiſmo circumciſionem: ut cum etiam ſpiritum ſeruitutis per ipſos aboleuiſſet, Spiritum gratiæ & filiorum adoptionis per diuinum baptiſmũ in nobis excitaret in CHRISTO IESV. Syme. Metaphraſt. de Circumciſ. Dominic. Bernard. Clareuallen. in ſermo. de eadem.

donis quod eſt ſecundũ ordinem Aaron? Vides hæreticæ Petrũ & Paulum diuiniſsimorum myſtarũ ſummos à Metaphraſte dici?

Caro Dominicæ Circumciſionis Carolo Magno Imperatori per Angelum diuinitus allata, in Baſilica [a], quam ipſe propter amorem DEI & Domini noſtri IESV CHRISTI, & ob honorem Sanctæ & æternæ uirginis Genetricis MARIÆ, proprio ſumptu Aquiſgrani conſtruxerat, collocatur: quam poſtea Caroſium tranſtulit. Hodie tamen reſeruari aiunt Romæ in Laterano, ubi legitur:

Si reliquiarũ ueneratio Illyrice non eſſet res DEO accepta, Angelus Domini Circumciſionis carnem minimè Carolo Magno detuliſſet Cæſari. Sed hæc tacendo ſupprimis, pro more tuo.

a Vides ne Flaci Baſilicas antiquitus quoq; in honorem DEI & B. Virginis MARIAE fuiſſe conſtructas.

Circumciſa caro CHRISTI ſandalia clara
Ac umbilici uiget hic præciſio chara.

Romæ in Eccleſia Lateranenſi uiſitur pellis circumciſionis CHRISTI.

Petr. de Natal. lib. 2. cap. 2>.

Quod & Ambroſius Nouidius Fraccus Ferentinas Sacror. Faſtor. lib. 1. confirmare uidetur, cum inquit:

Eſt Laterana meo: madet illic ara cruore,
Quem puer octaua fuderat ille die.

MAGORVM ADVENTVS AD CHRISTVM ADORANDVM.

NATO ſic in Bethlehem Saluatore, audita eſt in Effrata eius in terris præſentia, & uſq; ad ſyluas campoſq; gentiũ nouæ huius natiuitatis eſt fama porrecta, in Iudæa à paſtoribus & Angelis primo ſunt hæc gaudia celebrata, nec multo poſt Arabum fines huius rei notitia penetrauit, & incolis Sabba præclari ſtella luminis cœleſtis numinis nouis ſplendoribus indicauit. Cyprian. in Magos Oriental. Iam tunc ergo cœli enarrauerunt gloriam DEI, & in omnẽ terram ſonus ueritatis exiuit, quando & paſtoribus exercitus Angelorum Saluatoris æditi annunciator apparuit, & Magos ad eum adorandum præuia ſtella perduxit, ut à Solis ortu uſq; ad occaſum ueri Regis generatio coruſcaret, cum rerum fidem & regna Orientis per Magos diſcerent, & Romanum imperium nõ lateret. S. Leo Papa in Epiphan. Domin. Erant autem in regionibus Sabba Magi Perſici uiri ſyderum inſpectionibus aſſueti, qui arte Mathematica uim diſcurſumq; nouerant Planetarum, qui ex elementorum natura rationem temporum metientes aſtrorum miniſteria certis experimentis, proprijs didicerant effectibus aſsignata. Cyprian. in Magos. Orienta. Magos enim Reges, ut uetuſtiſsimus

Pſalm. 18. Roman. 10. Luc. 2. Math. 2. Magi dicuntur Reges.

Theologus

Theologus & egregius ſcriptor Tertullian. in libr. contra Iudæos do-cet, ferè habuit Oriens. Hi decimotertio poſt ſpontaneam illam feminisq́ expertem conceptionem & Saluatoris CHRISTI Natiuitatem die, pa-tria relicta, iter & ſubitum & longum (cum etiam num in præſepi faſcijsq́ iaceret CHRISTVS, & ſimul in caſa illa diuerſorij uerſaretur uirgo DEI genitrix in Bethlehem) confecere, locum Iudææ quærentes, recordatio-ne ueteris prophetiæ, ubi natus eſſet Rex Iudæorum. Nicephor. Sacr. Hiſto. lib. 1. cap. 13. Baſil. in Serm. Natal. Domini. Sic Auguſtinus, Sic Hieronymus, ſic D. Thomas, ſic antiqua Eccleſiæ traditio tenet.

Decimotertio poſt CHRISTI Natiuitatem die hæretice Magi aduenerunt: primo, quia dicit Euange-liſta, Cum natus eſſet, ecce Magi &c. Quod de re ſubita & improuiſa uel certè proxima & quaſi præſenti dici ſolet. Secundo, Quia inuenerunt puerum in Bethlehem, ergo ante diem purificationis acceſſerunt. Quia ultra id temporis CHRISTVS non fuit in Bethlehem ut Lucas cap. 2. teſtatur. Nec Euangeliſta docet, eos ueniſſe ut morarentur, ſed ut profiterentur in ciuitate ſua. Quod autem Magi ab Oriente tam paucis diebus peruenerint, ratio eſt quod in regione illa abundant dromedarij, quos uno die ſtadiorum mille iter conficere, ſcribit in uita Apollonij Philoſtratus. Ariſtoteles quoq́; lib. 9. Hiſtor. animal. cap. ult. teſtatur, celerius eos currere quam Niſæos equos. Et ſic totum illud quicquid erat itineris decem diebus conficere potuerũt. Niſi eam rem nati pueri facultati uiribusq́; tribuere uelimus, qui Magos ad ſe tam breui dierum ſpatio perducere potuit.

Nobilitate autem generis & opibus uiri utiq́ potentiſsimi, Philoſo-phiæ atq́ Aſtrorum peritiſsimi, ſtellam in regione ſua conſpexerant, non ex illis unam quæ à primordio rerum firmamento cœli affixæ ſunt: neq́ ex eis, quæ apparentes quid ſignificant ſiue prænunciant, & dolia, trabes, capræ ſaltantes, ſtellæ diſcurrentes, pogoniæ, xiphiæ, acontiæ, ceratiæ, & come-tæ ſeu crinitæ, pro materiæ uarietate diuerſas formas & colores, ac proinde nomina quoq́ ſortiuntur, quarum ſanè omnium ortus in tertia regione aëris, ex calidis & ſiccis fumis incenſis ſubſtantiam capit, non ſtellam eius ge-neris illi uiderant, ſed nouam planè & inſolidam, ad terram uergentem & plurimum relucentem, diſcretam à cæteris. Et loco primum, quia nec in firmamento cum ſtellis minoribus erat, nec in æthere cum planetis, ſed in aëre uicinas terræ tenebat uias. Deinde motu, nam cæte-ræ ſtellæ ſuum habent motum à quo non aberrant, ſed hæc ſtella accom-modat ſe Magis iter facientibus, non celerius properat, non tardius ſub-ſequitur, non declinat à certa uia, ſed quaſi fax quædam ratione prædita Magis prælucet, & deducit ad eum ipſum locum quo tendunt: monſtrat eum, quem toto pectore uidere optant. Tertio, reliquæ ſtellæ noctu fulgent, interdiu radijs Solis oppreſſæ latitant lumine caſſæ, at hæc ſtel-la Magorum comes nihil obfuſcatur Solis radijs, ſed interdiu lucem cla-riſsimam fundit. Quarto ſignificatione, nam nulla alia ſtella præter hanc ſignificauit unquam Meſsiam promiſſum eſſe natum. B. Chryſoſtomus ſup. Matth. Gregor. Nyſſen. in Sermo. de Natal. Domini. Proinde Sancti tres Reges, cum nouo iſto apparentis ſtellæ ſpectaculo haud du-biè ſingulari reuelatione diuinitus accedente, cognouerunt VERBVM DEI Creatorem cœli & terræ in Iudæa natum, memores quam maxi-mè Balaam eorum Prophetæ uaticinio, quo prædixerat Saluatoris noſtri aduentum in Iudææ terris naſciturum, dicentis: Exorietur ſtella ex Ia-cob, & conſurget uirga de Iſraël, & percutiet Duces Moab, uaſtabit-què omnes filios Seth, & erit Idumæa poſſeſsio eius. Numeri 24.

Cumq́ firmiter crederent orbis Saluatorem natum, & ſtellam perinde atq́ animatam quandam intelligentiæq́ participem uim ex Perſide Iudæam uerſus moueri intelligerent, tanquàm uiæ duce uſi, præcedente ea, omnibus poſthabitis rebus, dedunt ſe itineri. Euſe. Sacra. Hiſt. lib. 1. cap. 7. Etiam prope Iudæam ipſamq́ adeo Hieruſalē erant, cum uiæ dux ſtella, quo (ut equidem puto) natiuitas ea, quæ opinionem fidemq́ omnem ſuperat, fama increbreſceret, manifeſtaq́ fieret, de repentè diſparet. Math. 2. Venerant autem definibus Perſarum & Chaldæorum ubi fluuius eſt Saba, à quo Sabea regio dicitur. Petr. Comeſt. in Hiſtor. Scolaſtic. Sequuntur tres uiri ſuperni luminis ductum, & præuiη fulgoris indicium intenta contemplatione comitantes, ad agnitionem ueritatis gratiæ ſplendore ducuntur, qui humano ſenſu ſignificatum ſibi Regis ortum æſtimauerunt in ciuitate regia eſſe quærendum. Sed qui ſerui ſuſceperat formam, & non iudicare uenerat ſed iudicari, Bethlehem prælegit natiuitati, Hieroſolymam paſsioni. S. Leo Papa in Sermo. de Epiphan.

Cum ergo ambigui illi de natiuitate recens nati Regis Iudæorum inquirerent (ab Oriente dicentes uenimus, ut congruentem illi cultum & adorationem piè perſoluamus) cuncta urbs, cui Magorum nomina per ſe ſatis honorifica erant, audita tam longi itineris cauſa, ſubitò in admirationem uerſa eſt. Nemo erat qui non perſuaſum haberet, nihil à uiris tali ſapientia temerè credi potuiſſe, nec fuiſſe eos tam procul in aliena patria alienoq́ regno quæſituros, quod nō ſua & multorum intereſſet: tumultu impletur ciuitas, maximè uero qui tum regnum ibi obtinebat Herodes conturbatur, metuebat enim regno cum eſſet alienigena, & plurimum ne id ei abrogaretur ſollicitus erat. Euſeb. Sacr. Hiſto. lib. 1. cap. 7. Turbatur cum Rege maligno Hieroſolyma, non lætatur, expaueſcit & tabeſcit, & negare erubeſcit quod ſcriptum teſtatur. a Itaq́ Iudæorum Sacerdotes ad ſe conuocat, accuratiusq́ ſingula percunctatur, & potiſsimū ubi nam CHRISTVM apud ipſos naſciturum Prophetiæ uaticinati eſſent inquirit: hic illi Bethlehem Iudææ indicant, & Prophetam Michæam teſtem laudant, ut uerbis ſuis fidem aſtruerent. Tum Herodes filius Antipatri Rex Iudæorum diuinis tentans reluctari conſiliјs, ſimulat perfidus religionis aſſenſum, ſecretis colloquiјs ſollicitè & diligenter tempus perquirit ex quo noua illa illuxiſſet ſtella, occulteq́ & latenter cum Magis ſermone communicato, ire quidem illos & eum qui natus eſſet inquirere, cumq́ inueniſſet ad ſe reuerti iubet: ut cum magnifico illos uiatico adiutos domum ſuam remitteret, tum ipſe quoq́ profectus, iuſtum recens genito Regi honorem præſtaret. Math. 2.

a En Mathia Illyrice, en Brenti, non ab aulæ ſuæ miniſtris, non ab aliquibus de communi populo ſed à Principibus Sacerdotum & ſcribis de CHRISTO *ſciſcitabatur: quamuis impius Rex Herodes, cōgregat Conciliū, ſed autoritatem nō habet ſine principe Sacerdotum: Hi ſunt membra Concilij, non laici. Ex ore Sacerdotis legem requirere iuſsit* DEVS, *non ex ore principis, aut populi, aut cuiuſcunq́ tandem unius alicuius laici.*

O cæca ſtultæ æmulationis impietas, quæ perturbandum putas diuinum tuo furore conſilium, Dominus mundi temporale nō quærit regnū, qui præſtat æternum. Quid incommutabilem diſpoſitarum rerum ordinē uertere, & aliorum facinus præoccupare conaris? Mors CHRISTI nō eſt temporis tui, ante condendum eſt Euangelium, ante prædicandū eſt DEI regnū, ante ſanitates donādæ, ante ſunt faciēda miracula. Cur quod alieni futurū eſt operis tui eſſe uis criminis, & nō habiturus effectū ſceleris, in ſolum te reatū præcipitas uoluntatis? Nihil hac molitione proficis, nihil peragis, qui uoluntate natus eſt, arbitriη ſui poteſtate morietur. Huius ineffabilis miſericordiæ manifeſtatio facta eſt te apud Iudæos ius regium tenente, legitima Regum ſucceſsione

ceſſante

ceſſante, & Pontificum poteſtate deſtructa, alienigena te obtinente principatum, ut ueri Regis ortus illius prophetiæ probaretur uoce, quæ dixerat: Non deficiet Princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium. De quibus quondam beatiſsimo Patriarchæ Abrahæ innumerabilis fuerat promiſſa ſucceſsio, non carnis ſemine ſed fidei fœcunditate generanda: & ideo ſtellarum multitudini comparata, ut ab omnium gentium patre, non terrena ſed cœleſtis progenies ſperaretur. Ad creandam ergo promiſſam poſteritatem, hæredes in ſyderibus deſignati, ortu nouo ſyderis excitantur, ut in quo cœli adhibitum fuerat teſtimonium, cœli famularetur obſequium. Commouet Magos remotioris Orientis habitatores, ſtellis cæteris ſtella fulgentior, & de mirandi luminis claritate uiri ad hæc ſpectanda nõ inſcij magnitudinem ſignificationis intelligunt, agente hoc ſine dubio in eorum cordibus inſpiratione diuina, ut eos tantæ uiſionis myſterium non lateret, & quod oculis oſtendebatur inſolitum, animis non eſſet obſcurum. Quantam itaq; gratiarum actionem debeamus Domino pro illuminatione gentium, probat obcæcatio Iudæorum. Quid enim tam cæcum, quid tam lucis alienum, quam illi Sacerdotes & Scribæ Iſraëlitarum fuerunt? qui percontantibus Magis & Herode quærente ubi CHRISTVS ſecundum ſcripturarum teſtimonium naſceretur, hoc reſponderunt de prophetico eloquio, quod indicabat ſtella de cœlo: quæ utiq; poterat Magos Hieroſolymis prętermiſsis uſq; ad cunabula pueri, ſicut poſtmodum fecit, ſua ſignificatione perducere, niſi ad confutandam Iudæorum duritiam pertinuiſſet, ut non ſolum ductu ſyderis, ſed etiam ipſorũ profeſsione innoteſceret Natiuitas Saluatoris. Iam ergo ad eruditionẽ gentium Propheticus ſermo tranſibat, & prænunciatum oraculis antiquis CHRISTVM alienigenarum corda diſcebant, cum Iudæorum infidelitas ueritatem ore proferret, & mendatium corde retineret. Noluerunt enim agnoſcere oculis, quem de ſacris iudicabant libris, ut quem non adorabant infantiæ infirmitate humilem, poſtea crucifigerent in uirtutũ ſublimitate fulgentem. Quæ iſta Iudæi tam imperita in uobis ſcientia eſt, tam indocta doctrina? Interrogati ubi CHRISTVS naſceretur, ueraciter & memoriter dicitis quod legiſtis: In Bethlehem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, non es minima in principibus Iuda, ex te enim exiet Princeps, qui regit populum meum Iſraël. Hunc principem natum & paſtoribus Angeli, & uobis annunciauere paſtores. Hunc Principem natũ, longinquæ Orientalium gentium nationes in inſolito noui ſyderis ſplendore didicerunt. Et ne de loco æditi Regis ambigerent, ueſtra eruditio prodidit, quod ſtella non docuit. Cur uobis uiam quam alijs aperitis obſtruitis? Cur in ueſtra infidelitate reſidet dubium quod ex ueſtra fit reſponſione manifeſtum? Locum Natiuitatis de Scripturarum teſtimonio demonſtratis, præſentiam temporis de cœli & terræ atteſtatione cognoſcitis, & tamen ubi ad perſequendum animus Herodis exarſit, ibi ad non credendum ueſter ſenſus obduruit. Fœlicior ergo ignorantia infantium quos perſecutor occidit, quam ueſtra ſcientia, quos in ſua perturbatione conſuluit. Vos noluiſtis regnum eius recipere, cuius oppidum potuiſtis oſtendere. Illi potuerunt pro eo mori quem nondum poterant confiteri. Itaque CHRISTVS, ne ullum ei tempus eſſet abſq; miraculo, ante uſum linguæ poteſtatem uerbi tacitus exerebat,

& quaſi

Sermo eſt de Pontificibus ſecundum ordinẽ Aaron.

Geneſ. 49.

Geneſ. 22.

Stella cur Magis apparuerit.

Excæcatio Iudæorum illuminatio fuit gentium.

Math. 2.

Michę. 5.

Luc. 2.

Math. 2.

Martyres Innocentes.

Math.18.

CHRISTVS de initijs ſuis paruulorum primordia conſecrabat.

& quaſi iam diceret: Sinite paruulos uenire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum: noua gloria coronabat infantes, & de initijs ſuis paruulorum primordia conſecrabat, ut diſceretur neminem hominum diuini non capacem eſſe Sacramenti, quando etiam illa ætas gloriæ eſſet apta Martyrij: S. Leo Papa in Sermo. de Epiphan.

Cur CHRISTVS Magos Hieroſolymam introire uoluerit.

Volebat Magos Hieroſolymam introire CHRISTVS Saluator omnium, ut Iudæorũ cœcitas atq; deſidia confunderetur, dum gentibus CHRISTVM, confitentibus & quærentibus, ipſi nec crediderunt, nec quæſierunt, imò Regem ſuum quem ex libris Prophetarum alijs monſtrauerunt, ipſi uidere neglexerunt. Dionyſ. Carthuſ. ſup. Math. Art. 4.

Roma.1.

Genes.25.

Roma.9.

Conturbatur Herodes, timet ſaluti ſuæ, metuit poteſtati. Requirit à Sacerdotibus & Doctoribus legis quid de ortu CHRISTI ſcriptura prædixerit, in notitiam uenit, quod fuerat prophetatũ. Veritas illuminat Magos, infidelitas obcæcat magiſtros. Carnalis Iſraël nõ intelligit quod legit, nõ uidet quod oſtendit, utitur paginis quarum non credit eloquijs. Vbi eſt Iudæa gloriatio tua? Vbi de Abraham patre ducta nobilitas? Nonne Circumciſio tua præputium facta eſt? Superfluo Herodes timore turbaris, & fruſtra in ſuſpectum tibi puerum ſæuire moliris, non capit CHRISTVM regio tua, nec mundi Dominus poteſtatis tuæ ſceptri eſt contentus anguſtijs, quẽ in Iudæa regnare non uis ubiq; regnat, & fœlicius ipſe regnares ſi eius imperio ſubdereris. Cur ſyncero officio non facis quod ſubdola falſitate promittis? Perge cum Magis, & uerum Regẽ ſuppliciter adorando uenerare. Sed tu Iudaicæ ſectator cæcitatis, non imitaris gentium fidem, corq; peruerſum ad crudeles conuertis inſidias, nec illum occiſurus quem metuis, nec illis nociturus quos perimis. S. Leo Papa in Epiphan. Dominic.

a Magi primitiæ gentiũ.
b Obſerua Illyrice, cultum abſq; præcepto licitũ. Ergo & in Euchariſtia adoratio ſit uera, licet ſine præcepto.
c En hæretice thuris uſum, hinc in Sacrificijs et maximè in ſolenni Miſſæ celebratione ad maiorem DEI honorem uſi ſunt ſemper incenſo Sancti Patres, diuinitus inſpirati.

Commonſtrato autem ſibi loco, inſidioſis Herodis uerbis Magi decepti, Hieroſolymis exeunt, & rurſum in ſtellam uiæ ducem incidũt, quæ ab oriente eis præcedens in Iudæa euntibus euanuerat, admodum ſanè læti atq; incredibili uoluptate repleti, ductum illius ſequuntur. Bethlehem cũ ueniſſent, ſupra domum in qua mater ipſa & diuiniſsimus eius filius erant, quaſi loco firmius affixa, immota permanſit ſtella, radijsq; ſuis ita luculenter eum locum commonſtrat, ut Magi primitiæ gentium, a quod Cyprianus & Auguſtin. de Symbo. lib. 4. edocent. Sacramentalia munera proferentes, ingenti gaudio & fiducia ingrederentur: moxq; inueniunt puerum cum MARIA eius matre in obſcura, humili & paupere caſa uiuentes: nec abſterriti tam contempta ſpecie, ſtatim procidentes, CHRISTVM adorant ſupplices b Math. 2. Nicephor. Sacr. Hiſto. lib. 1. cap. 13. Adorant in carne VERBVM, in infantia Sapientiam, in infirmitate Virtutem, & in hominis ueritate DEVM maieſtatis: utq; Sacramentum fidei ſuæ intelligentiæq; manifeſtent, quod cordibus credũt muneribus proteſtantur. c Thus DEO, Myrrham homini, Aurum offerunt Regi, ſcienter diuinam humanamq; naturam in unitate uenerantes: quia quod erat in ſubſtantijs propriũ, non erat in perſona diuerſum. Hilar. ſup. Math. canon. 1.

Magi diuinitus edocti.

O perfectæ ſcientiæ mirabilem fidem, quẽ non terrena ſapientia erudiuit, ſed Spiritus ſanctus inſtituit. Vnde enim ij uiri cũ proficiſcerentur de patria, qui nondum uiderãt IESVM, nec aliquo contuitu eius, quod eũ tam ordinatè uenerarẽtur, aduerterant, hãc deferendorũ munerũ ſeruauere rationẽ

niſi

niſi quia præter illam ſtellæ ſpeciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior ueritatis radius eorum corda perdocuit, ut priuſquam labores itineris inchoarent, eũ ſignari ſibi intelligerent, cui in auro regius honor, in thure diuina ueneratio, in myrrha mortalitatis confeſsio deberetur. Et hæc quidem quantum ad illuminationem fidei pertinebat potuerunt illis credita & intellecta ſufficere, ut corporali intuitu non inquirerent, quod pleniſsimè uiſu mentis inſpexerant, ſed diligentia officij ſagacis uſq; ad uidendum puerum perſeuerans, futuri temporis populis, & noſtri ſeculi hominibus ſeruiebat, ut ſicut omnibus nobis profuit, quod poſt Reſurrectionem Domini, ueſtigia uulnerum in carne eius Thomæ Apoſtoli explorauit manus, ita ad noſtram utilitatem proficeret, quod infantiã ipſius Magorum probauit aſpectus. Viderunt itaq; Magi & adorauerunt puerum de tribu Iuda, de ſemine Dauid, ſecundum carnem factum ex muliere, factum ſub lege, quam nõ ſoluere uenerat ſed adimplere. Viderunt & adorauerũt puerum quantitate paruulum, alienæ opis indigum, fandi impotem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſsimilem. Quia ſicut fidelia erant teſtimonia quæ in eo maieſtatem inuiſibilis diuinitatis adſtererent, ita probatiſsimum eſſe decebat VERBVM carnem factum, & ſempiternam illam eſſentiam filij DEI hominis ueram ſuſcepiſſe naturam, ne uel ineffabilium operum ſecutura miracula, uel excipiendarum ſupplicia paſsionum Sacramentum fidei ex rerum diuerſitate turbarent, cum iuſtificari omnino non poſſent, niſi qui Dominum IESVM & uerum DEVM & uerum hominem credidiſſent. S. Leo Papa in Sermo. de Epiphan. Verbo, opere atq; muneribus, Magi profeſsi ſunt CHRISTVM eſſe uerum hominem, uerum Regem, uerumq; DEVM. Verbo quidem, quia dum dicunt, ubi eſt qui natus eſt, humanitatem eius fatentur: cumq; adijciunt Rex Iudæorum, regiam eius poteſtatem declarant: dum uero annectunt, & uenimus adorare eum, diuinitatem eius teſtantur. Venientes autem in Bethlehem, procidentes humiliter cum maxima reuerentia ſuper genua ſua, adorauerunt puerum adoratione latriæ, tanquam Dominum maieſtatis, Regem cœleſtem, & omnium Saluatorẽ, de quo locuti erant Prophetæ. Viderunt enim procul dubiò non ſolum intellectualibus ſed & corporalibus oculis aliquod ſupernaturale in puero iſto, uidelicet quandã DEIformem fulgorem in uultu ipſius, intus quoq; inſtruxit eos Spiritus ſanctus, omnem exteriorem paupertatem & abiectionem in puero eiusq; matre non eſſe humanæ neceſsitatis, ſed diuinæ diſpoſitionis, in ſignum, quod puer iſte non temporalem opulentiam atq; mundanam proſperitatem, ſed ueram & item cœleſtem ac ſempiternam beatitudinem in ſe credentibus impartiret: ideo moti non ſunt ex ſtabuli uilitate, ex matris inopia & pueri ſolitudine, imò quo exteriora uidebantur abiectiora, & interiora intellexerunt eſſe diuiniora. Obtulerunt autem Aurum, thus & myrrham, hæc tria ſinguli, ut adimpleretur quod Eſaias prædixerat: Omnes de Saba uenient, aurum & thus deferentes, & laudem Domini annunciantes. Et quod ait Pſalmiſta: Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Sabba dona adducent. Dionyſ. Carthuſ. ſup. Math.

Magorum munera.

Rom. 1. Galat. 4. Math. 5.

CHRISTVS non uenit ſoluere legem ſed adimplere.

Adorarunt Magi CHRISTVM adoratione latriæ, nos ſanctos adoratione duliæ.

Singuli Magi obtulerunt tria munera.

Enhæretice Magos fuiſſe Reges.

Ecce alienigenæ à fluminibus Æthiopiæ ad paruulum CHRISTVM ſupplices ueniunt, & filij diſperſorum deferunt munera, accedunt qui longè erant, & qui prope recedunt, in loco humili & ſuppellectile uili Rex regum &

Dominus dominantiũ inuenitur, cognoſcitur, & ab aliĳs adoratur. Ambroſ. lib. 2. ad cap. 2. Luc. Maximus Epiſc. Taurinen. Homil. 2. de Epiphan.

Ecce non Prophetæ ſolum, & Angeli hoc gaudium nobis denunciant, uerum etiam cœli rebus ſuis admirandis Euangeliĳ gloriam prædicant. Ex Iudæis Propheta CHRISTVS ortus eſt, ſed eius ortu non illuminatur Iudæus. Peregrini, & à teſtamentorũ promiſsione benedictioneq́; patrũ alieni ſunt Magi, qui cognitione populum Iſraëlitam anteuertunt, & cœleſtem agnoſcentes lucem, & in ſpelunca Regem non ignorantes. Hi munera offerunt, illi inſidias ſtruunt. Hi uenerantur, illi perſequuntur. Hi gaudẽt inuento quem exquirebant, illi nunciatum ipſius ortum reformidant. Hi & tanquã DEO thus offerunt, & auro dignitatem regiam colunt, & prophetica quadam gratia per myrrham mortis diſpoſitionem ſubſignificant: illi uero cunctos infantes unũ in locum coactos internecione tollendos cenſent, quod eos non ſolum crudelitatis, uerum etiam ſummæ dementiæ coarguit. D. Gregor. Nyſſen. in Nathal. CHRISTI.

Magi cognitione populum Iſraëlitarum anteuertunt, cœleſtẽ agnoſcentes lucem.

Subſcribit Sedulius ſententiæ de ſtella Magos ad CHRISTVM ducente, canens ſub hoc carminum modulo:

Ergo alacres ſummo ſeruantes lumina cœlo
Fixa Magi, ſydusq́; micans regale ſecuti,
Optatam tenuere uiam, quæ lege futura
Duxit adorantes ſacra ad cunabula gentes:
Theſaurisq́; ſimul pro relligione ſolutis
Ipſe etiam ut poſſent ſpecies oſtendere CHRISTVM
Aurea naſcenti fuderunt munera Regi,
Thura dedere DEO, myrrham tribuêre ſepulchro.

Iuuencus de Euangelica Hiſtoria lib. 1. eadem refert, dum ait:

Et poſtquam puerum uidêre ſub ubere matris,
Deiecti prono texerunt corpore terram:
Submiſsiq́; ſimul mox myſtica munera promunt,
Aurum, thus, myrrham, Regiq́; DEOq́; hominiq́;
Dona ferunt:

His haud diſſonat Prudentius in hymno Epiphaniæ dicens:

Videre quod poſtquam Magi
Eoa promunt munera
Stratiq́; uotis offerunt
Thus, myrrham, & aurum regium.
Agnoſce clara inſignia
Virtutis ac regni tui
Puer ô, cui trinam pater
Prædeſtinauit indolem.
Regem, DEVMq́; adnunciant,
Theſaurus, & flagrans odor
Thuris Sabæi, ac myrrheus
Puluis ſepulchrum prædocet.

Atq́ cum puerum pro eo ut æquum fuerat adoratione proſecuti eſſent, dextreq́ admodum & auſpicatò ſalutaſſent, & ut filium DEI & rerum omnium Regem adoraſſent, commeatu accepto, domum redire cogitant, prius tamen, quod promiſerant, Herodem adituri. Sed ea ipſa nocte Angelus, qui Dux uiæ eorum fuerat, illos oraculo admonuit, ut Herodis inuidi congreſſum fugerent. Ita factum, ut per aliam uiam in ſuam reuerterentur regionem, eò inprimis, ut quàm celerrimè in Perſarum regionem Doctores & nuncij tantæ rei uenirent: ut tyranni inhiberetur furor, quo ſimul ipſe conatum ſe eſſe, quod perfici non poſſet, intelligeret. Matth. 2. Oportebat quoq́, ut iam in CHRISTVM credentes, non per antiquas conuerſationis ſemitas ambularent, ſed nouam ingreſſi uiam, à relictis erroribus abſtinerent. S. Leo Papa in Epiphan. Dominic.

Cur Magi in aliam diuerterint uiam.

Eſt in Bethlehem puteus magnus, de quo MARIA glorioſa aquā fertur hauſiſſe, ubi ſæpius aſpicientibus miraculum illuſtre monſtratur, id eſt, ſtella ibi mundis corde quæ apparuit Magis, oſtenditur. Venientibus deuotis, ac recumbentibus ſuper os putei, operiuntur linteo capita eorum: Tunc ille, cuius meritū obtinuerit, uidet ſtellam ab uno pariete putei ſuper aquas tranſmigrare ad aliū, in illo modo, quo ſolent ſe ſuper cœlorū circulos ſtellæ tranſferre. Et cū multi aſpiciant, ab illis tantū uidetur quibus eſt mens ſanior. Nonnullos, uidi, (inquit Gregor. Turonen.) qui eam aſſerebant ſe uidiſſe. Nuper aūt Diaconus noſter retulit, quod cū quinq́ uiris aſpexit, ſed duobus tantum apparuit: in lib. de laud. Martyr. cap. 1. cui etiā conſentit uenerabilis Beda.

Puteus Bethlehemiticus, in quo ſtella uidetur.

De translatione Magorum, & reliquijs poſt obitum eorundē quid actum ſit, ſuis Centenarijs dicemus.

Magos, qui CHRISTVM adoraturi ex Oriente uenerunt, Reges fuiſſe nedum Philoſophos, tradunt, Cypri. in Ser. de baptiſ. CHRISTI & manifeſta Trinitate, Athanaſ. quæſt. 2. ad Regē Antiochū, Hieron. in Pſal. 71. Auguſtin. Sermo. 43. ad fratres in Eremo, et de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, Chryſoſtom. Hom. 6. in Math. Tertulli. contra Iudæ. Chriſtian. Doctor antiquus in cap. Matthe. 2. Iſidor. in præfat. Miſſæ, quæ uulgo dicitur Mozaraue. D. Tho. in Matth. cap. 2. & in Ioann. 11. cap. & in 3. p. q. 36. ar. 3. ait, non ſolum fuiſſe ſapientes ſed potentes. In Magis enim uidetur impletum illud, Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Sabba dona adducent. Item illud, Ambulabunt Reges in ſplendore ortus tui. Quæ in Epiphania Domini non hodiernum uulgus, ſed antiquus ſemper Eccleſiæ chorus intonuit. Accedit, quod ſupra quoq́ retulimus, quod, ut Tertullian. air, Magos Reges ferè habuit Oriens. Accedit quod in Reges illud maximè quadrat, Apertis theſauris ſuis &c. Matth. 2. Extat etiam Claudiani Epigramma, ubi Magos appellat Chaldæos Reges.

O inſigne mēdatium, Illyrice quid ſomnias? qui, qd' Eccleſia Catholica unanimi conſenſu obſeruat, omni teſtimonio in ſacris aut profanis literis, carere audacter affirmas? Detrahis gloriæ. CHRISTI Detrahis authoritati patrum. Quod Regum nomen Euangeliſta ſuppreſſit, ideo factum, quod non exiſtimaret Euangelij teſtimonium regio apparatu cumulandum, quod Magorum ſapientiam & grauitatem ampliſſimè ornauerat. In ueritate ſanè occulta confirmanda regia appellatio obſcura & otioſa erat, Magorum uox præclara & oportuna.

Ex antiquis Martyrologijs Sancti tres Magi Epiſcopi fuiſſe dicuntur, & Miſſam celebraſſe primitæ gentium. Baptizatos per S. Thomam Apoſtolum & Epiſcopos quieuiſſe Petr. de Natal. Epiſc. Equilin. confirmat, cui ſubſcribit Eckius in uita. S. Thomæ.

Ecce Illyrice, Sanctos tres Magos Epiſcopos Miſſas celebraſſe, maiores noſtri atteſtantur.

PVRIFICATIO BEATAE VIRGINIS MARIAE.

DEINDE matris ſecuta eſt purgatio, ut obſeruaret communes populi Iſraëlitici leges, quæ nato primogenito matribus indictæ fuerant, licet intacta & incorrupta, luſtratione minimè indigeret. Tulit uirgo ſecum puerum ad templum Hieroſolymitarum, ut ibi iuxta receptum morem ſacrificium offerret, par turturum aut pullos duos columbarum: ſobrietatem ſcilicet, temperantiam & ſimplicitatem in omnibus ſubindicans. Luc. 2. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 1. cap. 12.

Maria obſeruatrix legis Moyſis.

Conſuetudinē ſequens MARIA uirgo, ut legi ſatiſfaceret, quaſi cum alijs mulieribus eſſet ei in hoc opere ratio ſimilis, diebus deſignatis recubuit, & depoſiti oneris laſsitudinē profeſſa, oblatæ quieti paruit, & in diebus ſeparationis non ſe à thoro Ioſeph, qui eam nunquam tetigit, ſed ab ingreſſu templi, & cæteris quæ lex prohibebat continuit. Cyprian. in Sermo. de Natal. CHRISTI. Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius, tulit filium recens natum in Hieruſalem, ut ſiſteret eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia omne maſculinum adaperiens uuluam,

Quomodo in Domino perfectū ſit quod hic dicitur, paulò inferius explicatur: quod ſcilicet nullo modo uirginalis illa porta patefacta ſit ſed tantum fuerit CHRISTO Domino naſcenti peruia.

ſanctum Domino uocabitur. Id communiter dictum erat de omnibus, ſed in ſolo Domino perfectum, & ad ſolum Dominum IESVM refertur, non ad alium quempiam. Nam nulla præeunte uiri cognitione in uirgine matre, ipſe ſine uirginitatis illius corruptione ortus eſt. [a] Nunquid Cain ſanctus fuit, quoniam omnium primus ex materno utero æditus eſt? Num propterea ſanctus uocabitur, qui nefariè uitam terminauit? [b] Num Eſau uir bellicoſus & gladij hæres, propterea ſanctus dicetur, quia prior natus eſt quā Iacob? [c] An Ruben ſanctus quia primus ex utero matris æditus eſt, quippe qui patris cubile commaculauit? Nemo iſtorum ſanctus fuit. Omnes iſti rei extiterunt. Ex his manifeſtum eſt, ſcripturæ dictum illud propriè ac uerè ad ſolum Dominum IESVM ſpectaſſe. Idq́; confirmatur illo Gabrielis ad uirginem teſtimonio: [d] Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſsimi obumbrabit tibi, ideoq́; quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius DEI. Animaduerte autem & prudenter intellige quicunq́; de uirginea illa natura uerba facis, quod ſcilicet nullo modo uirginalis illa porta patefacta ſit eius prouidentia & uoluntate, qui antea in ipſa conceptus eſt. Hoc enim futurum prædixit Spiritusſanctus, cum per Prophetam dixit: [e] Hæc porta clauſa erit, & non aperietur, & uir non tranſibit per eā, quoniam Dominus DEVS Iſraël ingredietur, & egredietur per eam, & porta ipſa erit clauſa. Quantum igitur pertinet ad uirginalem naturam, uirginis clauſtra nullo modo aperta ſunt, quod uero pertinet ad potentiam geniri Domini, nihil clauſum, omnia aperta, nihil quod impedimentum afferre potuerit, cum omnia Domino ipſi ſunt reſerata. Quamobrem & ſuperiores potentiæ clamantes dicebant inferioribus: Tollite portas principes ueſtras, & introibit Rex gloriæ. Amphiloch. Epiſco. Iconij Homil. in Purificat. B. uirgin. Samuel quidem & Iſaac, & ſimul etiam Iacob & Ioſeph, & multi alij qui præter ſpem nati ſunt ex ſterilibus, & aperuerunt infertiles uuluas matrum, ſancti Domino uocati ſunt: CHRISTVS autem ſolus ex ſolo unigenitus, cum uirginales portas nō aperuiſſet, non eſt ſanctus Domino, ſed Sanctus Sanctorum, & Dominus Dominorum, & DEVS Deorum, & primogenitus primogenitorum, princepsq́; & Rex regnantium. S. Cyrill. Epiſco. Hieroſol. de occurſ. Domin. noſtri & Symeone. Ex lege defertur infans in templum qui lactat & mundum nutrit. Qui flet, & mundo largitur uitam & lætitiam.

a Primogeniti mali: Cain. Gen. 4.
b Eſau Ge. 25.
c Ruben. Gen. 35.
d Lucæ. 1.
e Maria, porta clauſa.
Pſal. 23.

Qui

Qui inuoluitur faſcijs, & nos liberat à faſcijs peccati. Qui in ulnis matris uerè cum carne & ſine defectu in terra. Qui ex lege in templo offert ſacrificium in terra, ſed idem pia omnium ſacrificia in cœlis excipit. Qui in ulnis ſenis per diſpenſationem, & in maieſtate diuina in thronis Cherubicis. Qui offertur & purificatur, ſed idem omnia purificat & purgat: ipſe donum, ipſe Pontiſex, ipſe Ara, ipſe propitiatorium, ipſe qui offert, ipſe qui pro mundo offertur, ipſe ignis, ipſe holocauſtum, ipſe lignum uitæ & cognitionis, ipſe agnus, ipſe gladius Spiritus, ipſe paſtor, ipſe ouis, ipſe ſacrificus, ipſe qui ſacrificatur, ipſe qui offertur, ipſe lex & ipſe qui ſuſcipit ſacrificium. S. Cyrill. Epiſco. Hieroſolym. de occurſ. Domin. noſtri IESV CHRISTI, & Symeone.

Nota: Christus in cœlo ſacrificia excipit: Quorũ certè non Iudæorum aut Turcarũ &c. ſed Chriſtianorum, quæ eſt Miſſa. CHRISTVS ſacrificium.

Dum itaq; ritus oblationis primogeniti in publico iſto loco peragitur, Symeon uir iuſtus & ſingularis religionis, primus & ultimus iuſtus. Vltimus legis, primus gratiæ. Iudæus religione, Chriſtianus gratiarum actione: Chriſtianus lectione, Angelus lingua. Symeon qui ex Phariſaica blaſphemia, roſa collectus eſt ex ſpinis: & primus donationis gratiæ inſpiratione cognitus. Symeon, qui eo proceſsit iuſtitiæ, ut in ipſo corpore ueluti reſponſum acciperet, non præteriturum præſentem, quæ eſt ad tempus, uitam, donec uideret Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM. Timoth. Presby. Hieroſ. de Prophet. Symeo. DEI ſuſceptore. Qui iam annos 103. ætatis expleuerat, ſummo deſiderio Meſsiam expectans, expectans conſolationem Iſraël, expectans dum fieret manifeſta ueritas, & populus Iſraëliticus ab umbra legis ad eam tranſiret: (Gregor. Nyſſen. de occurſ. Domin. & de DEIparent. & Symeo. iuſto.) ſicut antea promiſsionem à DEO acceperat peculiari inſtinctu Spiritus ſancti, uenit in templum, eiusq; luce accenſus mox filiolo MARIÆ conſpecto, miro perfuſus gaudio, cupidiſsimè complectitur, ac in ulnis retinens, diuino numine afflatus, Regem & Saluatorem ſuum profitetur. Vnde IESVS CHRISTVS appellatus eſt. Nam IESVS nomen Saluatoris eſt, CHRISTVS uerò Regis, qui myſtico illo Chriſmate unctus, quo Reges omnes, Meſsias Hebraicè dicitur. Vt enim Romani Imperatores purpura, ſic Hebræorum Reges unguento delibuti, ad regium faſtigium peruenére. Sabellic. part. 2. Ennead. 7. lib. 1. cap. 1. Platin. de Pontific. in CHRISTO. Verba Symeonis ad CHRISTVM memoratu atq; conſideratione digna hæc ſunt: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti, ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël. Luc. 2. Nunc me ſoluas Domine ab æternis uinculis. Nunc me ſoluas ab interitu. Nunc me ſoluas à morte. Nunc me ſoluas à mœrore. (S. Cyrill. Epiſcop. Hieroſol. de occurſ. IESV CHRISTI & Symeon.) Soluar ab hac breui uita in quam cadit interitus. Vidi choræam Angelorum, glorificationem Archangelorum, omnem creatam naturam exultantem, cœleſtia & terreſtria unum habentia tranſitum. Nunc abſoluar ne hic retinear. Spiritus ſanctus eſt in me, uideo quæ CHRISTO euenient. Nunc abſoluar, ne Iudæorum qui ſunt mei generis, quæ in te eſt futura uideam audaciam. Ne uideam ſpineam, quæ plectitur coronam. Ne uideam ſeruum tibi alapas infligentem. Ne uideam tibi intentari lanceam. Ne uideam ſolem obſcurari. Ne uideam lunam deficere. Ne uideam elementa mutari.

Symeon Phariſæus bonus, erant enim alij Phariſei heretici, & pauci quidam pij.

Symeonis ætas.

Symeon agnoſcit Chriſtum. Eſt Chriſti ſuſceptor.

Canticũ Symeonis.

Ne uideam te cruci affixum. Ne uideam rumpi petras. Ne uideam ſcindi uelum templi. Timoth. Presby. Hieroſol. de Prophet. Simeo. DEI ſuſceptore.

O uerè beate atque beatiſsime ſenex. Quam beatus ille tuus & reuera ſacroſanctus in templum ingreſſus, per quem progreſſus es ad exceſſumê uitæ? Quam beati ſunt oculi animæ ſimul & corporis, hi quidem ut qui aſpectabilem DEI apprehenderint apparitionem, illi uerò ut qui nō ſolum aſpexerint ad id quod cernitur, ſed fuerint illuſtrati ipſa luce Spiritus, & corporatum DEVM VERBVM agnouerint, qui uiderunt diuinum ſalutare quod paratum fuit ante faciem omnium populorum. Quam beatæ ſunt manus tuæ, quæ ueritatis uerbum contrectauerunt? Quam beata eſt lingua tua, cui fœliciter fuit annunciata reuelatio uitalis luminis? (Gregor. Nyſſen. de occurſ. Domi. & de Deiparent. & iuſto Symeo.) Tu Dominum & DEVM in templo ulnis amplectens altum œconomiæ myſteriū Iudæis annuncians, exiliens & exultans, clara uoce de eo apertè clamaſti, dicens: Hic eſt qui eſt, & ante eſt, & ſemper adeſt cū patre eiuſdē eſſentiæ, in eadem ſede ſedens, eiuſdē gloriæ & potentiæ, par potentia, omnipotens, principio carens, increatus, inalterabilis, qui nec circumſcribi, nec aſpici, nec uerbis explicari, nec comprehendi, nec contrectari, nec mente cōcipi, nec conijci poteſt. Hic eſt ſplendor paternæ gloriæ & potentiæ. Hic eſt character ſubſtantiæ omniū conſtitutionis. Hoc eſt lumen luminū quod oritur ex ſinu patris. Hic apud DEVM & ex DEO DEVS cognoſcitur. Hic eſt fons uitæ, ex fonte patris uita procedens. Hic eſt DEI fluuius qui exit è diuina abyſſo, ſed ab ea nō ſeparatur. Hic eſt theſaurus bonitatis paternæ & æternæ beatitudinis. Hæc eſt aqua uitæ quæ uitā mundo largitur. Hic eſt radius increatus, qui ex ſolo patre luminū gignitur, ſed nō ſcinditur. Hic eſt DEVS VERBVM, quod ex ijs quæ non ſunt ad hoc ut eſſent, ſolo uerba omnia conſtituit. Hic eſt Lucifer qui ante Luciferum incorporeas adornauit uirtutes cœleſtium exercituum & ordinum. Hic eſt qui cœlum extendit ſolus, & ſuper mare ambulat tanquam ſuper cœlum. Hic eſt qui abyſſum caligine inuoluit tanquam faſcijs. Hic eſt qui terram firmauit ſuper aquas. Hic eſt qui mare ſepſit arena tanquam muro. Hic eſt qui lucem diuiſit à tenebris. Hic eſt qui circularem aſtrorum ornatum compoſuit. Hic eſt qui uniuerſum, tam qui cernitur, quam qui intelligentia appræhenditur, mundum conſtituit in ſapientia. Hic eſt qui non fictis manu manibus ex luto hominem finxit & formauit. Hic eſt qui ad DEI imaginem nos fuit fabricatus, nunc ipſe ad noſtram imaginem homo factus. Quin etiam DEVS id quod mente percipitur, perfectus ex perfecto patre habens eſſentiam. Qui cum eſſet in forma DEI Dominica, nunc meam ſuſcepit formam ſeruilem, non diminuens dignitatem diuinitatis, ſed ſanctificans, ut ſanctificaret maſſam meæ naturæ, ſupra totus & infra totus. Hic eſt puer de quo Eſaias prius prædicauit, dicens: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & uocabitur nomen eius magni conſilij Angelus, admirabilis conſiliarius, DEVS fortis, princeps pacis, pater futuri ſeculi. Hic eſt puer qui olim mare perfregit Iſraëli, & ſubmerſit Pharaonē, & legem dedit Iſraëlitis, & pluit manna, & in columna ignis deduxit genus Hebræorum, & petram rupit, & rubum flamma ignis tanquam rore cinctum conſeruauit incombuſtum. Hic puer Moyſem quadraginta annos fecit paſtorem, ut quadraginta annos conſtituit Ducem Iſraëlis, & eum corroborauit ut ieiunaret quadraginta dies.

Sic

Numerus quadragenarius myſticus.

Sic ipſe quoq; puer baptizatus ieiunabit quadraginta dies,& poſt quadraginta dies à mortuis regenerationis aſcendet in ſupernam Hieruſalem, & poſt quadraginta dies ſui ortus ex uirgine, nunc ingreſſus eſt in terrenam Hieruſalem. De hoc puero prius etiam prædicauit Propheta Abacuc dicens: DEVS à Themam ueniet, hoc eſt ab Auſtro. Ab Auſtro enim Hieruſalem eſt Bethlehem. A Bethlehem autem nũc ingreſſus eſt Sion. Propter hunc puerum Moyſes nobis teſtificatus eſt dicens: Prophetam uobis ſuſcitabit Dominus DEVS ex fratribus ueſtris,& omnis qui non audit eum exterminabitur ex terrà uiuentium. De hoc puero Propheta Dauid uota fecit dicens; Qui ſedes ſuper Cherubim appare, excita potentiam tuã & ueni ad nos ſeruandos. Et alibi: Citò præoccupent nos miſerationes tuæ Domine. Et rurſus: Domine inclina cœlos tuos & deſcende. Et alibi: Tu Domine DEVS uirtutum, attende ad uiſitandas omnes gentes. Hunc puerum laudant Angeli, hunc adorant Archangeli, hunc tremunt poteſtates, hunc glorificant uirtutes, hunc ſeruiunt Cherubim, hunc DEVM prædicant Seraphim, huic Sol ſeruit, huic miniſtrat Luna, huic obediunt elementa, huic ſubijciuntur fontes, hunc puerum cum uidiſſent portæ inferorum ſunt confractæ, portæ autem cœleſtes ſunt apertæ. Hic puer mortem aboleuit, diabolum pudore affecit, maledictum ſoluit, dolorem ceſſare fecit, ſerpentem contriuit, intermediam materiam diſcidit, malum chirographum peccatorum perfregit, peccatum conculcauit, errorem aboleuit, ſurgere fecit creatam naturam. Hic puer Adam conſeruauit, Euam refinxit, gentes uocauit, mundum illuminauit. S. Cyrill. Archiepiſco. Hieroſol. de occurſ. IESV CHRISTI, & Simeon.

Symeon alloquitur Mariam.

Iſto tam præclaro teſtimonio tantoperè afficiuntur parentes IESV, ut tanquam attoniti aſsiſterent. Dum autem ita hærent, pergit bonus Symeon, eis benedicens, ac omnia bona, fauſta, ac læta ad Meſsiæ officium precans: conuerſus inde ad MARIAM tanquam ueri Meſsiæ genitricem, prophetat ei de rebus futuris, nè ſit ignara qualis hic ſit Meſsias, quomodò ſaluaturus ſit omnes gentes, nempè paſsione; ac monet ut ipſa ſeſe ad mærores firmis conſolationibus ſuſtinendos paret: Ecce, inquit, hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum cui contradicetur. Satis eſt tibi uirgo matrem omnium Creatoris dici. Satis eſt nutricem eſſe illius qui nutrit orbem terrarum & mundum ſuſtentat. Satis eſt quod eum feras qui portat uniuerſa. Qui nunc in te hàbitauit CHRISTVS & nunc manibus meis tenetur, hic ipſe ſuggeſsit mihi quæ de ipſo loquor, quod ſcilicet poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſraël. In ruinam non credentium Iudæorum, & reſurrectionem gentium quæ credituræ ſunt. Signum autem cui contradicetur, Crucem appello. Quandoquidem multi ex infidelium numero, contradictionis uerba cruci Dominicæ inferent, uerbis ac factis IESVM impugnantes, arundine caput ipſius percutientes, acetum dantes illi bibere, uel pro cibo afferentes, corona ſpinis contexta eius caput inducentes, ſceleratis manibus alapas infligentes, lancea latus aperientes, contumelioſa illa uerba magnis clamoribus obijcientes: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Amphiloch. Epiſcop. Iconij Homil. in Purificat. DEI Genitricis MARIÆ. S. Chryſoſtom. de occurſ. Domi. noſtri & de DEI parent. & Symeone.

Multi infidelium contradicunt ſigno Crucis ſicut Illyricus.

CHRISTVS ruina & reſurrectio.

Ecce enim hic eſt poſitus in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſraël. In ruinam quidem infidelium, reſurrectionem autẽ eorum qui credunt. Ad ruinam Synagogæ, reſurrectionem uero Eccleſiæ. In ruinam dæmonum, reſurrectionem autem Sanctorum. In ruinam prophanorum, reſurrectionẽ uero iuſtorum. In ruinam & reſurrectionem multorum in Iſraël. In reſurrectionem latronis futuri à dexteris CHRISTI, in ruinam uero eius qui futurus eſt à ſiniſtris. Nam ille quidem piè ſe geret, hic uerò maledicet (Timoth. Presb. Hieroſol. de Prophet. Simeo. DEI ſuſceptore.) Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Tu uideris mater, num euades ſine tentatione? quoniam eũ peperiſti, quoniam uiſa es ei tuum commodare uterum. Tuam animam pertranſibit gladius quando uideris eum pendentem in cruce, quando uideris eum pro mundo patientem, quando uidebis eius manus extenſas in cruce, & in ligno clauis affixas. S. Chryſoſtom. de occurſ. & de DEI parente & Symeo.

Anna, Phanuelis. Illyrice, bona opera, orationes, ieiunia.

Interea etiam Anna filia Phanuel de tribu Aſer, Prophetiſſa, annos nata octoginta quatuor, dederat ſe totam pietati, non diſcedens à templo nocte atq; die, ieiunijs & orationi uacans & ingenti deſiderio Meſsiam expectans. Venit autem eadem hora qua Symeon in templum, & uidens IESVM audet & ipſa Spiritu ſancto lucem accendente, apertè definire & confiteri hunc infantulum eſſe illum ipſum Meſsiam quem omnes Prophetæ prædixiſſent, eaq; & in præſentia & poſtea alijs quoq; denunciat. Luc. 2. Certè uiduarum corona fuit Anna, ſexu mulier, ordine ac dignitate Prophetiſſa, in uiduitate uitam degens, & in templo uerſans, corpore quidem imbecillis, & propter ſenectutem infirma, ſed animo fortis ac robuſta, corrugata facie, ſed prudentia uigens ac florens, ſenectute incuruata, ſed cõſilio & ſententia rectè incedens, multorum annorum numero ſenior iam facta, ſed DEI cognitione præcellens, ieiunijs, non ſaturitati ſtudens, DEVM precans, non inter oſcitantes

Nota, cum Anna fuerit Prophetiſſa, & ſecundum Cyril. catech. 10. monialis, uteiq; licuit hoc illi, quod hodie noſtris monialibus, non Lutheranor. uxorculis.

uitam degens, in templo perſeuerans, non alienas domos obiens, Pſalmos canens, non nugis uacans, Prophetiæ intenta, non fabulis aut nugacitati, diuina meditans, inhoneſta reijciens. Pro Domino teſtimonium proferebat, & Domini Spiritu afflata quę ipſius erant præſente illo ipſo Domino loquebatur. O res admirabiles. Erat mulier illa uidua, & ea reuelabat, quæ Sacerdotes quidem & Scribas mœrore afficiebant, ſed populum ipſum recreabant, cum ex Domini præſentia futuram in Iſraël redemptionem nunciaret. Videbat Anna infantem Dominum dona pro ſe ipſo in templo nunc offerentem, neq; tamen propterea offenſa eſt, neq; quod uideret Dominum in ætate puerili, ſed confeſſa eſt infantem illum eſſe DEVM, medicũ, redemptorem,

Prophetia Annæ.

fortem, ac ualidum peccatorum deſtructorem. Videris, ne inquit, puerum hunc mammam ſugentem, in materno ſinu quieſcentem, nondum pedibus ueſtigia ſupra terram figere ualentem? Videtis ne puerum iſtum qui octauo die circumciditur? Hic fundauit ſecula, hic cœlos in orbem circumduxit, hic terram dilatauit, hic mare ipſum arena tanquam uallo quodam circumdedit. Puer iſte educit uentos de theſauris ſuis. Idem & Noë temporibus cataractas cœlorum aperiens, diluuium in omnem orbem terrarum immiſit. Hic pluuiam atq; imbres componit. Iſte puer niuem ut lanam ſpargit. Iſte Moſayca illa uirga patres noſtros de terra Ægypti liberauit. Iſte mare rubrum diſſecuit & tanquam per campum aliquem fecit illos tranſire puluerulẽto pede,

qui

qui ſpem ſuam in eo collocauerant. Hic & manna, ut imbres quoſdam, demiſit. Iſte patribus noſtris terram, melle ac lacte fluentem ſorte diſtribuit. Iſte templum hoc per Salomonem conſtrui atq; in ſublime erigi fecit. Iſte iurans dixit Abraham: Multiplicans multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris. De hoc puero propheticus chorus cõſolationem afferens dicebat: Exeita potentiam tuam & ueni ut ſaluos facias nos. Non igitur offendatis in eo quod puer ſit, idem enim & puer eſt et cũ patre coæternus. Idem ſub tempore numeratur & genealogiã non habet. Idem puer eſt balbutiens, & hominibus os & ſapientiam largitur, partim ut ex uirgine homo factus, partim ut naturam habens, quæ compræhendi non poſsit. Hæc in illa uiduæ Annæ prophetia continebantur. Hæc à muliere & uidua illa egregia clara uoce prænunciata ſunt. Septem annos cum uiro ſuo uixit à uirginitate ſua. Annorum hebdomadam complens, & anno ſeptimo à uiri conſuetudine requieſcens, bené ſabbatiſmo functa eſt, bené amplexa eſt Dominicæ diei gratiam. Turturis morem Anna ſeruauit. Non oblita eſt coniugis ſui, non admiſit in cubile uirum aliquem, à quo eius caſtitas uiolari poſſet. Nam & in lecto ipſo, priorem uirum quamuis mortuum, memoria retinebat. Non commaculauit ſindonem, in qua cum primo illo uiro copulata fuerat. Veré reprehenſione dignæ ſunt, quæ uirorum, quibus aúctore DEO coniugatæ ſunt memoriam cum eorum ſepulchris obruunt, præſertim filio aut filijs ex coniugio ſuſceptis cuius rei cauſa connubium conceſſum eſt. Nam ſi iuniori uiduæ non ſit proles, repræhendenda non eſt, ſi filiorum deſiderio impulſa, ueniat ad alterum coniugium, quondam & B. Paulus hoc admonens dicebat: Volo iuniores uiduas nubere, filios procreare, matres familias eſſe. Itaq; procreandorum filiorum cauſa, ſecundum connubium adſditum eſt. Cum uerò ſit proles iuniori uiduæ, ſuperuacaneum uidetur ſemen ſpargere cum ſcilicet ariſtæ floreant. Amphiloch. Epiſco. Iconij Homil. in Purificat. DEI Genitri. MARIÆ. Gregor. Niſſen. de occurſ. Domi. & de DEI parent.

Nota hæreticæ polygamæ, Anna laudatur quod marito mortuo non ſit facta bygama.

Bygamia quatenus conceſſa.

Celebrata hac luſtratione, recognito q; iure primogenitorum ſecundũ legem diuinam, in Nazareth patriam rediere, ciuitatem Galileæ. Lucæ 2.

CHRISTVS redit in Nazareth.

HERODES uero, filius Antipatri, Rex Iudæorum, ab eo tempore, quo famam à Magis acceperat natũ eſſe Iudæorum Regem, ſemper occulté de eo necando cogitationes in animo ſuo agitabat, & in occaſiones intentus erat. Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 1. cap. 14. Quo cognito, Ioſeph, exiſtimatus CHRISTI pater, in ſomnis oraculo diuino admonitus eſt, ut citra moram & cunctationem, matre & puero receptis, quo tyranni cædem euitaret, celeriter in Ægyptum profugeret; ibiq; tam diu moraretur, donec qui pueri animæ inſidiaretur, ipſe animam exhalaret. Et Ioſeph quidem id facit, ſeptennijq; apud Ægyptios in Hermopoli ciuitate, ſecundũ Bonauenturam, exilium tolerat.[a] Hermopolim cum ueniſſent, mox atq; ingrederentur, iuxta portã, arbor, quàm Perſæam uocant, CHRISTI aduentu attonita, cum maxima eſſet, ad tellurem ſeſe demiſit, & CHRISTVM adorauit. Sozomen. Eccle. Hiſt. lib. 5. cap. 21. Caſsiodor. in tripart. Hiſt. lib. 6. Eadẽ affirmat & Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 10. cap. 31. atq; ſubiungit: De arbore ea, hæc quæ legi, ſcribenda eſſe duxi. Ego uerò eam quaſi quoddam ſymbolum ſeu ſignũ fuiſſe puto CHRISTI ipſius in urbem eam aduentus; aut certé ſicuti conijcere licet,

CHRISTI FVGA IN AEGYPTVM, ET HERODIS INFANTICIDIVM.

[a] Huic miraculo impium ſuum addit iudicium Illyricus fabulamq; appellat, quia Euſeb. non ſcripſit: quaſi uero is omnia ſcribere potuerit, & pleraq; ignorare &

eam propter proceritatem & pulchritudinem Græcorum moribus ab urbis incolis diuino honore cultam, tum commotam eſſe, dæmone, qui per eam eſt cultus exhorreſcente ad præſentiã eius, qui aboliturus & oppreſſurus eos omnino fuerat. Sed tum quoq; cuncta Ægyptiorum ſimulacra diffluxere, CHRISTI non ferentia aduentum: iuxta id quod de eis ab Eſaia eſt dictum. Porrò dæmone ex arbore ea pulſo, ad certum rei geſtæ indicium, prona & inclinata permanſit, fide accedentes ſanans. Harum rerum Palæſtini & Ægyptij idonei fideq; digni ſunt teſtes. De Perſide arbore eadem Baptiſta Mantuanus Carmelita Theologus Parthen. Marian. lib. 3. refert, cum ait.

Vide quos teſtes miraculũ hoc habeat, Illyrice, q. tu fabulam appellas.

Tunc erat Hermopoli: folijs pomoq; ſalubri
Vtilis ægrotis arbor: quæ uirgine uiſa
Pignore cum paruo ſummum flexiſſe cacumen
Fertur: & occulti numen ſenſiſſe tonantis.
Hæc erat à Medis arbor translata colonis
Perpetuò frondens & medica mala ferebat.

De S. Latrone.

In itinere dicit Anſelmus teſte Ludolpho, bonum eſſe credere quod narrat contigiſſe de ſancto Latrone, qui filius erat principis latronum & liberauit CHRISTVM de manu patris. Ex Hermopoli progreſſa eſt uirgo ſuper Memphim, id eſt Cairum, cui cõiuncta eſt Babylon Ægyptia, ibi dicit Iacobus Zieglerus [a] Bauarus eſſe ſpeluncam ubi latuit D. uirgo, & puteum cuius aqua utebatur. Apud Nataræam uero duobus millibus à Memphi (ut Bernard. Bretenbach. Decanus Moguntin, ſcribit qui cum alijs ſocijs. 17. uiſitauit loca illa reliquias ergò) eſſe fontem qui rigauit hortum balſami & miraculo profluxit ſitiente uirgine. Quinq; autem millibus à Memphi eſt [b] S. MARIA de la palma, ubi palma dicitur inclinata ad domini aduentum. De hac palma mira referunt Vincent. lib. 6. cap. 94. & 95. Gotefrid. Viterbieñ. Chron. part. 14. Martin. in Chron. ſicut & de ſpelunca cuius meminit Zieglerus & de fonte ex palma ſcaturiente. Hermopoli, inter cætera ſui diuini ingenij præclara monimenta, beatiſsima uirgo, ueſtem acu pictam, aliàs contextam, puero IESV creſcenti mirabilem conſtruxit. Qua confecta, ab ipſo omnipotenti DEO impetrauit, ut quemadmodum puer ipſe excreſceret, ita & ipſa. Et fuit ueſtis illa, quæ in paſsione ipſius Domini noſtri fortibus obiecta fuit. Hæc Bergomen. in Vit. B. Virginis.

Alij Heliopolim fuiſſe exiſtimarũt forte propter affinitatem uocis decepti.

a Addit liber Italicus de peregrin. Hieroſol. editus noſtro tẽpore, ab eo qui loca ſancta uiſitauit & imaginem uirginis Mariæ depictam à B. Luca & columnã cuius pars tecta à B. uirgine facta eſt lactei coloris & templum S. Mariæ de Lucaus.

Dum autem CHRISTVS in Ægypto eſſet, cecidere Deorum omnium ſimulacra, quos tum gens ſtulta & omniũ errorum mater coluit, obmutueruntq; malorum dæmonũ oracula, & mors ſubſecuta eſt, quod futurũ multò ante Propheta prædixerat: Ecce, inquiens, leuem nubem cõſcendet, & Ægypti ſimulacra mouebuntur in conſpectu eius, tabeſcetq; cor Ægypti in medio ipſius. Eſai. 19. Baſil. Seleuciæ de S. Innocent. De eiſdem Hieron. & Philo. Iudæus. Scribit Pet. de Natal. Epiſc. Equilin. lib. 3. cap. 218. tum Affrodiſium totius Ægypti præfectum cum omni exercitu ſuo CHRISTVM adoraſſe: cui ſubſcribit Vincent. lib. 6. cap. 94. & 95. Qui apud Syenem ciuitatem in templo quod Capitolium Vrbis uocabatur 365. Idola corruiſſe cõmemorat. Plura de Affrodiſio infra part. 5. De Martyrib. Bituriceñ. in Gallia diſt. 3.

b Plus eſt hæretice oculatis teſtibus credendum, quam tuo cæco iudicio.

Enimuerò

Enimuerò Herodes cũ uoto ſuo excidiſſet cœptumq́ꝫ ei conſiliũ minus ſucceſsiſſet cũ uindictę in Magos cupiditate à quibus ſibi illuſum eſſe putabat incenſus, tum periculo regni amittendi concitatus, contra infantes qui nihil etiniuriæ intuliſſent indignationem iramq́ꝫ omnem euomit, & aduerſus naturam omnem inſurgit. Verum id agere tunc quod deſtinauerat homo crudeliſsimus non potuit. A filijs enim obſæuitiam accuſatus [a] Romam ad cauſam dicendã proficiſcitur. Ioſeph. ant. Iuda. lib. 16. cap. 7. Egeſipp. excid. Hieroſol. lib. 1. Naucler. part. 2. generat. 1. [b] Qui cum iter faceret per Tharſum & Ciliciam audiens per naues Tharſenſium Magos tranſiſſe, in ſpiritu uehementi cõbuſsit naues Tharſsis ſecundũ quod Dauid prophetauerat Pſal. 47. Hinc ſimulata cõcordia in prouinciam rediens [c] Ariſtobulum & Alexandrũ filios, adoleſcentes quidẽ egregios & doctos, quippe qui apud Cæſarem Auguſtum fuerant educati, in Cæſarea laqueo peremit. Egeſipp. excid. Hieroſol. lib. 1. Naucler. part. 2. generat. 1. Ad necem inde puerorũ conuerſus homo regnandi cupidus, quod natũ eſſe alterũ Regẽ Iudæorũ à Magis & Prophetis intellexerat, conceptã crudelitatẽ audacior nunc factus, executioni mandauit.

[a] Ex hac profectione Herodis notent illi, qui à communi Eccleſiæ opinione diſcedentes, Magos ferè poſt duos annos ueniſſe ad Chriſtum aſſerũt. Differre enim occiſionẽ puerorũ propter res Herodes eſt coactus.

[b] Comburit naues Tharſis.

[c] Occiſit Ariſtobul. & Alexand. filios.

O Herodis inſaniam. Quibuſnam ex conſilij egeſtate actibus repleuit orbem terræ? Quis erat ille longè infœliciſsimus, quando tam acerbam tulit ſententiam in eos qui eum nulla affecerant iniuria? Omnino certè ſpeciem induerat regiam: et faſtus ac pompæ ſcenam ſibi finxerat, & ſedebat in aureo throno, gemmarum collucente ſplendoribus: & pectora ira dilatans, inuidia cogebatur in arctum: & capulo enſis innitebatur dextera: & uiros ſapientia inſignes adhibebat in conſilium, quorũ linguas mouebat diabolus, illius urgens interitum, & alia quidem furioſè accipiens: alia autem ſtatuens audire & iudicare, & improbis grauiter annuens conſilijs, meditatus eſt meſſem immaturarum ſegetum. Poſtquam autem ſæuo decreto illud inhumanum confirmauit conſilium, & totum iam in armis iuſsit eſſe exercitum, cumque ferro munijt, eique Centuriones & tribunos diuiſit, & Duces elegit, qui præclare poterãt intelligere quid oporteret facere in tempore, & optimè ſciebant uti armis, huiuſmodi uerbis eos eſt allocutus, nullo pudore affectus eorum quæ dicebat.

In multos quidem o milites belligerãtes uos fortiſsimè geſsiſtis, & mœnia trophæorum meis circumdediſtis finibus. Nunc autem ſi unquam maxime, oportet uos magno ſtudio incumbere ad uictoriam. Ne ſitis pigri & ignaui. Magnum eſt enim certamen, & ingens periculum. Domi mihi naſcitur malum. Latenter aguntur cuniculi ad ſubruendam mei regni potentiam. Nullus me apertus inuadit inimicus. Puer qui adhuc ignoratur mihi ſceptra eripit. Scitis Bethlehem. In ea intellexi natum eſſe filium, qui à DEO regni accepit ſuffragium. Nondum circumagitur tempus duorũ annorum ex quo natus eſt: & nullus quidẽ qui appareat me terret apparatus: ſed timeo Prophetarum uoces quæ de eo extiterunt. [d] Etenim Magi, meminiſtis aũt quando nuper ad nos uenerunt, ex quadam ſtella quæ eis apparuerat, renunciarũt ſe intellexiſſe ortum pueri: & requiſijſſe Bethlehem ut uiderent puerum: & Regem natum eo quo par erat honore afficerent. Ego uerò uolebam ex eis ſcire quiſnam is eſſet, ut mihi eſſet facilè & expeditum diſſoluere tyrannidem. Sed cum illi neſcio quanam de cauſa fefellerunt quæ mihi promiſerant, & in ſuam redierunt regionem, timeo, conturbor, exiſtimo adeſſe periculum.

Oratio Herodis ad trucidatores infantũ.

Benè notandũ hoc eſt qđ duo anni ferè inter Natiuitat. Chriſti & infantum occiſionem interceſſerint.

[d] Nuper hic pro longiore tempore accipiendum, ut Cicer. 2. Diuinat. Neq; ante Philoſophiam patefactam quæ nuper inuenta eſt.

De cætero uos intueor, liberate me ab hoc metu. Properate cum armis, omnes hos fines terris cædibus circumcidite, à ſenibus abſtineat enſis: ijs qui iam pubeſcunt, nullum afferte periculum: aduerſus paruos tantum inſantes armemini: Omnem primã ætatem demetite miſerabiliter. Nullius lachrymæ matris miſeramini: meum inimicum ſcrutemini in ſinu uniuſcuiuſq;. In eos qui ad matrum ubera confugerunt ferrũ trudite, & cædis ſanguis miſceatur cum lacte. Etiam matres ipſas cum inſantibus adactas transfigite, ut ictus ferri à mollibus corporibus ad illas delapſi. Nullus huius cædis erit uobis accuſator. Solum feſtinate, inſtar leonum in ciuitatem irruite. Nulla uos cædis capiat ſatietas, donec à uobis exiſtimatur aliquis puer reſtare. Si nulli uitam conceſſeritis, ille quoq; inter omnes uidebitur cecidiſſe. Et ille quidem non bene nec tuto fruetur honore Magorum, mihi autem lætam dabitis uitam & à cura liberam.

Hæc cum illi audiſſent, & à ſuis animis omnẽ amputaſſent miſericordiam, & ſcelere ſtatuiſſent alter alterum uincere, curſu ſerebantur in ciuitatem, manus armatas extendentes: & in greges urbis Bethlehem irruentes, teneros agnos dilacerabant, & ſanguinis fontes omni ex parte emanantes, abundè inquinabant terræ ſuperficiem: & nihil uidebatur percuntibus ſufficere ad ſalutem. Non domus quæ cælare poſſet eam quæ ſubierat: nõ templum adferens parricidis aliquam DEI reuerentiam. Non ſpeluncæ clandeſtinus ingreſſus, ſed infantes tanquam hoſtes omni ex parte inueſtigabantur, neq; latuit ullus eorum gladium, cum unuſquiſq; tanquam qui eſſet ipſe CHRISTVS, in uniuſcuiuſq; quæreretur ſanguine. Quæ autem erant audaces matres, opponentes manus aciei gladiorum, à ſeipſis quidem feriebantur pro pueris: ſed nihil eis proderat: neq; aliud efficiebant quã ut eſſet eis temporis longius periculum. Aliæ uerò uiolenter apprehendentes pueros, qui contra [a] trahebantur, quæ membra manibus conſtrinxerant, ea ſolum habentes poſtea conſpectæ ſunt: ferro matri diuidente infantem, & ijs qui trahebant: & ille quidem, uerbi cauſa, manum: hæc uero crus: illa autem aliquam aliam partem, tanquam totum tenens filium, excurrebat. Multæ autem dum curſu fugerent, in ea quæ iam iacebant corpora incidentes, & ſolo teneros ſuos fætus allidentes, enſe nihil opus habebant ad eorum interitum. Iam uerò aliqua ſtans ante eum, qui erat percuſſurus, & pro ſuo filio multum obſecrans, flens ſic uoci ſerabatur.

Latini patres nihil de numero Innocentiũ tradiderunt quod ſciã, calumnia igitur eſt quod Illyricus dicit Eccleſiam tradere numerũ 14400. nam quod ex Apocalip. in templis legi ſolet. in feſto Innocen. alium habet ſcopum. Græci tamen in Minolog. 14000. infantum occiſa eſſe aſſerunt.

a Truncãtur pueri membra in matrũ manibus relicta.

b Oratio matrum ad trucidatores.

Concede mihi ò miles, [b] eorum quæ à te fiunt ignorationem: & me occide ante filium: & ne matris offendas oculos tam acerbo ſpectaculo. Et tibi omnino utique mater, eſt etiam uxor quæ habet filium. Scis quemadmodum propter mala filiorum, parentum dilacerantur uiſcera. Illi autem flectebatur quidem animus, & per genas fluebant lachrymæ, Herodis uerò ſeruiens rabiei, uerbis adhuc fluentibus, in ulnis matris infantem occidebat, & ſupplicationem interrumpebat cædis lamentatio. Hiſq; hæc agentibus, magis fuit irritata inſania. In ipſas domos irruebant, & omnia ſcrutabantur furentibus & cædem ſpirantibus oculis: & in excelſos thalamos excurrebant. Deindè cum ſub lecto, aut ſub aliquo alio eiuſmodi infantem inueniſſent latentem, quem ſolus fletus indicauerat, ex ædibus tanquam lapidem in uiros deuoluebant: iræ Regis mortem largientes tam impiam. Confuſa uerò exiſtebat uociferatio, & inualeſcebat uarius ſonus luctus, maioribus quidem

pueris

pueris fratres ſuos deflentibus: parentibus deplorantibus eos quos genuerant; matribus autem propter calamitates ſonoros eiulatus edentibus: ſenibus uerò ſe nihil unquam tale uidiſſe clamantibus, ne in hoſtiū quidem incurſionibus: conquerentibus omnibus de acerba luce illius diei. Baſil. Seleuciæ de S. Innocent. D. Gregor. Nyſſen. in S. Martyr. Innocent. Gregor. Turoneñ. Hiſtor. lib. 1. Euſeb. Sacr. Hiſto. lib. 1. cap. 7. Otto Friſingeñ. lib. 3. cap. 8. Haimo. Halberſtareñ. Epiſco. de Chriſtian. rerum memor. lib. 1. cap. 4.

Dicunt ſic Domino laudes trucidati ab Herode lactantes: loquuntur ſanguine, quod lingua non poſſunt: paſsione canunt, quod ſermone non norunt: occiſi prædicant, quod uiui non poterant. Nec nouum quid dicitur, ut innocens ſanguis, aut DEO referat laudes, aut ſuas indicet paſsiones, cum Abel ſanguis clamet ad cœlum, aut occiſorum animæ ab altari uociferantur ad DEVM. Contulit Martyrium laudem, quibus negauerat natura ſermonem: licuit ſanguine clamare, quibus narrare non licebat uoce: licet ſanguine loqui, quibus lingua non licuit: miſcent cum Domino colloquia, quibus humana negata ſunt uerba.

O beata lactentium gloria, quibus pro CHRISTO contigit dedicare Martyria. Expugnant tempore uno natiuitatem & mortem, ingreſſum & exitum, principium & occaſum, ut ipſis poſſet tempore uno, ut dixi, contingere, & naſcendo ingredi mundum, & dedicare martyrio cœlum. Probat nouos exercitus CHRISTVS, rudes milites deſignat, legiones lactentes uictoria perpetrata coronat. Fiunt pro CHRISTO uictores, qui ætate fuerunt coæquales: fiunt, inquam, infantes ſine certamine fortes, ſine pugna uictores: norunt uincere, qui pugnare non norunt, exiſtunt uictoriæ compotes, qui fuerant ætate imbelles. Merentur pœna martyrium, gloriam ſanguine comparant, æternam uitam temporali morte commutant. Nec timuit ætas illa mortem, nec horruit: timere enim non potuit quæ timere nō nouit: tranſmittit infantes infans CHRISTVS ad cœlum, noua xenia patri, primitias fructuum exhibet genitori. Oſtendit futurā fœcundiſsimam meſſem, dum in ſemine tantam exhibet ubertatem. Deſiſtit ſe, deſiſtit hoſtilis immanitas, quæ putauit turbare poſſe conſilium DEI, gloriam CHRISTI, ſalutem neceſſariam mundi, ſed contulit infantibus multis martyrium, dum infantem quærit occidere CHRISTVM. Præſtat hoſtis dum nocet, beneficium tribuit, quum occidit; inuideret enim eorum gloriæ, ſi amaret: ſed aliæ ſunt tereſtres pugnæ, aliæ cœleſtes uictoriæ, in prælio CHRISTI moriendo uiuitur, cadendo ſurgitur, uictoria per interitum comparatur. D. Chryſoſto. in paſsio. S. Innocent. Auguſtin. Homil. in pueros Innocent.

S. Innocentes ſunt Martyres.

Nota maiorū noſtrorum ad Chriſti natalem: xenia dantium moris antiquitatem.

Sic ſanctorum perſecutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris uitæ ſtatum eis procurat, & quod ille in perditionem molitur, hi utuntur pro beneficio, quibus lucra uitæ perpetuæ per hæc momentanea damna celeri compendio acquiruntur. Ecce paruuli iſti, quos hoſtis naturæ pietatis inimicus, beſtialis ſæuitiæ inauditæ, crudelitatis monſtrum Herodes occidit, ſubito fiunt martyres, & dum uice CHRISTI, & pro CHRISTO auulſi à matrum uberibus detruncantur, teſtimonium, quod nondum poterant ſermone, perhibent paſsione, & ſufficit cauſa

teſtimonio, licet nondũ eloquio diſtinguatur. Ilicò Spiritus infantilis uaſculi receptaculum deſerens, iam non tenelli corporis ætatisq́ nouitiæ tempore tenetur, ſed ab illis infantilibus coagulis, anima expedita adepta rationis & intellectus plenitudinem, in occurſum CHRISTI feſtinat, à [a] quo militiæ ſuæ quærens ſtipendium, ad lucis & pacis æternæ præmittitur gaudia, & Epiphaniæ ſolennia in cœleſtibus celebrat, nec in ſtellæ alicuius lumine, ſed in ipſa charitate diuinæ præſentiæ gloriatur. In ipſo uitæ initio, tota illa innocua phalanx, ſine ullo integritatis detrimento, ad ſolidioris uitæ tranſlata eſt gloriam. Et quæ expectari poterat annorum elapſu rationis diſcretio, repentè nullis iam ætate illa temporibus ſubiecta, omnis conſummationis reperit finem, & caſuum accidentium mutabilitates euaſit. Euigilauerunt ſenſus quos ſopor infantiæ opprimebat, diſploſisq́ palpebris, intuitu lucem in momẽto aſſecuti ſunt, quæ pacificis & mundo corde [b] debetur, beatitudinem, & aſcendentes per omnium uirtutum gradus, ſine doctrinæ humanæ exercitio, cumulatam inuenere menſuram, ita ut in ordine ſanctorũ [c] Protomartyres, primum habeant locum, & ſecretorum conſcij diuinorum, propinquitate familiariſsima clementiam [d] DEI pro noſtris exorent laboribus, quos uſq́ hodie funeſtus Herodes perſequitur, quorum ſanguine & morte diabolus delectatur. Hi itaq́ à cunabulis in cœlũ tranſlati, facti ſunt ſuperni [e] Capitolij ſenatores & iudices, nonnullis ueniam obtinentes immeritis: aſsiſtuntq́ miſerationibus & ultionibus diuinis, ſed ſæpius agni, quem, quocunq́ ierit proſequuntur, manſuetudine, quam ira uel furore utuntur. Hi cruore lacteo loci [f] primitias baptiſmi Martyrio conſecrarunt, tradentes poſteris formam, ubi neceſsitatis articulus excluſerit moram, non minus ad lauacrum [g] animæ ſanguinem efficacem, quam ſanctificatas uerbis ſolennibus aquas, maximè cum nec ſanguis hoc elemento careat, ſed aquarum motu per totum corporis alueum fluat. Spiritus uerò ſanctus & aquis & ſanguini ſuperfertur, qui ſubiectos ſibi ſouet & abluit, quo baptizante, idem occiſio quod merſio operatur, qua extinctam peccati uitam uirtutemq́ emortuam, utriusq́ rei cõtinet Sacramentũ. Ipſe enim eſt qui uel hoc uel alio modo, quicunq́ eſt ille modus, baptizat, & ad idem refertur, quod pura fide agitur per CHRISTVM Dominũ noſtrum. Cyprian. Epiſco. Carthaginen. de S. Innocent.

[h] Nec tetrum & aſtorgon diaboli portentum filio proprio ætatis eius pepercit. Vndè ferunt Auguſtum Cæſarẽ crudelitatẽ hominis deteſtatũ dixiſſe, malle ſe Herodis porcum eſſe quã filiũ: Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 4. Nauclet. part. 2. generat. 1. Iudæi enim ex lege ſuillam carmen non comedunt, hanc ob rem in porcos clementes dicuntur. Feſti Innocentũ [i] meminit à tempore Apoſtolorũ Origenes in diuerſ. Homil. 3.

[k] Nec multò poſt Herodes turpiter uitã finit, & Ioſeph rurſum diuino reſponſo [l] commonitus, una cum matre & ſupra naturæ captum genito filio in ſuam reuertitur patriam ut adimpleretur quod dictũ eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto uocaui filiũ meũ. Oſee. 11. Nec diu ibi immoratus, quod Archelaum Herodis filiũ regnare intellexerat in partes Galilææ alterius imperio obtemperantis ſeceſsit, & Nazareth Ciuitatem incoluit unde puer Nazaræni nomen ſumpſit. Math. 2. Iudic. 13. Num. 6. Occurriſſe dicitur ex Bonauentura Domino redienti ex Ægypto Ioannes Baptiſta in deſerto, qui tunc nouem erat annorum cum dimidio.

[a] *Epiphaniæ feſtum Illyricæ celebrant pueri innocentes*

[b] *Math. 5.*

[c] *Beati Innocentes in ordine ſanctorũ Protomarty.*

[d] *Hæreticæ obſerua: Cypriani te. Innocentes pueri pro nobis orant apud Deũ & exaudiuntur, et quidẽ nõnullis immerentibus ueniã impetrant.*

[e] *Nota et hoc Illyricæ: quod in innocentũ feſto ex Apoc. canit Eccleſia, Cypria. tempore de yſdẽ cãtatũ fuiſſe.*

[f] *Innocentes baptiſati, ſuo ſanguine.*

[g] *Huc hæretice, Aqua Baptiſ. ſolennibus uerbis conſecratur.*

[h] *Auguſti ſcõma in crudelitatẽ Herodis.*

[i] *Hæreticus notet Apoſtolorum tempore feſtum innocentum eſſe celebratum.*

Reditus Chriſti ex Aegipto

[k] *Mortuus morbo pediculari ex Ioſeph. lib. 17. cap. 8. ut nuper Caluinus.*

PROCEDENTE

PROCEDENTE deindè tempore, cum iam puer duodecimum ageret annum, aſcendit ſimul cum matre & Ioſepho Hieroſolymam, de more ſolenni ſacrum ibi Paſcha celebraturus. Peractiſq; Sacrorum diebus, parentes CHRISTI cum ſodalitio noto rurſus ſe dedunt itineri, domũ uerſus proficiſcentes. Nazarethæ enim ut dictum eſt, habitabant. Hic res noua eis accidit. Iter diei ab Hieroſolymis digreſsi, non reperiunt filiolũ IESVM, inter cognatos & notos. Putarant, cum in comitatu cognatorum & amicorum ſemper ſubſequi: & ideò minus de eo fuerãt ſolliciti. Mane igitur ſummo feſtinanter ſe recipiunt Hieroſolymam, nec eo die eum inueniut. Tertio demum die, cum eum ſollicitè pluribus in locis quæſiuiſſent, ingreſsi templum, ubi magna hominum multitudo ſolebat conuenire, ecce inueniunt IESVM in templo, in medio [a] Doctorum annis, dignitate, eruditione, autoritate uenerandorum ſedentem: & cum Doctoribus legis diſputantem, ac audientem eoſdem. Quibus ille cum propter quæſtiones, quas nouas inueniebat, tum quod obſcura & abdita loca Scripturæ declararet, admirationi fuit. Supra ætatem enim ſapiebat: quia (ut Euangeliſta ait) DEI gratia & uirtus in illo erat. Lucæ 2. Nicepho. Eccle. Hiſto. lib. 1. cap. 14. Ad eum porrò cum mater, ex affectu eo quo unicè eum proſequebatur diceret: Cur hoc ſic fili, feciſti, ut tantum parentibus dolorem conciliares? (Sic enim illa ſimul eius, qui putabatur eſſe patris meminit) ille natiuum germanumq; patrem ſenſim demonſtrans, oportere ſe (reſpondit) uerbis operibuſq; patris uacare & incumbere, [b] atq; in illis potius quam alijs locis uerſari: nihil quippe illius in terris templo præſtantius eſſe. Sic ille tum abijt perfectam expectans ætatem: parentibus, quæ decebat, tribuens, & debitã illis obedientiam exhibens, uirtutibuſq; diuinis omnibus, operibuſq; mirifice pollens: nihil tamen quæ opinionem fidemq; ſuperarent, edens miraculorum, donec trigeſimum expleret annum. Luc. 2.

CHRISTVS DVODECIM ANNOS NATVS, DISPVTAT CVM DOCTORIBVS LEGIS.

[a] CHRISTO ab æterno fuit hæc data poteſtas, ut diſputaret, & doceret: & interim pro ſua humilitate nõ piget audire alios, cum hæretici noſtri, nulla auctoritate præditi, ſua ſomnia protrudentes, Catholicos Doctores præ nimia animi impotentia audire nolunt.

[b] Nota hic ſacrarum ædiũ demolitor, ſi templo Iudaico nihil fuit in orbe Sacratius, quanto magis Chriſtianorũ, quorum illud figura erat tantũ, templa ſunt ſacra.

ADVENIT [c] interea tempus, quo filius DEI Chriſtianæ rei fundamentum iacturus, & ſuum negocium, propter quod uenerat, geſturus, anno trigeſimo ætatis ſuæ, tinctus eſt à Ioanne Propheta, in Iordane flumine, ut ea aqua ſpiritali peccata non ſua, quæ utiq; non habebat, ſed carnis quã gerebat aboleret, & quemadmodum Iudæi ſuſcepta circumciſione, ſic etiam gentes per baptiſma, id eſt ſalutaris roris perfuſionem ſeruarentur. Vt contactu ſuo undam ſacraret & benediceret: reuera autem ſimul & Baptiſtam ipſum diuinum attingentem uerticem ſanctificaret, & aquam fide ſubituris, Spiritum ſuum communicaret: fidemq; faceret, mandatum à DEO eſſe baptiſmi Ioannis miniſterium: dudum ad iuſtitiam, id admittentibus & recipientibus datum. Ioannes quidem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Reſpondit IESVS: Sine modo, ſic enim decet nos adimplere omnem iuſtitiam. Itaq; cũ manu eius tingitur & baptizatur, qui terra genitus eſſet; tum undis abluitur ille, qui natura inuiolatus, ſoluſq; mundus & purus eſt. Sed enim huius tantæ & tam ſublimis, quæq; naturã ipſam ſuperet, ſummiſsionis et humilitatis, maximũ illũ naturamq; itidem ſupergredientem retulit honorẽ, quod ei ex undis prodeunti portæ cœli aperiuntur, & Spiritus ſanctus columbæ ſpecie ſuper ipſum deſcendit, perpetuoq; in ipſo ſubſiſtens permanet. Traxit illa tum quoq; ſecũ, in eũ qui teſtimonio comprobabatur, e cœlo fulminis ſono patris uocẽ, clarè & diſertè, filium hunc

[c] CHRISTVS A IOANNE BAPTIZATVR. ANNVS CHRISTI XXX.

Indè maiores noſtri Sacerdotio, docendi et cõcionandi muneri, ætatẽ trigeſimam ut à Chriſto approbatam reſeruarunt.

dilectum & unigenitum , uoluntatemq́ſ ſuam in hoc uno , beneplacitumq́ſ omne & benedictionem eſſe, promulgantem. Math. 3. Mar. 1. Luc. 3. Ioan. 1. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 1. cap. 18. Dionyſ. Carthuſ. ſup. Math. Art. 6.

Veniebat CHRISTVS ad baptiſmum, non egens lauacro, in quo peccatũ nõ erat, ſed ut Sacramento perennis daretur authoritas, [a] & tanti uirtutem operis nulla perſonarum acceptio cõmendaret, quoniam [b] remiſsio peccatorum ſiue per baptiſmum, ſiue per alia Sacramenta donetur , propriè Spiritus ſancti eſt, & ipſi ſoli huius efficientiæ priuilegiũ manet. [c] Verborũ ſolennitas & ſacri inuocatio nominis, & ſigna inſtitutionibus Apoſtolicis ſacerdotum miniſterijs attributa, uiſibile celebrant Sacramentum, rem uerò ipſam Spiritus ſanctus format & efficit, & conſecrationibus uiſibilibus inuiſibiliter manum totius bonitatis autor apponit, & plenitudinem gratiæ unctionis diuinæ pinguedo ſanctificationibus officialibus infundit. & rem Sacramenti conſumat & perficit. Si in Petri uel Pauli nomine baptiſmi gratia donaretur, poſſet alius alio uideri ſublimior: & ſecundum miniſtrorum merita hæc ſingularis gratia æſtimari, ut melior eſſet baptiſmus eius qui ſanctior uideretur, & indignior eſſet qui ab eo acciperetur, quem non amplior æſtimatio commendaret. Hæc & in alia Sacramenta transferretur iniuria, ut non in eis unitas, ſed diuerſitas haberetur ſi cenſerentur [d] à melioribus fieri meliora, & minus haberent utilitatis & ponderis quæ fierent ab indignis. Sic Euchariſtia una alia melior, & baptiſmus pro miniſterio uel melior, uel deterior crederetur. Abſit hoc à fide Catholica, abſit à religione Chriſtiana tantæ corruptionis fermentum. Vna nobis fides, unus dominus, unum baptiſma, quod ſi ab indigno fortè fuerit conſecratum, nõ audet iuſtus iterare uel corrigere quod ſemel eſt factum, quia per quemcunq́ſ fiat idem eſt, nec hoc priuilegium meritis eſt datum ſed gratiæ, & propriè ſibi omnipotentia DEI retinet hunc effectum. Neq́ſ enim Paulus pro nobis crucifixus eſt, aut nos gloriamur in Paulo , ſed in cruce Domini gloriamur , cuius uirtus omnia peragit Sacramenta, [e] ſine quo ſigno nihil eſt ſanctum, neq́ſ aliqua cõſecratio meretur effectum. Hinc omnium ſanctificationum exurgit ſublimitas & profundum, & longè lateq́ſ plenitudo diffunditur gratiarum. Quod ne ulla præſumptio ſibi doni huius in poſterum gloriam uendicaret, in hoc ſicut & in alijs , Domini noſtri Eccleſiæ ſuæ prouidit benignitas, ut ipſe baptizaretur à ſeruo, ne conſerui conſeruorum miniſterium detractarent, uel aliquis cuiquam in hoc opere præferretur, quoniam ſiue [f] Iudas ſiue Paulus baptizet, CHRISTVS peccatum lauat, abſoluit & delet. Sic Rachel & Lia, Balam & Zelpham maritis accommodant, & liberos accipiunt ex uteris ancillarum.

g Hoc Chriſti dictum circumlambit hæreticus, intelligens benè ſequi, Eccleſiæ Prælatis quamuis malis, ſi rite electi ſint, & à fide non exorbitarint, ſemper obediendum eſſe.

g Scribæ & Phariſæi in cathedra Moyſi ſedentes, dum agũt quæ ad cathedrã pertinent, per omnia plenitudine poteſtatis utuntur, & officium nõ uita tantis effectibus honoratur. [h] Obediunt dæmones exorciſtis, CHRISTVM inquiunt ſcimus, & Paulum nouimus, & in nomine CHRISTI, quem Paulus prædicat adiurati egredimur, uos autem penitus ignoramus.

h Notetur, & hoc, Exorciſtis etiam quæſtuarijs propter CHRISTVM & eorum officium dæmones cedere, undè Sacramenta quæ Simoniacus ſacerdos adminiſtrat in ſe non minus bona ſunt, quam alicuius pij, quamuis peccat, & qui dat, & qui accipit per Simoniam.

Eccè in nomine ſuo nihil quæſtuarij peragunt exorciſtæ, nec ſe eis deferre ipſi

a CHRISTus Baptiſmo daturus autoritatem baptizatur.

b Per Sacramenta remittuntur peccata.

c En hæretice, traditiones Apoſtolicas uocat Cyprianus uerborũ ſolennitatem, ſacri inuocationem nominis, & ſigna quibus Sacramenta conficiuntur: & hæc Sacerdos quidem pronunciat, ſed Spiritus ſanctus Sacramenta cõficit.

d Illyricus, ut fidem et religionẽ noſtrã in dubium uocet, peccata cleri quæ nos nunquã laudauimus, ſæpius obtrudit, cum hic Cyprianus dicat, malã uitã Sacerdotũ, nihil fidei, nihil miniſterio, aut ſacramentis detrahere.

e Optimè ergò ſequitur, hæreticis noſtris S. crucis demolitorib. nihil eſſe magis impium.

f En Illyrice, Iudas etſi baptizet, Chriſtus peccatũ lauat, abſoluit et delet. Nõ igitur uitæ meritũ, ſed officium ſpectandũ in Eccleſiaſticis.

ipſi dæmones profitentur, ſed nomen CHRISTI etiam per lucrorum ſectatores ſuæ gloriæ retinet poteſtatem, & fiunt in talibus cauſis miniſtri mercenarij, ſicut naues onerariæ quæ per pelagus uehunt inſtitores, quarum rectores potius eorum quos ducunt, pecunijs inhiant, quam ſaluti. a Et tamen mare ſeculi huius, neceſſarios habet huiuſmodi tranſuectores: alioquin ceſſabunt commercia nec ex tranſmarinorum copia aliorum inopia habebit ſubſidium, nec occurrent ſibi ſolatia regionū, ſi uehicula tollantur de inuio, & pelagus immeabile relinquatur. Bonis quippe ſæpe malorum miniſteria ſuffragantur. Supponit itaque ceruicem ſanctam manibus hominis, humilitas redemptoris, & licet plenam non habeat uirtutem, ſuſcipit tamen CHRISTVS baptiſma Ioannis. Præparabat uiam Domino Ioannes lauando exterius corpora, b ut præcederet exterius lauacrum ſecuturum baptiſma, in quo conferretur animarum ablutio & peccatorum remiſsio. Præceſſit quod erat ex parte, ut conſummatio ſequeretur. Horret tamen Ioannes, & accliue ſibi CHRISTI caput eſſe non patitur, quia maiorem à minore benedici antiquis regulis refragatur, & criminalis ei uiſa eſt uſurpatio poteſtatis. De plenitudine CHRISTI omnes accepiſſe, & ſeipſum cum cæteris prædicarat Baptiſta, ideoque DEO & homini manus imponere iudicabat temerarium, lauare eum in quo non erat peccatum, æſtimabat ſuperfluum. Sed ad ſoluendam calciamenti huius corrigiam confeſſus indignum, formidabat exhibere prælatum, ſi ipſe in magiſtro ſine cauſa tentaret hoc agere, quod ab ipſo ſuſcipere neceſſarium dinoſcebat. Ideoque tremebundus humili ſatisfactione poſtulanti miniſteriū, negat aſſenſum, c non quod obedientiā detrahat imperanti, ſed quod iudicio ſuo, ſeruo ſubdi non competat maieſtati: Tu, inquit, uenis ad me, & à te debeo baptizari. Cui Dominus: ſine modo. Sic enim decet nos omnem complere iuſtitiam. Ioannis humilitas non arguitur, nec uituperabile uiſum eſt CHRISTO ſimplicitatis diffugium, quod reuerentia, non importunitas ſuggerebat. In hoc igitur omnem iuſtitiam impleri aſſeuerat, ſi doctrinam d præcedat exemplum, & honore ſe inuicem præueniant, qui maiorem & qui minorem obtinet locum, & qui maior eſt fiat minor, & præceſſor ſicut miniſtrator: ſi in unitate ſacramentorum omnes conueniant, ſi pacis eccleſiaſticæ fœdera non diſrumpant. Baptizatur CHRISTVS, nec ultra Iordanis retrorſum conuertitur: aruerunt unctiones Iudaicæ, cæremoniæ putruerunt, perpetuo lapſu baptiſmi gratia emanat ad poſteros, nec ulla uetuſtate ſiccatur. B. Cyprian. Epiſ. Carth. de Baptiſ. CHRIS.

a Nihil ergo eſt, quod hæreticus putat propter Sacerdotum peccata tollendã eſſe ſacra omnia.

b Notet hæreticus Ioannis Baptiſma tantum lauiſſe corpus, non animam, nec remiſiſſe peccata, ut ille contra omnes patres aſſerit.

c Hoc in lotione pedum imitatus eſt Petrus, & cum ex ſancta humilitate fuerit profectum, Illyricus, pro ſuo in Petrum odio, totum illud traducit.

d Notet hæreticus monopiſtes, an in ſola fide Chriſtus dicat omnem impleri iuſtitiam.

De Iordane, in quo Dominus baptizatus eſt, hæc Gregor. Archiepiſ. Turonen. in lib. de glor. plurim. martyr. ædito cap. 6. commemorat: A monte Phamo duo conſurgunt fontes, quorum unus Ior, alter Dan uocitatur. Qui ab utraque Phamadæ urbis, quæ prius Cæſarea Philippi uocabatur, deſcendentes, ſub ipſa urbe tam fluentis coniuncti quam nomine, una Iordanem efficiunt, qui uſque Hiericho ciuitatem & ultra defluit. In eo habetur a locus, in quo Dominus Baptizatus eſt. In uno etenim reflexu aqua reuoluitur ipſa, in qua nunc leproſi mundantur. Cum autem aduenerint, ſæpius lauantur in flumine, donec ab infirmitate purgentur. De publico tamen, dum ibi commorati fuerint, uictum accipiunt: ſanati autem ad propria diſcedunt. Ipſe quoque Iordanis ab eo loco in quinto milliario mari commixtus mortuo, nomen amittit.

Leproſi in peculiari Iordanis loco mundantur, ergo unus locus propter effectum alio ſanctior eſt Lutherane.

tit. Mare enim mortuum ob hoc dicitur, eò quod ab incendio Sodomæ, uel reliquarum urbium eſt uerſatum, & aqua ipſa Aſphalto permixta eſt, undè à nonnullis mare Aſphalti appellatur, in quo qui natare neſcit, ſuper aquam fertur, & circa eum ſulphur adhæret.

IEIVNIVM ET CHRISTI TENTATIO IN DESERTO.

b Habes ex hoc loco illyricæ ſolitariæ & eremiticæ uitæ cōmendationē ab ipſo angulari lapide Ieſu Chriſto.

c En hæreticæ qui putat idē eſſe ieiunare et temperanter uiuere: Chriſtus ſemper ſobriè uixit, non tamen ſemper ieiunauit.

d Tranſubſtantiationem diabolus uerbo DEI fieri poſſe admittit, quanto impiores ergo hæretici qui eam deridēt?

POST hæc, IESVS ſaluator omnium diuino ſpiritu plenus, quo ſolitariam commendaret [b] uitam, atq; eremiticæ ac anachoreticæ conuerſationis exemplum præberet, (debebat enim inquit Apoſtolus, per omnia fratribus aſsimilari) ut miſericors fieret & fidelis Pontifex ad DEVM, & ut repropiciaret delicta populi, (Heb.2. Dionyſ.Carth.in Matth.artic.7.) & ut Quadrageſimam conſecraret (ſicut ibi Chryſoſt. & Clem. lib. 7. conſt. Apoſt.cap.23.) in ſolitudinem ſeceſsit, atq; ibidem negotio pietatis uacans, ieiunus [c] prorſus dies noctesq; quadraginta continuas perſiſtens, oratione mentiſq; agitatione atq; contemplatione reficitur. Cum autem naturæ competenti fame percelleretur, ſua ſponte tentatori ſe offert. Qui diuinam aggreſſus mentem & intelligentiam, experiri tentareq; eam uolens, tribus eiſq; potentiſsimis affectibus conuincere ſtudet: primum quidem: Si filius DEI es, inquit, tibi non competit eſurire. Quod ſi eſuris, manifeſtum eſt filium DEI non eſſe, quem uiolentia neceſsitatis communibus indigentijs intercludit. Succurre, inquit, neceſsitati ſi potes, alioquin deficies, & præſentes [d] lapides in panis muta ſubſtantiam, ſic enim fiet ut euadas periculum, & ſi hoc potueris, probes te DEVM. Non erat digna reſponſione quæſtio malignantis, neq; enim technas diaboli Dominus ignorabat, ſed diuino cauillatori ſatisfecit eloquio, ſubtiliſsimo dogmate edocens, corporis & animæ uitæ proprijs alimonijs deberi ſubſidia, & cibum animæ, id eſt uerbum DEI, edulijs corporalibus præponendum, & citius attentiuſq; menti prouidendum quam uentri. Nec opus erat ut hoc facto inſidiatori innoteſceret, quia nullo ſigno eius poterat inuidia commutari, cuius incorrigibilem iniquitatem deſperatio ſuggillauit. Superfluum igitur erat ad ſuggeſtionem eius ibi nulla profutura [a] miracula operari, cum ſatis eſſet diligenter conſideranti, quod eſurientem cibi non ſuperabat appetitus, & deſiderij motus affectio non eſſet, ſed uirtus. In nullo CHRISTVM aliqua coëgit aut dominata eſt ei neceſsitas, qui proprio moderamine uoluntatis diſpoſuit et perſoluit, quod exigit humanitas. Sicut in ipſius uoluntate fuit conſecrare [b] ieiunium, ita & in ipſius uoluntate fuit, tempore oportuno ſumere cibum, quod utiq; nec miniſterio, nec conſilio diaboli fuerat ordinandum, quia & abſtinentiæ & refectionis penes ipſum erat & arbitrium & facultas. [c] Itaq; nihil certitudinis ſeductor extorſit, ſed dubius incertuſq; dimiſſus eſt, nec obtinuit ut ſe CHRISTVS proderet miraculo, uel intemperanter ad cibum properans, obediret ſeductoris conſilio, quaſi tunc primum quid fieri oporteret, data doctrina acceptaq; ſententia. Cypr.de ieiun.Quadrag.

a Eodē modo non tenemur fidem noſtrā cōfirmare miraculis apud hæreticos, cū ſatis cōfirmata ſit, quia ſi quæ eduntur, præſtigijs dæmonum fieri blaſphemant: ſatis multa p noſtros ſacerdotes operatur hodie apud Indos Chriſtus.

c Multò ergò minus ieiunium eſt tollendum, quia hæreticus iubet.

b In Chriſti uoluntate fuit cōſecrare ieiunium.

O miſera ſathanæ & extrema congreſsio, diabolus in deſerto ſolida tentationis arma non inuenit, deeſt illi de paradiſo amœnitas arborum, deeſt illi conſiliatrix Eua, deeſt illi pomorum ſpecioſa deceptio, & quia non inuenit cibum quem offerret eſurienti, poſtulat in cibum quem offerret eſurienti, poſtulat in cibum ſaxa mutari. Vndiq; excluſus, undiq; defraudatus, ad pauimenta

menta ſe confert. Satis enim manifeſtè oſtendit uaſtitatem ſibi eremi reſtitiſſe, cum putat propter inopiam rerum etiam elementa poſſe conuerti. Poſtulat igitur in panem lapides commutari. Verſutus & callidus ſcit quid petat, nouit factum eſſe quod dicit. Meminit enim in ueteri teſtamento ſitientibus aquam de petra fluxiſſe, uult etiam hic eſurienti cibum de lapide miniſtrare. Retinet enim duritiam petræ in liquorem ſontium reſolutum. Cupit etiam hic aſperitatem ſaxi in panis dulcedinem transformari. Suſpicatur enim ipſum eſſe CHRISTVM qui hæc operari ſoleat de natura ſaxorum, ſicut ait Apoſtolus Paulus: Bibebant de conſequente eos petra, petra autem erat CHRISTVS. Suſpicabatur, inquam, ipſum eſſe CHRISTVM, cum poſtulabat ut de lapide panem faceret, ſed putabat tantummodo ſolum hominem cum eſurientem uidebat. Saluator autem uerſutiam eius mira reſponſione condemnat. Nec facit quod dicit diabolus, ne uideatur [a] pro arbitrio aduerſarij agere, ſed uirtutis ſuę ſuo reſeruat arbitrio, & uerſutiam aduerſarij diuino refutat eloquio. Reſpondit ergo illi: Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo DEI, in quo ſunt uitæ alimenta cœleſtis. Verbum autem DEI CHRISTVS eſt Dominus, ſicut Euangeliſta dicit: In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud DEVM. Quiſquis ergò, qui uerbo CHRISTI paſcitur, terrenum pabulum non requirit. Nec enim poteſt ſeculi panam cupere, qui pane reficitur Saluatoris. Habet enim Dominus ſuum panem, imò panis ipſe ſaluator eſt, ſicut docuit dicens: Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi. De quo pane dicit Propheta: Et panis cor hominis confirmat. Quo ergò mihi panem quem offert [b] diabolus, cum habeam panem quem CHRISTVS impartit? Ambroſ. ſerm. 35. de Quadrag. Repulſus igitur autoritate ſcripturæ & propoſiti firmitate, deficit ſcrutinio, nec tamen alia uia aggredi deſtitit, & falſatis argumentis prioribus alia ſubijciens, quibus ab eo conſentaneas ſibi reſponſiones aliquas extorqueret, adiecit. Eo igitur ſupra templi pinnaculum conſtituto, quem gula non potuit, uana gloria ſubuertere nititur. A multis ambigitur, utrum fuerit hic translatio corporalis, & num de loco ad locum CHRISTVS transferri permiſerit, eo modo quo Abacuc de Iudæa in Chaldæam delatus eſt, & Philippus de occurſu Eunuchi in Azotum, qui reuertens de Hieruſalem non intelligens Eſaiam, codicem reuoluebat. Sed quod corporaliter eũ diabolus tulerit uidetur inconueniens, quod humeris eius ſaluator inſederit, & pro uehiculo uſus ſit, quem præcipitatorem ſciebat, uel ei ferendum ſe commiſerit cuius inſidias agnoſcebat. Suo itaq; ſpiritu eum credendum eſt ductum, & in deſertum, & ſuper templum, ut utrobiq; eum diabolus aſſumeret ad tentandum. Et localiter quidem in deſerto prima fuit tentatio, ſed cæteras eo modo circumduxit tentatoris aſtutia, uel circumduci paſſa eſt patientia Saluatoris, quomodò Ezechiel cum ſuper fluuium Chobar ſederet, Hieroſolymam raptus in ſpiritu, ciuitatem ædificat & metitur, & muros & templum inſtaurat. Hoc modo ſuper culmen templi CHRISTVS erat in ſpiritu, ſciens quid ante ſpiritus affectaret, & hoſti ſe de uana gloria pulſaturo, opportunitatem parabat. Hac igitur occaſione loci hortatur & conſulit, ut in urbe ſancta & frequentia populorum, quaſi nouus funambulus in excelſo pendulus, ſe deorſum ad ſpectaculum uulgi iactet intrepidus, addens ex teſtimonio ſcripturæ, angelorum affutura ſuffragia, quæ ruentem exciperent & conſeruarent illæſum.

[a] Hinc notandũ Eccleſiam nõ teneri, imò nec utile eſſe uel in minimo concedere in rebus diuinis aliquid quia hæretici petant. Quid enim ſi pertinaces eſſe uolunt, hæreticos curat Eccleſia?

[b] Et quo mihi calix quẽ porrigit diaboli filius hæreticus tantũ uino inebriandi plenum, cũ habeam in pane cœleſti totũ Chriſtum?

a Nota hæretice te præceptore diabolo contra uerum ſenſum producere ſcripturas: non mouebit ergo nos quoties clamas, Scriptū eſt enim, Euangelium, uerbū Domini, expreſſum Dei uerbum, tractatè enim, ſicut magiſter tuus diabolus omnia citas.

a Scriptum eſt enim, inquit, In manibus ſuis portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. O execrabilis diaboli malicia, O ſtulta nequitia, O inſenſata uerſutia, O præſumptio excæcata. Putabat malignus quem gula non uicerat, uana gloria ſuperari. Experientia quippè rerum didicerat, & in multis probauerat, uitiorum uictores ſæpè nugis laudationum corruptos, & cognatum propinquumque eſſe uirtutibus malum adulationem, nec facilè quenquam poſſe euadere quin libenter aſſentatorum canticis porriget aures, & laudatorum modulationibus delectetur. Et ſicut rarus eſt aut nullus, qui de ſe mala dici æquanimiter ferat, ità rarus eſt, qui non de ſe benè uelit ſentiri, & ſe ſi recte uiuit, ſtantem in uitæ rectitudine non diligat æſtimari. Quod ſi opera uirtutum foras exierint, rarus eſt qui hominum iudicia conſpuat, & laudes humanas contemnat. Hoc generale malum in humano genere ſathan putabat ex præcedentis occaſione uictoriæ ſuggerere Saluatori, ut popularibus laudibus uellet attolli, & facere ſibi nomen iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra, ſi geminato miraculo ieiuniorum conſtantia innoteſceret populo, & uectoribus Angelis ſine offendiculo ſuſtentatus, ſe filium DEI tam potenti abſtinentia, quam Angelorum obedientia comprobaret. At ſathanæ inſultus efficaciſsimè retundens CHRISTVS, Non tentabis, inquit, Dominum DEVM tuum. Eccè lex legi obijcitur, & ſatan autoritate ſcripturę abutens, malus legis interpres, pręcipitium quaſi ex ratione mandati hortatur, ſed intellectus fallax & falſus ueritate ſyncera confunditur, & generali edicto interdictum oſtenditur, nè dum patet in quibuslibet anguſtijs quilibet exitus, DEVS ulla præſumptione tentetur. Alia explorator malignus argumenta conatur adducere, & ad ſummum cumulumque nequitiæ ſuæ continentem & humilem oblata aggreditur poteſtate, & oſtenſa mundi huius ſublimitate & gloria, quaſi indignum ſit tantæ autoritatis doctorem, & inſignium operum patratorem, ignobili & contemptibili ſchemate obumbrari, & dominatione uniuerſorum uſuque animum dignum honore ſolicitat & daturum ſe omnia pollicetur, ſi ei pro tanto munere gratias agat, & procidens a adoret tanti culminis largitorem periculum ſcilicet faciens exhibendæ declarandæque diuinitatis. Atqui CHRISTVS, oracula ſcripturæ obijciens, dæmonium à ſe repulit, & non modò, quas diximus, concertationum, ſed etiam omnium aliarum incurſionum oppugnationumque illius uictor deſcendit, humana conditione ſuperior, omnium uirtutum perfectionumque diuini ſpiritus applauſu comprobatus: atque angelici ſatellicij, pro eo atque decebat, miniſterio cohoneſtatus, ſolitudinem relinquens, & ad Iudææ atque Galilææ ciuitates accedens, omnemque Iſraëlis gentem uiſitans, ad pœnitentiam ſingulos cohortabatur: appropinquare iam, atque adeò præſtò eſſe regnum cœlorum, læto prædicans nuncio. Matth. 4. Luc. 4. Mar. 1. Cyprian. de ieiunio & tentat. Chriſt.

a Et hodie ad idololatriam nos præcipue incitat diabolus, cum ipſius filij heretici impia dogmata ut DEI uerbum nos incuruatos adorare uolunt. Stultum autem eſt & ex impio animo profectum quod Illyricus hoc loco induxit ſathanam dicentem, faciam te Papam, ſi procidens adoraueris me; cum manifeſtum ſit Chriſtum dominum non ſe clarificaſſe ut Pontifex fieret ſecundum Apoſt. ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Similia etiam uerba dum dominus baptizaretur audita fuerant, quibus cœleſtis Chriſti domini Pontificatus iam fidelibus innotuerat.

Voluit autem CHRITVS Dominus noſter (ut obiter, & quaſi ex t anſcurſu de hoc ieiunio aliquid dicamus) totum dierum ſpacium ieiunio tranſigere, quia in omni ſtatu à uiris DEI aliquoties ſeruatum id erat, In legè quidem, à Moyſe primò omnium: Prophetarũ uerò tempore ab Helia. Nec decebat Euangelij ſtatum, qui reliquis futurus erat perfectior, aliqua in re præclaris & heroicis facinoribus ab illis ſuperari, præſertim cum CHRISTVS, omnium excellentium uirtutum Magiſter, non ſe ad legis ſolutionem, ſed ad eius impletionem ueniſſe dixerit: & hac etiam in parte nos ſuper iuſtitiam Phariſæorum (qui præter ieiunia præſcripta, alia etiam ultronea, & corporis macerationes ſeruabant) abundare [a] uoluerit. Quod igitur legiſlator Moyſes primò, & legiszelator Helias poſteà celebrarunt, id ſuo etiam exemplo legis confirmator CHRISTVS approbare & conſecrare uoluit, Neq; tamen id, niſi ante baptizatus eſſet. Baptiſmo enim percepto, ſolet nos diabolis ſuis machinis impetere fortius, ſentiens prædam ſibi è faucibus ereptam: quod & tranſitus maris rubri, qui baptiſmum præfigurauit, docuit, quem ſtatim aquarum concurſus & inundationes ſunt ſecutæ. Atq; hinc eſt quod S. mater Eccleſia Baptiſmi Sacramento, Cõfirmationem adiungere [b] fuerit ſolita, quo fortius nouitius miles Chriſtianus, contra hoſtes pugnet. Ad ieiunia igitur, orationes, corporis caſtigationes, ſpiritualia exercitia & ſolitariam uitam (quæ diuina cõtemplantibus cõuenientiſsima eſt) in iſtis [c] anguſtijs conſtitutos, confugere docuit hic Dominus. Moyſes non ſemel quadraginta dierum ieiunium abſoluiſſe legitur. Primò quidem Exod. 24. ingreſſus medium nebulæ, aſcendit montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Iterum uerò idem præſtitit Exod. 34. ubi fecit cum Domino Moyſes quadraginta dies & quadraginta noctes, panem non comedit & aquam non bibit. Helias autem fugiens Iezabel, & DEI deſuper ira pendente, ſimiliter quadraginta dies & quadraginta noctes ieiunauit. Et licet uterq; omnis cibi potuſq; fuerit expers, diuina tamen ſunt ſuſtentati uirtute. Quia uerò hoc ieiunium, quo per tot dies nihil ad refectionem corporis ſumitur, ſupra naturam hominis eſt, nullum de eo, ut tali modo ſeruetur, habemus præceptum. Niniuitarum exemplum, qui quadraginta diebus, & quadraginta noctibus natura duce, non ita rigidè ut Moyſes & Helias ad prædicationem Ionæ ieiunarunt, nobis ſufficiat. Hos imitari nos uoluit CHRISTVS Dominus uerus Iona, miſſus ad prædicationem mundi, cum ipſe ieiunauit quadraginta dies, & [e] hæreditatem nobis ieiunij relinquens, ad eſum corporis ſui ſub hoc numero noſtras animas præparat. Hieron. in cap. 3. Ionæ. Nec tamen contentus Dominus noſter Moſaico, Prophetico, & Euangelico exemplo ad ſacrum Quadrageſimæ Ieiunium nos prouocaſſe, præſciens futurum populum duræ ceruicis, qui ſub prætextu Euangelij, libertati carnis indulgeret, & expreſſum Ieiunij Quadrageſimæ præceptum exquireret, ſanctis ſuis Apoſtolis per Spiritumſanctum id etiam inſpirauit, ut diſertis uerbis huius abſtinentiæ præceptum populo Chriſtiano proponerent. Quod eſt ex illis multis, de quibus ante aſcenſionem dixerat: Multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, & ex illis, de quibus Spiritumſanctum promittens, aiebat: Paracletus Spiritusſanctus, quem mittet pater in nomine meo,

a Chriſtiani plus tenẽtur ieiunare quã Phariſæi.

b Cur Baptiſmũ ſequi ſoleat Confirmationis Sacramentum.

c Ieiunium, antidotum contra Diabolum.

e Hæreditatem nobis ieiunij Chriſtus reliquit, cum 40. dies ieiunauit.

ille uos docebit omnia,& ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. a Illuminati ergo Apoſtoli & Spiritu ſancto pleni, inter reliquos Canones, quos a Chriſtianis ſeruari uoluerũt, hunc etiã propoſuerunt qui eſt de Quadrageſimæ obſeruatione in ordine Sexageſimus octauus, & in cõſtit. Apoſtol. lib. 5. à D. Clemente repetitur his uerbis: Seruandum eſt à uobis Ieiunium Quadrageſimæ, continens memoriam conuerſationis, & legislationis Domini. Quem Canonem D. Ignatius Apoſtolor. diſcipulus in Epiſt. ad Philippen. ijſdem pene uerbis citat: Quadrageſimam nolite, ait, pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuerſationis. Quomodò uerò Quadrageſimam ipſam ut plurimum ieiunarint, docet Clemens lib. 5. conſtit. Apoſtolicar. cap. 19. & ſunt uerba Apoſtolorũ: Solo pane aiunt, utentes, ſale atq; oleribus, & aqua in potum. A uino & carnibus uos abſtinete in ijs diebus, ſunt enim dies luctuoſi non feſti. Atq; hoc Apoſtolicum præceptum per multos annorum centenarios, à CHRISTI fidelibus in Eccleſia Catholica obſeruatum eſſe, docet Concil. Laodicen. can. 50. Aug. lib. 30. cõtra Fauſtum. Et Ser. 28. ad fratres in Eremo. Paulatim uerò ſpiritu illo, quem primi Chriſtiani habebant refrigeſcente, Eccleſia Catholica, poteſtatem habens Apoſtolicam, ut in alijs multis, ſic hic quoq; benignè nobiſcum diſpenſauit, b ita ut hodie & uino & piſcibus uti liceat. Qualiſcunq; tamen eſt hodie Quadrageſimæ obſeruatio, ſi Eccleſiæ ſanctæ ritũ ſeruemus, adhuc locũ habet quod Auguſtin. ſcripſit Sermo. 1. fer. 4. poſt 1. Dominic. Quadrageſimæ: Per hos quadraginta dies, ait, ſeparantur mali à bonis, hoc eſt luxurioſus à caſto, à ieiunio intemperans, à Chriſtiano gentilis. Separatur (inquã) malus à bono, hoc eſt peccator à iuſto, diabolus à ſancto, hæreticus à fideli. Sed hæc & obiter & breuiter dicta ſufficiant, tota enim patrum orthodoxia ſaluberrimis de Quadrageſimæ ieiunio præceptis uſq; adeo ſcatet, ut ſingulorũ uerba ſatis magnum librum queãt efficere. Qui plura ſcire cupit, legat præter citatos, Origen. Apoſtolorum temporibus uicinum, Homil. 10. in Leuit. & lib. 3. in Iob. Chryſoſtom. Homil. 1. in Geneſ. Hieron. in cap. 29. Ezech. & contra Iouinian. & Montan. & ad Marcell. Ambroſ. in cap. 4. Luc. Auguſtin. Sermo. in feria 4. in capite ieiunij & Sermo. 1. Sabbati poſt Ciner. & Sermo. 1. Dominic. Quadrageſ. Caſsian. collat. 21. & alios multos. His conſentiunt Concilia Nicœn. 1. Canon. 5. Trullen. Canon. 56. Agathen. Cano. 12. Elibertin. Cano. 23. Gangren. Cano. 18. & 19.

a Apoſtoli mandato CHRISTI præcipiunt Quadrageſimam.

b Mẽtitur ergo hæreticus ſplendidè, quandò Chriſti iugum à Papis Romanis multis cõſtitutionibus intollerabile eſſe redditum aſſerit, primò enim omniũ Gregor. ille ſanctiſsimus nobis Occidentalibus uini potum & piſciculos in Quadrageſima conceßit.

Ioannes deindè uiſo IESV, agnum DEI hunc eſſe apertè indicat, qui totius mundi auferat delicta. Quo audito, duo ex diſcipulis Ioannis ſecuti ſunt IESVM, ex quibus erat Andreas, frater Petri. Hic, audita CHRISTI doctrina, fratri ſuo Simoni Petro lætus nunciat, ſe inueniſſe Meſsiam diligenter quæſitum, deſiderans habere fratrem in religione fidei, erat autẽ ætate minor c Simone, eumq; ad CHRISTVM adducit. Intuitus autẽ eum IESVS, dixit: Tu es Simon filius Iohanna, d tu es obediens, filius gratiæ, uel filius columbæ, qui uocante Andrea, uidere me deſideraſti: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, ut congrueret myſterio, ex quo deberet aliorum eſſe caput & CHRISTI Vicarius, ut firmitatem haberet quam deſignat Petrus. Ioann. 1.

c Illyrice, primo omnium humanitas Petri prodit & obedientia, qui maior non dedignatur ſequi fratrem minorẽ.

d Hic primo Chriſtus Petro promittit Pontificatũ.

Sequenti die ambulans per Galilæam CHRISTVS, inuenit Philippũ, hunc quoq; Ioannis Baptiſtæ diſcipulum, & dicit ei: Sequere me, in omnibus

bus mihi, non tantum in præceptis, ſed & conſilijs Euangelicis obediens eſto. Philippus porrò, Nathanaëlem fratrem ſub ficu inuentum, IESVM eſſe Meſsiam narrat, & is audiens CHRISTVM longius poſſe proſpicere, quam humani oculi aſſequantur, egregiam cõfeſsionem præſtat: Rabbi, inquit, tu es filius DEI, tu es Rex Iſraël, tu es CHRISTVS expectatus ab Iſraël in Regem & defenſionem. Tum Saluator prædicit eum maiora miracula uiſurum. Ioann. 1.

Tertio die uocatus ad nuptias uirtutem diuinam aqua in uinum commutata prodidit. Ioann. 2.

(DE ACTIS CHRISTI A I. PASCHA VSQVE AD VLTIMVM.)

APPROPINQVANTE autem Paſcha Iudæorum, aſcendit IESVS cum diſcipulis ſuis Hieroſolymam metropolim Iudææ, ſecundũ legis præceptum. Et inuenit in templo uendentes oues, & boues, & columbas, & nummularios ſedentes. Facto itaq; flagello de funiculis, omnes eiecit de templo, in deteſtationem ſacrilegij & profanationis Eccleſiæ, & Simoniacorum, qui figurantur per emptores & uenditores 1. q. 1. iuxta dictũ Pſal. 68. Zelus domus tuæ comedit me. Petentibus autem Iudæis ſignum ad declarandum in cuius poteſtate hæc faceret, reſpondit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Iudæi malè intelligentes de Salomonis templo dictum, quadraginta & ſex, inquiunt, annis ædificatum eſt templum hoc (loquebantur non de ædificio eius facto per Salomonem, quod completum fuit annis undecim, ſed de reædificato per Neemiam & Zorobabel poſt captiuitatem Babilonicam ſub Dario ſecundo) & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui, nempè quod moriturus & poſt tres dies reſurrecturus eſſet. Deindè fecit ibi & plura miracula, ita ut multi in eum crediderint. Ioann. 2.

Ab Hieroſolymis in reliquã Iudæam iter faciens, per diſcipulos baptiſmũ cõferebat, multiq; fiebãt credentes. Nam poſtquã baptizaſſet, ſecundũ Euodiũ (in Epi. quã lumen inſcripſit) Beatã Virginẽ & [b] Petrũ Apoſtolum aqua & Spirituſancto, officiũ baptizandi eodẽ baptiſmate diſcipulis reliquit, intentus ipſe prædicationi [c] & doctrinæ. Hiſce rebus motus Nicodem⁹ uir bonus de Phariſæis & principib⁹ ſeu magiſtris Iudęorũ, prętimore noctu ad IESVM uenit, teſtificans de ſua fide. Cui IESVS: Amen dico uobis, niſi quis renatus fuerit denuò, nõ poteſt uidere regnum DEI. Hanc ſecundam natiuitatẽ, cum Nicodemus ad huc in tenebris erroris hærens, nõ intelligeret, quærit: Quomodò poteſt homo naſci cũ ſit ſenex? Nunquid poteſt in uentrem matris ſuę iteratò introire & renaſci? Tum clarius explicans CHRISTVS regenerationẽ quæ per Baptiſmum fieri debebat: Niſi [d] quis, inquit, renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, nõ poteſt introire in regnũ DEI. Declarans ipſe, ſecundam natiuitatem eſſe ſpiritualẽ, ſcilicet quæ fit per fidem in baptiſmo, actu uel propoſito, quæ nõ poteſt eſſe ante primã natiuitatẽ carnalẽ ex utero matris, de conſecrat. diſt. 4. Qui in maternis. Oſtendit præterea, et neceſsitatẽ baptiſmi, & perſonã diſtinctã Spirituſſancti qui ſpirat ubi uult, & aſcenſionẽ in cælũ, & figurã paſsionis, et utilitatẽ in ſerpente æneo: quia ſicut Moyſes exaltarit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportere filiũ hominis. Adijciẽs, ſic DEVM dilexiſſe mundum, ut filium ſuum unigenitum dederit, ut omnes qui credunt in eum non pereant, ſed habeant uitam æternam, Ioann. 3.

[a] Matrimoniũ eſſe Sacramentũ hæretici nõ agnoſcũt, quod tamen Chriſtus Dominus primo miraculo honeſtare dignatus eſt, ſed ita, ut ſpõſum Ioannem Euãgeliſtã ad ſublimiorem uitæ gradum uocauerit, ut ex patribus uidebis infrá, part 5. diſt. 7 ſub martirib. Epheſ. in Ioanne Euang.

[b] Voluit enim eum Chriſtus ſuis manibus baptizare, quẽ proprio ore Epiſcopũ & uicarium conſecraturũ ab initio conſtituerat.

[c] Poſſunt ergo Eccleſiæ Prælati cõmittere minoribus ea quæ per inferiores cõmodè fieri poſſunt, ut ipſi liberius in ſublimioribus exerceantur.

[d] Inſtitutio Sacramenti Baptiſmi, ſine quo cum Chriſtus dicat neminem poſſe ſaluari, blaſphemat Caluinus, eũ in fidei proteſtationem tantũ inſtitutũ eſſe docet.

FIRMATA

ANNVS I. *Dominicæ Prædicationis: In hiſtoria Euangelica enarranda ſecuti ſumus Ammon. Alexandrin. ne hoc fortè Lector deſideret.*

FIRMATA de ſe æditis miraculis diuinitatis opinione, ad doctrinam Euangelicam longè lateq́ diuulgandam IESVS animum contulit, locumq́ Eſaiæ quo ait: Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit me Euangelizare pauperibus, cum his quæ ſequuntur, palam ſuæ functioni congruere indicauit. Luc. 4. Tranſiens uero ripam laci Galileæ ſiue Tiberiadis, uidit duas naues ſecus ſtagnum ſtantes, quarum una erat Simonis & Andreæ fratrum, altera uero Iacobi & Ioannis: Piſcatores autem deſcenderant ad terrã, & lauabant retia ſua, amouentes immunditias ut plicarent ea, quia nullos piſces ceperant nocte illa. Aſcendens aũt in nauem alterã quæ erat Simonis, (*Cum omnia Chriſti acta myſteria habeãt adiuncta, quid hic prima eius cõcio in Petri naui deſignabat aliud, quam Petri in Eccleſia primatum?*) ut populum doceret, rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens, docebat de nauicula turbas in terra ſtantes. Vt autem finita prædicatione ceſſauit loqui, doctrinam ſuam miraculo confirmare uolens, ſoli Petro loquitur: Duc nauem in [a] altum, inquit, ad locum aquæ magis profundum, in profundum uidelicet ſcripturarũ & diſputationum, quid enim tam altum quam ſcire DEI filium? Vt ibi Ambroſ. Et laxate retia ueſtra, retia prædicationis (conuerſus ad reliquos etiam diſcipulos) in capturam piſcium. Reſpondens Simon dixit: IESV Præceptor, per totã noctem laborantes nihil cœpimus, in uerbo autẽ (*Illyrice, quanta eſt nouitij diſcipuli fides: lapſus Petri humanos egregiè traducis, cur hoc præteris? Primus & ſolus Chriſtum adorat & gratias agit, quod piſcatoriæ ruditatis, quam illi obijcis, non eſt.*) tuo laxabo rete, confidens in uirtute uerbi tui. Hoc cum feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum, & annuerũt ſocijs filijs Zebedæi qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarẽt, quia ex ſtupore, propter capturã piſcium, loqui nõ poterant. Et uenerunt, & impleuerũt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cum uideret Simon Petrus, procidit ex humilitate ad genua IESV dicens: Exi & recede à me Domine, quia homo peccator ſum: ego homo purus, tu homo DEVS: ego peccator, tu ſanctus: ego ſeruus, tu Dominus. Separet te locus à me, quem ſeparat à te fragilitas naturæ, uilitas culpæ & infirmitas potentiæ. Et ait ad Simonem IESVS: Noli timere nec obſtupeſce, ſed potius crede & gaude: maiori prædeſtinatus es piſcationi, ex hoc iam homines eris capiens, ad prædicationis enim aſſumeris officium, & tibi promitto Apoſtolatum. Subductis autem ad terram nauibus, relictis omnibus, ſecuti ſunt eum, factiq́ ſunt Clerici, nil enim aliud eſſe Clericum eſt, quã mancipatum eſſe miniſterijs Eccleſiaſticis. Hieron. ad Nepot. de uit. Clericor. Scribit Math. cap. 4. ipſos relictis retibus & (*Ab eo tempore facti ſunt clerici & manſerunt ſub Chriſti obſequio quaſi ſub obedientia quadam religioſa, diſcipuli, quid igitur Eraſ. diſputat, licere nemini inuitis parentibus ingredi religionem*) patre, ſecutos eſſe CHRISTVM. Vt intelligamus eos qui CHRISTVM ſequi uolunt, relinquere debere affectus carnis per caſtitatem, ſubſtantiam mundi per paupertatem, & patrem per obedientiam: patet hinc, habentes [b] pauperes & ſanctos parentes relinquere eſſe Apoſtolicum, ex Hieron. ad Heliodor. Dimittunt autẽ hic Apoſtoli uxores, quia uouerant [c] caſtitatem: dimittunt patrem, quia obedientiam: dimittunt nauem, quia paupertatem. Math. 4. Marc. 1. Luc. 5. Reliquerunt nauem, ut fierent Eccleſiaſticæ nauis gubernatores: reliquerunt retia, ut non piſces afferrent ad Ciuitatem terrenam, ſed homines ad cæleſtem: reliquerunt unum patrem, ut ſpirituales patres omnium fierent. Sic hoc loco Chryſoſtom.

a Non, debebat ad littus manere nauis Petri, ſed in altum mare ducia. Eccleſia Petri ad unum Epiſcopatum liganda non erat ſed uniuerſis præficienda.

b Si incolumitas parentũ certo pendet à filijs, utiq́; tenẽtur ei ſubuenire. Nam ipſum ſaltem cœnobium, in quo filius Deo ſeruit, parentibus eius prouidebit.

c Vouerant, uotu tacitò, quia uxores dimittunt.

Chryſoſtom, Ac Petrus quidem miſit rete, Euangelium enim prædicauit, nec tamen ſcripſit. Ioannes uerò refecit, qui Euangelium & ſcripſit & prædicauit. Petrus namq; feruidiſsimus et magis ſollicitus alijs, Ioannes uerò Theologus excellentiſsimus fuit. Et circumibat IESVS totam Galilæam, docens in ſynagogis eorum & prædicans Euangelium regni, & ſanans languorem & omnem infirmitatem in populo. Matth. 4.

Vocauit exindè Matthæum ſedentē ad teloniū [a] dicens: Sequere me, non lucra nec ſecularia negocia, ſed me & cordis affectu & operis effectu ſequere: edocens, non deſperandum de gratia DEI, quantumcunq; uilibus ſimus occupati. Qui ſtatim ſurgens à telonio in quo ſedebat, de amore terrenorum ad supernorū deſideria ſubleuatus, relictis omnibus ſecutus eſt CHRISTVM, tam corpore quam affectu, ſicut diſcipulus magiſtrum, uiator ducem, ſeruus Dominum, ouis paſtorem. Matth. 9. Luc. 5.

[a] Nō eſt ergo obloquendum Prælatis Eccleſiæ, qui ex malo uitæ ſtatu ad Epiſcopatū aſſumuntur, id qđ hæretici tantum Diaboli artibus fieri poſſe ſomniant.

Verterunt indè uitio diſcipulis IESV, Ioannis ſectatores, quod ſe Phariſæorum more ieiunijs nō macerarent, ſed audiunt iniquum uideri, ut ſponſo præſente, lugeant [b] filij, nouumq; uiuendi inſtitutum ueterum permiſsione confundatur. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

[b] Verum ego ieiunium ſine corporis afflictione non fit, unde ſobrietas ieiunium non eſt. Chriſtus Phariſaica ieiunia etiam legis extraordinaria ſeruauit, obijcitur enim illi, Cur diſcipuli tui non ieiunant? auditurus alias, cur tu non ieiunas.

Poſtea montem aſcendit Thabor in campo Galilææ, & integram noctem orando [c] tranſigit. Cum autem illuxiſſet dies, duodecim uiros ex reliquorum multitudine diſcipulorum ſuorum peculiariter euocauit ac delegit, & hos magis principales in montem traductos, [d] Apoſtolos, id eſt miſſos ad prædicandum regnum DEI, nominauit. Elegit autem duodecim & non alium quemlibet numerum, ut nō tantum uocibus Prophetarum, ſed & argumentis rerum ſingula prædicata eſſe oſtenderet. Huius enim numeri figura ſunt duodecim fontes Elim, & duodecim gemmæ in tunica ſacerdotali Aaronis, & duodecim lapides, ab Ioſue de Iordane electi & in arcam teſtamenti conditi. Hi igitur fontes & amnes erant duodecim illi primi diſcipuli, rigaturi aridum & deſertum exculturi. Hi duodecim erāt illæ gemmæ, illuminaturæ ſacram Eccleſiæ ueſtem, quam induit CHRISTVS Pontifex patris. Hi demum fuerunt illi lapides ſolidi fide, quos de lauacro Iordanis IESVS uerus elegit, & in ſacrarium teſtamenti ſuſcepit. Tertullian. lib. 4. contr. Marcion. Hi duodecim erant Patriarchæ, totum populum Chriſtianum ſpiritualiter generaturi. Hi duodecim panes ſupra menſam propoſitionis, animas uerbo uitæ refecturi. Hi duodecim Principes tribuum, præcepta ſalutaria promulgaturi, & Eccleſiam ſalubriter gubernaturi. Hi duodecim exploratores terræ promiſsionis, futuram uitam per contemplationem inquiſituri, & poſtea deuotis annunciaturi. Hi duodecim lapides, Altaris CHRISTI ſacrificium in ſe portaturi. Hi duodecim uituli Domino immolati, pro CHRISTO martyrium ſubituri. Hi duodecim boues, ſub mari æneo baptiſmi gratiam prædicaturi & miniſtraturi. Hi duodecim leonum catuli, in throno Salomonis tyrannos mundi uicturi, & obſtinatos comminatione pœnarum inferni territuri. Hi duodecim Prophetæ, de futuro tempore Eccleſiam admonituri. Hi duodecim horæ diei, uitæ Chriſtianæ tempora ordinaturi. Hi duodecim fundamenta ciuitatis, Eccleſiam meritis & precibus ſuſtentaturi. Hi duode-

[c] Orat Chriſtus ante Apoſtolorum electionem, ſanctè ergò ante Prælatorum electionē Eccleſia Miſſam de Spir. ſancto canit.

[d] Apoſtolos Chriſtus inſtituit in monte ut ſignificaret Apoſtolorum ſucceſſores in ſuperiori eſſe gradu Eccleſiæ.

cim ſtellæ in corona ſponſæ, Eccleſiam doctrinis & miraculis illuſtraturi. Apoſtolorum primus fuit Simon qui dicitur Petrus, quia primo loco [a] ſcriptus quotieſcunq; numerantur duodecim, tres, quatuor, aut pauciores. Primus fide, Ambroſ. ſermo. 47. Primus humilitate, quia Andreæ fratri iuniori obtemperauit uocanti ad CHRISTVM. Bed. uenerab. in 1. cap. Ioann. Primus dignitate, Chryſoſtom. Homil. 33. in Matth. iuxta dignitatem enim eum numeratum eſſe, ait idem in Marc. Et Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, quos etiam filios tonitrus cognominauit, quia ſæpe audierant terrificam uocem, & tonitrua patris per nubem de filio tonantis. Philippus à Bethſaida, uicinam Andreæ & Petro domum habens. Bartholomæus, Thomas & Mattheus publicanus. Iacobus Alphæi, qui & Iacobus iuſtus propter ſanctitatem uitæ, & minor, quia poſterior in uocatione, & frater Domini eſt uocatus. Simon Chananæus à Chana, uico ſeu uilla Galilææ, qui & Zelotes dictus eſt. Thadæus, qui & Iudas Iacobi. Et Iudas Iſcariotes, à uico Iudææ in quo ortus eſt. Matth. 10. Marc. 2. Luc. 6.

a Bene ergo contra Illyricum ſequitur, Petrus ubiq; primo loco ponitur, ergo Apoſtolorum primus. Neq; enim temere ad factum credendum eſt ab omnib. Euangeliſtis & ubiq; fere.

Mittendos iam Apoſtolos non elegerat primum, ſed iam diu electos mittit, ad ſignificandum eorum uitam, doctrinam & conuerſationes qui Altari miniſtrare cupiunt, notiſsimas eſſe debere, antequam [b] ad ſummum ordinis Sacramenti gradum, Sacerdotium uidelicet, admittantur. Probati quidem erant Apoſtoli, quia plerię Ioannis Baptiſtæ diſcipuli, iam diu conuerſati erant cum CHRISTO. Confirmantur autem iampridem electi (quod & hodie in Epiſcopis primo electis locum habet) poteſtate facta impuros dæmones pellendi, ſimulq; curandi morbos. Vnde illis [c] & Exorciſtarum poteſtas & Diaconorum eſt collata. Matth. 10. Marc. 2.

b Prudenter ergo Eccleſia nemini Sacerdotium concedit niſi prius Clericus, Acolytus, Oſtiarius, Exorciſta etc. ut per hos gradus probetur, aliquandiu extiterit.

c Apoſtolis Chriſti Exorciſtarum & Diaconorum poteſtas collata.

Eo tempore Dominus IESVS & beatitudinis quaſdam formulas propoſuit, longè diuerſas ab iis, quas uulgus hominum ſectatur. Matth. 5. Luc. 6.

a Hoc demum, hæretice, eſt adorare in ſpiritu & ueritate, quando & mente & corpore DEVM adoramus, quod hic leproſus facit.

Lege Euangelica in monte data, deſcendit, & ad miracula procedens, uenit leproſus, qui in faciem procidens, genuflexo [a] adorabat eum dicens: Domine, per quem facta ſunt omnia, ſi uis, potes me mundare. Et extendens IESVS manum, confirmans cæremoniam de impoſitione manuum, & oſtendens ſuam humanitatem eſſe DEI inſtrumentum, tetigit eum dicens: uolo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Verbo ſic & opere CHRISTVS ſe DEVM eſſe oſtendit, approbans leproſi fidem, qui & poſt primum ſermonem CHRISTVS DEVS agnoſcitur. Et ait illi IESVS: Vide, nemini dixeris, ut ea quæ in lege ſunt, compleret; quia prius expectandum erat iudicium Sacerdotum, ad quos ſecundum legem pertinebat iudicare de lepra: ſed uade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus tuum: ut Sacerdotibus reuerentiam exhibendam, & non legis ordine uel conſuetudine, ſed DEI gratia & operatione ſupra legem eum curatum eſſe intelligerent, ſeq; maioris uirtutis eſſe, quam legem uel ſacerdotes, quia lepram cognoſcebant quam mundare non poterant, tacitè ſignificaret. Hoc quoq; figuratè uolebat oſtendere CHRISTVS, quod peccator, licet ſit mundatus à lepra peccati per [b] contritionem: tamen adhuc teneatur Sacerdoti ſe exhibere per confeſsionem, & ad eius conſilium ſubire ſatisfactionem. Tunc enim leproſus à DEO tangitur, quando peccator compungitur; tunc Sacerdoti ſe repræſentat,

b Vera enim contritio, ut Sacramenti pœnitentiæ

repræſentat, quandò peccatum confitendo manifeſtat: tunc ſacrificium offert, quandò ſatisfactionem complet. Vade, inquit, non ductus, nec tractus, nec coactus, ut uoluntaria confeſsio exiſtat. Oſtende, quid egiſti, quid cogitaſti, quid locutus es, ut nuda & aperta. Oſtende te non alios, ut pura. Sacerdoti, ut ordinaria. Nō cuiuis enim peccata ſunt confitenda, ſed ſolis Sacerdotibus, qui habent clauem ſcientiæ & authoritatis. Et offer munus tuum DEO, ex quo Altari miniſtrans uiuet. Erant autem munus duo paſſeres, Leuit. 14. in teſtimonium leproſis, ut conſtaret illos eſſe ſanos, quod fuit figura poteſtatis Sacerdotalis in remittendis peccatis. Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5.

pars eſt, inclu dit confeſſionem ſuo tempore ſacerdoti exhibendā, ad quā dependenter remittit cōtrito culpæ reatum.

Ingreſſus poſtea Capharnaum ciuitatem, Centurio poſitus ibi à Romanis pro collectione tributi & cuſtodia Galilææ, alienigena generatione, ſed domeſticus corde: alienus natione, ſed proximus fide: princeps militum, & ſocius Angelorum (ut ibi Origen.) quod gentilis eſſet non auſus IESVM accedere, reputans ſe indignum præſentia [c] CHRISTI, miſit ſeniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret & ſanaret ſeruum eius: puerum uocans, ab ætate uel familiaritate potius, quam conditione. At illi cum ueniſſent ad CHRISTVM, rogabant eum ſollicitè dicentes ei: Quia dignus eſt ut hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. IESVS itaq; agnoſcens illius deuotionem, ibat cum illis. Et cum iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine, noli uexari, non enim ſum dignus ut ſub tectum meum intres: propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus ut uenirem ad te, ſed dic uerbo per quod omnia creantur, reguntur & ſanantur, & ſanabitur puer & ſeruus meus. Origen. tempore ſuo Chriſtianos hæc uerba dixiſſe communicaturos, ut & hodie, hoc loco aſſerit. Audiens Centurionis uerba Dominus, miratus eſt, & ſequentibus ſe turbis conuerſus, dixit: Amen dico uobis, nec in Iſraël [d] tantam fidem inueni, ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer uerbo CHRISTI abſentis ex illa hora. Matth. 8. Luc. 7. Ioann. 4.

[c] Dicit Lutheranus: Affectus humani non cadunt in Deū, ergo gratum illi nō eſt per interceſſores ad illum ire: cū tamen uideamus illa ipſum hic Chriſto ſummopere placuiſſe.

[d] Non inuenit tantam fidē in Iſraël Chriſtus quantā in Romano Centurione. Vnde iam hoc loco incipit Lux Romanæ fidei.

Sabbato ſequenti, poſtquam in Synagoga docuiſſet, accidit ut ueniret homo habens dæmonium, qui exclamauit uoce magna dicens: Sine, quid nobis & tibi Nazarene, ueniſti ante tempus perdere nos? Scio te, quia ſis ſanctus DEI. Et increpauit illum Dominus dicens: Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum proieciſſet illum dæmonium in medium, exijt ab illo: omnes autem tum admirabantur, & fama eius per totam Galilæam diuulgabatur. Luc. 4. Marc. 1.

Socrum mox Petri febricitantem, ingreſſus domum eius, precibus [b] Apoſtolorum, exemplo orandi pro infirmis & neceſſitate aliena, motus, ſanauit. Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4. De uxore Petri non fit mentio, quia cognito CHRISTO eam reliquit quo ad thorum. Hieron. aduerſus Iouinianùm.

[b] Nota interceſſionē Apoſtolorum pro ſocru Petri.

Ingreſſurus inde Naim Ciuitatem cum diſcipulis, Viduæ unicum filium, qui modo cum maximo luctu efferebatur mortuus, ſuo loco humandus, potentia ſua in uitam reuocat. Luc. 7. Maternum hunc [c] Petri diſcipulum Colonien. atq; Tungren. primum Epiſcopum fuiſſe multi aſſeuerant. De quo infra part. 5. diſt. 2. de Martyr. Colonien. in German.

[c] Primus Apoſtolus Germanorum.

Multos tum cupido inceſſerat CHRISTVM ſequendi, uerum affectus terrenarum rerum obſtitit. Alius enim fortunæ ſtrepitum ſibi pollicetur, & audit filium hominis ne tantillum quidem habere, ut caput reponat, cum alis

tibus nidi ſint, & uulpibus ſui ſpecus. Alius paterni funeris curationẽ præfert CHRISTI contubernio, cui dicitur: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, ut intelligamus pro maiori bono minus bona eſſe deſerenda: & mauult animas ſuſcitari [d] Dominus, quam corpora ſepeliri. Et ſic licitum eſt propter religionem parentes relinquere, quando non ſunt in extrema neceſsitate, ut nec ſepeliantur, nec ſalutentur, ſicuti Patrũ orthodoxia colligit. Mat. 8. Luc. 9.

Cæterum regionem petituro Geraſænorum traijciendus erat lacus, & ſecuti ſunt cum diſcipuli eius transfretantes: & ecce motus magnus (ut maius appareret miraculum) factus eſt in mari, ex imperio CHRISTI & uirtute, ita ut nauicula ferè operiretur fluctibus inundantibus, nec [a] tamen ſubmergeretur: ipſe uero dormiebat in poſteriori parte nauis, oſtendens ſuã humilitatem, ut ibi Chryſoſtom. Dormiebat quidẽ corpore, ſed uigilabat Deitate: Vnde ipſe in Cantic. dicit: Ego dormio, & cor meum uigilat. Timentes ergo diſcipuli in periculo poſiti, ad CHRISTVM recurrunt clamantes: Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit ei IESVS: Quid timidi eſtis modicæ [b] fidei, an non creditis me uel dormientem imperare poſſe uentis? timetis me præſente, quem uidiſtis tot miracula facere? & cui qui adhæret perire non poteſt? Atq; ſurgens imperauit uentis & mari [c] ſæuientibus, & facta eſt tranquillitas magna. Matth. 8. Luc. 8. Marc. 5. De iſta naui in hunc locum ſcribit Chryſoſtom. Non dubium eſt, nauem iſtam Eccleſiam figuraſſe, quæ nauigantibus Apoſtolis, gubernante Domino, flante Spiritu ſancto, prædicationis uerbo ubiq; diſcurrit, portans ſecum magnum inæſtimabile precium, quo totũ mundum ſanguine CHRISTI mercata eſt. Mare uero ſeculum intelligitur, quod à diuerſis peccatis & uarijs tentationibus uelut quibuſdã fluctibus æſtuat. Venti aũt nequitiæ ſpiritales & immundi ſpiritus intelliguntur, qui ad naufragium Eccleſiæ per diuerſas ſeculi tentationes, uelut per fluctus maris, deſæuiunt. Dormire uero Dominus in hac naui intelligitur, cũ ad probationem fidei Eccleſiam ſuam preſſuris & perſecutionibus mundi iſtius tentari permittit. Excitatio uero diſcipulorum excitantium Dominum & auxiliũ implorantium ut liberentur, preces Sanctorũ omnium oſtenduntur. Et quamuis infeſtatione inimici Eccleſia uel ſeculi tempeſtate laboret, quamuis tentationum fluctibus pulſetur, naufragium tamen facere non poteſt, [d] quia DEI filium habet gubernatorẽ. Inter ipſos enim turbines mundi, inter ipſas ſeculi perſecutiones, plus gloriæ ac uirtutis acquirit, dũ in fide firma & indiſſolubili permanet. Nauigat enim inſtructa fidei gubernaculo, fœlici curſu per huius ſeculi mare, habens DEVM gubernatorem, Angelos remiges, portans choros omnium ſanctorum, erecta in medio ipſa ſalutari arbore Crucis, in qua Euangelicæ fidei uela ſuſpendens, flante Spiritu ſancto, ad portum paradiſi, & ſecuritatem quietis æternæ deducitur.

Cum appuliſſet ad portum, occurrerunt ei duo homines dœmoniaci exeuntes de monumentis in quibus habitabant, uirtutem DEI ſentientes: & magno timore procidentes, eum adorauerũt clamantes, coacti uoce magna, ut ibi Hilar. (non enim erat uoluntatis confeſsio ſed neceſsitatis extorſio) quia timebant eius præſentiam, dixerunt: Quid nobis & tibi IESV fili DEI, uenisti ante debitũ tempus torquere nos? ſciebant enim in die iudicij ſe mittendos in abyſſum & torquendos. Et interrogabat eum quod tibi nomen eſt, nõ quia ignoraret, ſed ut multitudo dœmonũ ex confeſsione eorũ appareret,

Vnde

---

[d] Si Chriſtus impiè non fecit quod quoſdam à parentib. abſtraxit, ergo nec illi impiè faciũt, ut delicatuli ſomniant, qui ſalutarib. admonitionibus iuuenes ad maiorẽ et ſanctiorem uitæ ſtatũ alliciũt.

[a] Nõ enim ullis undis ſubmergitur nauis Petri quãdiu in ea eſt Chriſtus, adeſt aũt uſq; in finẽ mundi, qui dixit, Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eã.

[b] Quod ad Chriſtũ recurrũt fidei opus eſt, augeri aũt debebat ea fides, ut iã nihil ſit quod obijciat Illyricus.

[c] Cõpeſcit & hodie tuos Illyrice tuorumq; in Eccleſiam inſultus.

[d] Prouerbialis uerſiculus: Fluctuat at nunquã mergitur illa ratis.

Vnde reſpondit: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus, & deprecabatur ne expellerentur extra regionem, ſed mitterentur in a porcos. Et conceſsit eis Dominus, b nam porcorum gregem qui iuxta paſcebantur inuaſerunt, & duo millia in ſtagno Genezareth ſe Tyberiadis ſubmerſerunt: ſic dæmoniaci liberati & curati ſunt. Math. 8. Marc. 5.

Rediens inde Capharnaum, paralyticũ per tegulas demiſſum alienæ fidei c reſpectu ſanat. Ac poſt fidem corũ, oſtendit diuinæ poteſtatis actũ & ſuper animam & ſuper corpus ipſum, dicens: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vnde mira CHRISTI humilitas agnoſcitur, deſpectũ enim & debilẽ totiſꝗ membrorũ cõpagibus diſſolutum, filiũ uocat, quẽ pſeudoſacerdotes nõ dignabantur attingere. Hieron. Homil. ſup. 9. cap. Math. Marc. 2. Luc. 5.

Paulò poſt, quidã princeps Synagogæ nomine Iairus acceſsit ad IESVM, & adorabat eũ rogans pro unica filia duodenaria: Domine, filia mea modo defuncta eſt, ſed ueni impone manum tuã ſuper eam & uiuet. Mox comitatur principem IESVS. Dum aũt ſunt in itinere, ecce mulier hæmorrhoiſſa, à morbo quẽ patiebatur ſic dicta, ab annis duodecim ſanguinis fluxum paſſa, quæ in medicos erogauerat ómnem ſubſtantiã ſuã, nec ab ullo poterat curari, acceſsit retro, (quia ſecundũ legem reputabatur immunda) & tetigit fimbriam d ueſtimẽti eius ex deuotione fidei, nam indignã ſe exiſtimabat tangere pedes Dñi uel plenã ueſtem. Remig. Antiſiodoren. hoc ex legis præcepto factum dicit. Num. 15. & illis fimbrijs Phariſæos ſolitos appendere ſpinas ex hypocriſi. Et attactu eius confeſtim ſanata eſt. Cognoſcens uero IESVS ex ſe exijſſe uirtutẽ, ut mulier ſanata cõfiteretur, & per confeſsionẽ appareret fides eius: Quis eſt, inquit, qui me tetigit, nam ego noui uirtutẽ de me exijſſe. Videns aũt mulier quia non latuit, timens corde & tremens corpore, ad maieſtatẽ diuinitatis cuius uirtutẽ in ſe experta fuerat uenit, & procidit ante pedes eius, & ob quã cauſam tetigerit eũ indicauit corã omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At IESVS approbans ipſius fidem, dixit illi: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. e Vade in pace. Filiam uocans ſanatam fidei ratione. Euſeb. lib. 7. cap. 14. Hiſt. Eccl. dicit hãc fuiſſe Cæſarienſem. Hæc cũ à morbo ſuo liberata eſſet, ſtatuam ex electro puriſsimo fabricatã, in qua Redemptoris noſtri forma habebatur expreſſa, Cæſareæ Philippi CHRISTO collocauit. Sed ne cui hoc uideatur abſurdum, narrare quæ de ea Cæſarien. refert Euſeb. non pigebit: Mulierem, inquit, quam ſanguinis profluuio laborantem, à Saluatore curatam Euangelia tradiderunt, huius urbis ciuem conſtat fuiſſe, domuſꝗ eius in ea etiã nunc oſtenditur. Præ foribus uero domus ipſius, baſis quædam in loco æditiore collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius uelut genibus prouolutæ, palmaſꝗ ſuppliciter tendentis, imago ære uidetur expreſſa. Adſtat uero alia ære nihilo minus fuſa ſtatua, habitu uiri, ſtola compte circundati, & dexteram mulieri porigentis. Huius ad pedes ſtatuæ f è baſi herba quædam noua ſpecie naſcitur. Quæ cum exorta fuerit, excreſcere uſꝗ ad ſtolæ illius ærei indumenti fimbriam ſolet. Quam cum ſummo uertice creſcens herba contigerit, uires inde ad depellẽdos oẽs morbos languoreſꝗ cõquirit, ita ut quæcunꝗ illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur, nihil omninò uirium gerens, ſi antequã æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur.

a Si porcis dæmones nihil nocere poterãt niſi permiſſi, quanto minus hominibus ad imaginem Dei creatis.

b Habebat itaq; Dominus dominiũ rerũ temporaliũ, nec iniuriam fecit dominis ſuillæ gregis dum tantam porcorũ multitudinẽ occidi conceſsit.

c Reſpicit ergo ô heretice ad fidem parentũ & ſuſceptorũ, dũ infans baptizatur, qui actualẽ fidem non habet, ſicut ineptè docebat Lutherus.

d Nihil ergo decedit fidei noſtræ, religiones & uniuerſitates pro ſua profeſsione peculiaribus uti habitibus.

e Fides non ocioſa ſed quæ per charitatem operabatur.

f Habes ex hoc loco illyrice imaginũ uſum licitum & antiquum eſſe, qui ſi Deo diſpliceret, hæc Domini imago tantæ uirtutis nõ fuiſſet.

Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem uultus IESV formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra uſq; tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Eadē confirmant, D. Hieron. quem citat Ludolph. in uit. CHRISTI part. 1. cap. 49. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 6. cap. 15. Sozomen. Eccl. Hiſt. lib. 5. cap. 21. Gregor. Turonen. lib. in glor. plur. Martyr. ædito ſubijciens: Et ut pleroſq; audiui, qui eam contemplati fuerant, mira claritas in eius facie continetur. Interea nuncij ad Archiſynagogum Iairum ueniunt, dicentes: Noli illum uexare, filia tua eſt mortua, IESVS autem: Noli timere, crede tantum, & ſalua erit. Et ueniens ad domum principis inuenit filiam eius iam defunctam, & tibicines carmen lugubre canentes ad pompam funeris, more Palæſtinæ. At CHRISTVS: Nolite, ait, flere, non eſt mortua puella, ſed dormit, ut pateret Sanctos a non debere dici mortuos. Et cum eiecisset tumultuantium & deridentium turbam propter incredulitatem quod ſciebant mortuam, intrauit cum patre & matre puellæ quos in fide confortare tanto miraculo diſponebat: ac Petro b Iacobo & Ioanne, quos ſpecialiter inſtrui uolebat, ut eſſent miraculi teſtes, ne magicum aliquid putaretur: ut oſtenderet blaſphemis & irriſoribus non eſſe reuelanda myſteria, b ſed fidelibus qui ea honorarent. Ac tenens manum puellæ, ait; Tibi dico ſurge. Et confeſtim ſurrexit, & ambulauit. Math. 9. Marc. 5. Luc. 8.

Tranſeunte de domo principis, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes: Miſerere noſtri fili Dauid. Vt aūt fides eorum magis probata fieret, domum ueniens, num hoc eū facere poſſe crederent interrogauit. Confeſſi eſtis humanitatem, inquiens, me dicendo filium Dauid, credıtis ad iuſtitiam, ſed uolo ut confiteamini ad ſalutē. Dicunt ei utiq; Domine, non ultra filium Dauid uocantes, ſed Dominum confitentes, quod nomen eſt poteſtatis, ut ibi Chryſoſtom. Tunc tetigit oculos eorū, dicens, ſecundum fidem ueſtram fiat uobis. Et ſtatim illuminati, oculis apertis uiſum receperunt. Math. 9.

Egreſsis illis, obtulerunt ei hominem mutum, habentem dæmonium, nō erat a natura mutus, ſed a dæmone inſidiante & linguā tenēte, & ideo eiecto & expulſo per Dominū dæmonio, locutus eſt, & miratæ ſunt turbæ ex ſigno rum nouitate, præferentes CHRISTVM, Patriarchis & Prophetis. Verū Phariſæi dona DEI non agnoſcentes, quia uirtutem negare non poterant opus calumniantur, Beelzebub dæmoniorum principi accepta CHRISTI opera referentes, id quod ipſe copioſe refutat, Math. 9. Luc. 11.

(Cum Chriſtus ad id quod fabri filius, illiteratus, Samaritanus dicebatur tacuerit, ad hoc uero conuiciū minime, docet nos parum curandum eſſe ſi heretici bardos, aſinos, fungos nos appellent, ſed ad id quod Miſſa Idolomania ſit, Papa Antichriſtus, nullo modo tacendum eſſe.)

Et poſt hæc Dn̄s IESVS deſignauit LXXII. diſcipulos alios præter duodecim, in ſignū, quod poſt CHRISTI reſurrectionē & aſcenſionē in cœlum fides CHRISTI prædicanda erat gentibus lxxij. linguarum, ſicut antea xij. tribubus ſecundū numerū duodecim Apoſtolorū. Et ſicut Apoſtoli formam demonſtrabant Epiſcoporū primi ordinis, ſic & iſti figuram gererent Preſbyterorum ſecundi ordinis: nihil omittens præceptorum ſalubrium, quæ ad Apoſtolicam integritatem uenandam ijs conducerent. Luc. 10.

Cum uero aſcendiſſet de Galilæa in Iudæam, inuitatus a Phariſæo Simone Leproſo, ingreſſus diſcubuit. Manebat illi nomen utrumq;, Phariſæi ex ſecta, ſua, Leproſi, quia a CHRISTO ſanatus fuerat, quod tamen retinuit,

(Vnde non ualet argumentum patres appellant Euchriſtiam poſt conſecrationem panem, ergo manet panis: poteſt panis dici ut hic leproſus iam ſanus, quia ante panis fuit.)

a Sancti non dicūtur mortui, impiè ergo dicat Melanchton, nos inuocare homines mortuos loquens de Sanctis.

b Petrus primo loco ponitur ut principalior.

c Hereticis & blaſphemis fidei myſteria nō ſunt reuelanda. Sic deo gratum nō præſtant officiū, qui ſacrum Miſſæ Canonem, Sacramentorū formas in uulgarem linguam uertunt.

quamuis

quamuis ſanus: ſicut Matthæus ſe uocat publicanum iam Apoſtolus. Hiſtoriæ autem docent hunc fuiſſe patrem Lazari quem reſuſcitauit CHRISTVS à mortuis, Marthę quam ſanauit à ſanguinis fluxu (*Ne mireris Lector quod Cæſarienſem fuiſſe ſupra diximus quæ ſanata fuerat à ſanguinis fluxu, potuit enim Chriſtus multas mulieres ab eodem morbo liberare ſicut & multos dæmoniacos &c.*) Magdalenæ ex qua eiecerat ſeptem dæmones: fuitq́; hoc frequens hoſpitium CHRISTI, & dotauit illud liberaliſsimè tribus iſtis beneficijs. Simon illa poſtea uocatus Iulianus, factus eſt Epiſcopus in Gallia Cenomanen. cui hæc præter alias uirtus innata fuit ut hoſpitalis eſſet, hinc peregrinantes ſolebant oratione Dominica fuſa illum precari pro bono hoſpitio impetrando. De quo infra part. 5. diſt. 3. de Martyr. Cenomanen. in Gallia. Audiens hæc Magdalena, quæ iam forte CHRISTVM uiderat, tacta dolore cordis intrinſec⁹, & de peccatis ſuis plenè et perfectè cõtrita, amoriſq́; eius igne accenſa, cũ alabaſtro perrexit ad locũ cõuiuij, facie inclinata, oculis in terram demiſsis præ peccatorũ uerecundia, ad pedes IESV proſtrata, uultu procumbens, cũ quadã confidentia fortiter fletibus & ſingultibus abundare, ac lachrymis (*Nemo unquã (ait, Eraſmus expertus) uidit aliquem apud Lutheranos pro peccatis flentẽ. Vnde hoc? Quia quintum Euangeliũ emendationẽ uitæ requirit tantũ etiam nõ peccati deteſtationẽ.*) largiter decurrentibus pedes Dñi lauare [a] ex magnitudine cõtritionis, & capillis ſuis extergere cepit. Et quia propter itinera ſqualidi & laſsi erant, eos etiã unguento precioſo ungebat, ad refrigerium caloris & mitigationem laboris, ex itineris dolore. Cui Dominus: Mulier, fides tua [b] te ſaluam fecit, uade in pace, remittuntur tibi peccata tua. Luc. 7.

(*Remittit Chriſtus peccata nulla impoſita ſatisfactione, quia nondum erat inſtitutum Sacramentum pænitentiæ, & quia ipſe ut Summus Pontifex poterat plenam indulgentiam concedere ſicut ipſe alibi dixit: Dominus miſit me ad Euangelizandum pauperibus, prædicare captiuis indulgentiã & remiſsionem peccatorum. Nec eſt quod quæras in actis Chriſti iniunctas ſatisfactiones peccatorum, cum Sacramentum pænitentiæ poſt reſurrectionem fuerit inſtitutum.*)

[a] Vide formã publicæ pænitentiæ.

[b] Intellige ut prius de fide per charitatẽ operante operabatur enim lachrymas.

Alia denuo uice ingreſſus Bethaniam, à Martha hoſpes excipitur, quæ dum ſedulo in apparando cõuiuio occupata, ſororem Mariam ab ore Domini pendentem incuſaret, mox diſcit ſe negocijs non quidem negligendis, ſed fluxis tamen incumbere, ſorore interim quæ ſunt optima complectente: Maria, inquit, optimam [c] partem elegit, ſecuram & digniorem, non tu quidem malam, ſed illa meliorem, ne tu ergo conqueraris de ocio ſororis, quia maior eſt qui recumbit quam qui miniſtrat. Luc. 10.

[c] Sic religioſi in monaſterijs optimam partem eligentes, non tenentur cum Martha laborare manibus, quantumuis obganniat Lutherus.

Relinquente autem IESV Iudæam, & eunte in aliam prouinciam Galilæam, uenit prope Ciuitatẽ Samariæ Sichar, quæ olim dicta eſt Sichem, iuxta prædium Iacob, poſtea Neapolis uocata. Fatigatus ergo ex itinere ſedebat ſuper fontem qui ibi erat, expectans diſcipulos qui iuerant in Ciuitatem ad emendum cibos, quia hora erat quaſi ſexta. Et uenit mulier quædam Samaritana haurire aquã, Domino potum petente, quaſi fidem eius ſitiente, mulier cognoſcens ex fimbrijs pallij ipſum Iudæum eſſe. Quomodo tu, inquit, bibere à me poſcis cum Iudæus ſis, quę ſum mulier Samaritana? Audito tandem quod eſſet Meſsias, currens ad Ciuitatem, omnibus nunciauit ut uenirent ad uidendum eum. Interea diſcipuli reuerſi cum cibis, rogabant eum ut pranderet, quibus reſpõdit, ſe habere cibum alium cibum ſpiritualis refectionis, quem habebat ex conuerſione populi illius Ciuitatis, qui confluebat ad eum uidendum & audiendum. Et manente cum illis duobus diebus ad preces eorum, multi crediderunt in eum ut mundi Saluatorem. Ioann. 4.

Deinde

Deinde in Chanam Galilææ ſe contulit,& cum quidã regulus cuius filius infirmabatur Capharnaũ audiſſet IESVM ad partes ſibi uicinas adueniſſe, abijt ad eum in Chana ubi eũ nouerat eſſe,& rogabat eũ ut deſcenderet & ſanaret filiũ eius. Scribit ibi Theophilus iſtũ regulũ interfuiſſe miraculo facto in nuptijs quando CHRISTVS aquã in uinũ mutauit, & nunc credidiſſe, ſed CHRISTI tamen diuinitatẽ non agnouiſſe. Dicit ei IESVS: Niſi ſigna & prodigia uideritis non creditis, de defectu fidei reprehendens: uade, ut abſentẽ me curare poſſe agnoſcas, filius tuus uiuit. Credidit homo ſermoni IESV, & ibat credens. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt & nunciauerunt dicentes, quod præcedẽtis diei hora ſeptima eum reliquiſſet febris. Cognouit pater quia illa hora eſſet ſanatus in qua dixerat ei IESVS filius tuus uiuit, credidit ſic ipſe & domus eius tota. Ioann. 4.

Cum autem aliquando ad mare eſſet egreſſus, præ turba ad eũ congregata aſcendit cum diſcipulis in nauiculam, & ſedens in ea docebat in littore ſtantes. Propoſuit autem parabolas quatuor diuerſas, diuerſis hominum conditionibus congruentes, quarum prima ſeminantis, cuius ſeges partim in uiam publicam, petras & ſpinas, partim in fertile ſolũ inciderat. Confinis huic erat illa de ſeminante Zizaniam in agrum, dormiente eo qui bonũ ſemen in eundem ſparſerat. Tum illa de grano ſinapis minimo, in inſtam arboris magnitudinem ſuccreſcente. Cui acceſsit ea de fermento, quod mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus. Dimiſſa plebe, explicat diſcipulis parabolarũ ſuperiorũ myſteria, adiectis inſuper alijs, puta de theſauro in agro reperto, ac negotiatore margaritas pulchras quærente, quæ utraꝗ non niſi uenditis omnibus potuerint acquiri, ſubſignificans uerbi cœleſtis ſublimitatẽ. Math. 13. Marc. 4. Luc. 8. & 13.

Ex hoc tempore, è duodecim numero quos in Apoſtolos coaptauit, cœpit binos mittere ad prædicandum regnum DEI & miracula facienda. Præcepit autem ut ſint expediti in uia, nec grauent ſe uel ueſtibus uel pecunia. Et in quamcunꝗ domũ intraueritis dicit, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunꝗ non receperint uos, exeuntes de Ciuitate illa, etiam puluerem pedum ueſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. Hoc mandatum ſumma fide & diligentia executi ſunt Apoſtoli docentes homines, & oleo ſeu balſamo ægrotos ungentes [a] ac ſanantes. Marc. 6. Luc. 9. Inſtituta eſt autem ſacra hic unctio infirmorum, tanquam uerè & propriè Sacramentum Noui Teſtamenti, à CHRISTO Domino noſtro, apud Marcum quidem inſinuatũ, per Iacobum autem Apoſtolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in uobis, inducat Presbyteros Eccleſię & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit dimittentur ei. Concil. Tridentin. ſeſsio. 14. cap. 1. Dedit autẽ diuerſis in [b] locis Sacerdotalem poteſtatem CHRISTVS Apoſtolis, ungendi hic, confirmandi & conſecrandi in cœna, abſoluendi poſt reſurrectionem.

[a] Apoſtoli hoc loco poteſtatem conferendi ægrotis Sacramentũ extremæ unctionis acceperunt.

[b] Diuerſis in locis Chriſtus Apoſtolis ſacerdotalem poteſtatem contulit.

DOMINICAE PRAEDICATIONIS ANNVS II.

HERODES interim tetrarcha, imminente Paſcali feſtiuitate, Ioannem Baptiſtam ob reprehenſum eius inceſtũ nefarie iuſsit in carcere, in quo eum circiter ſeſquiannũ tenuerat, interfici. De cuius obitu & martyrio infr. part. 5. diſt. 2. de Martyr. Hieroſo. in Syria. Cum autem audiſſet IESVS necem

cem Ioannis propter doctrinam ueritatis, aſſumptis diſcipulis, aſcendit in nauiculam, & abijt trans mare Galilææ, in montē & deſertum locum ſeorſum, deuotioni & doctrinæ aptum, iuxta Tyberiadem Ciuitatem Galilææ, quo ſecuta ingens turba, commeatu iam deficiente, de quinq́ panibus & piſcibus duobus paſcitur: diſcubuerunt autem quinq́ millia uirorum, abſq́ paruulis & mulieribus. Quo beneficio IESVS adeo ſibi multitudinis animos conciliauit, ut dignum iudicarent principatu. Sed is alienus ab omni ambitione, clanculum fugit in montem, ubi ſolus perpetuis precibus noctem ad quartam uſq́ caſtrenſem uigiliam [e] protraxit. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. Ioann. 6.

Interea dum Dominus orauit in monte ſolus, erant diſcipuli eius in ſummo marinæ tempeſtatis diſcrimine, uentis pręter modum ſæuientibus, & nauim qua uehebantur in diuerſum agitantibus: quod uidens IESVS de monte deſcendit, & ambulans ſuper mare eis appropinquauit. Diſcipuli uidentes eum turbati ſunt, & præ timore clamauerunt, putantes eſſe fantaſma & apparitionem rei non exiſtentis, uel alicuius ſpiritus nocere uolentis. IESV autem loquente, Petrus amore uehementi [d] ſuccenſus, cupiens ad Dominum uenire, & illi propinquior eſſe, dixit: Domine, ſi tu es iube me uenire ad te ſuper aquas, præcipe, & ilico ſolidabuntur plantæ, Vt ibi Hieron. Et innuit illi Dominus uoce [e] & manu ut ueniret, & confiſus de Domini potentia inſiliit in mare, cœpitq́ & ipſe ſupra mare ambulare ut ad IESVM poſſet uenire, oblitus præ amore CHRISTI aquæ periculum. Petrus frequentiſſimæ hic & ardentiſsimæ fidei fuiſſe demonſtratur, neq́ enim profundiſsimo pelago ſeſe crederet niſi fidem certiſsimam de Domino haberet. Sciebat ſaluatorem noſtrum omnia poſſe, & nihil minus de poteſtate in mari quam in terra eum credebat habere. Et in hoc miraculum maius apparuit, quia non ſolum CHRISTVS uirtute diuinitatis ſuper aquas ambulauit, ſed etiam Petrus eadem uirtute ad ipſum uenit. Sed poſtea Petrus uidens uentum ualidum & uehementem, timuit ex infirmitate hominis, & titubauit, & quia parum dubitauit parū ſubmerſus fuit. Fides ardebat, ſed humana infirmitas in profundum trahebat. Supra mare Dominus eum ambulare facit, ut diuinitatis ſuæ potentiam oſtendat: mergi permittit, ut propriam infirmitatem cognoſcat. Relinquitur paululum tentationi, ut ita per orationem augeatur fides eius, credentis ſe Domini imperio poſſe liberari. Et cum cœpiſſet mergi, ſtatim Dominum inuocauit, & dextera Domini cum ne mergeretur erexit, ac naui reſtituens, dixit ei: Modicæ fidei [a] quare dubitaſti? nec uentus tibi nocere potuiſſet ſi fides firma fuiſſet: modicæ enim fidei erat Petrus reſpectu eius quæ expediebat ei, magnæ tamen & ardentiſsimæ reſpectu noſtræ fidei. Vbi Hieron. Si Apoſtolo Petro, qui confidenter Saluatorem rogauerat, dicens: Domine, ſi tu es iube me uenire ad te ſuper aquas, quia paulum timuit dicitur, Modicæ fidei quare dubitaſti? quid nobis dicendum eſt, qui huius modicæ fidei nec minimam quidem habemus particulam? Ob hoc ſolum trepidaſſe uiſus eſt, ut fragilitas humana cognoſceret quanta eſſet inter Dominum ſeruumq́ diſtantia, dum aggrauata peccatis caro mergitur, & immaculata neſcit planta deſidere. Sed quid illum tantopere dicimus trepidaſſe (D. Maximus Taurinen. Epiſc. inquit) cum parua trepidatio ſua maiorem profecit ad fidem? Vt enim credidit Petrus imperio Domini ſui poſſe ſe à fluctibus ſuſtentari, ita nihilominus dum mergitur credidit ipſius Domini ſui

I ſe uirtute

e Conſecrauit hic hæretice Chriſtus ſuo exemplo nocturnarū precum in monaſterijs conſuetudinem.

d Petri in Chriſtū fiducia, ex feruore dilectionis.

e Quomodo ergo Illyrice temerarius eſſe Petrus hic potuit, ſicut ais, cū ad uocationē Chriſti exierit? An Chriſtus ad temeritatē nos prouocat?

a Quantumuis ardebat fides Petri modica tamē erat eo tempore ſi ei ea cōferatur quam poſt aduentū ſpiritus ſancti habuit, dum Romæ prædicaret.

ſe uirtute ſaluandum. Verè B. Petri & dum trepidat mirabilis fides, quam nec perurgentis periculi potuit turbare ſormido. Clamando enim dum mergitur, Domine libera me, de ſe diffiſus eſt, non de Domino dubitauit. Ne quis ergo timorem hunc glorioſiſsimi Petri ducat in [b] uitium, quoniam timor iſte quamuis primam eius turbauerit fidem, confidentiam tamen in eo reparatæ credulitatis ornauit. Sermo. de Natal. Apoſt. Petri & Pauli. Nutat inceſſu, ſed conualeſcit affectu: periclitatur corpore, ſed deuotione non labitur: mergitur pedibus, ſed CHRISTI dextera ſuſtentatur: ſuſtentat fides quem unda mergebat, & quem fluctuum procella turbabat Saluatoris dilectio confirmabat. Ambroſ. ſermo. 47. de B. Apoſt. Petro & Paulo. Intrauit autem Dominus nauem, ceſſauitque uentus & tempeſtas, & omnia ſunt pacata. Et ſtatim uirtute diuina ad Bethſaidam Ciuitatem in terra Genezareth peruenerunt, ubi uarijs languoribus affectos, qui uel fimbriam [a] ueſtis illius optabant contingere, ſanauit. Matth. 14. Marc. 6. Magnum hoc erat myſterium de naui Eccleſiæ, quæ fluctibus tribulationum & tentationum concutitur, ſed non ſubmergitur, non deficit. Mare in quo ambulat Petrus eſt ipſe mundus, Petrus ipſe Pontifex, contrarij uenti ſunt tribulationes, in his ſi Pontifex CHRISTI imploret auxilium, ſtatim illi porrigitur manus. Nondum autem tum cum mergeretur pro Petro CHRISTVS orauerat ne deficeret, & propterea ſinit eum ſubmergere.

b Id quod Illyricus facit.

a Nõ reprehendit Chriſtus ardentem populi deuotionem in tangendis ſacris ueſtibus, imò Euãgeliſta ut laudabile cõmemorat.

Poſtero die inuentus ab ijs quos pauerat in ſolitudine, cauſam intelligens quod quæſiſſent cibum corporalem, ad cœleſtem alimoniam comparandam longo ſermone cohortatus, manna illo cibo longè eſſe inferius edocuit. Proindè cum de uerbo uitæ æternæ loquens iam panem nominaret, modo carnem & ſanguinem, multo horrore rei perperam intellectæ concepto, à CHRISTO deſciuere. [b] Dixit ergo IESVS ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire? Et Petrus qui erat principalior [c] & obediens, ac firmus ſicut petra, & in omnibus maximè ad interrogandum Dominum eique reſpondendum promptus, feruore charitatis pro ſe & alijs reſpondit: Domine, in cuius poteſtate cuncta [d] ſunt poſita, ad quem ibimus, quia non eſt Dux ueritatis niſi tu, ſimilem tui inuenire non poſſumus, tu ſolus ſufficis nobis, propter quem omnia reliquimus, & cum non ſit ſimilis tibi non à te ſed ad te eundum eſt. Exprimitur autem in Petri reſponſione uera confeſsio fidei, cum ſubditur: Et nos credimus corde, & cognouimus ſignorum uirtute, quia tu es CHRISTVS, unctus unctione DEITATIS, ut Rex & Sacerdos, filius DEI patris naturalis, & æqualis ei natura & potentia, quia ipſa uita æterna tu es, & non das in carne & ſanguine niſi quod es, uitam æternam. Ioann. 6.

c Petrus ut principalior reſpondet.

b Sic deſciuerunt noſtris temporibus Caluinus & Zuinglius noui Capharnaitæ, dicentes: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt illum audire.

d An non hic Illyrice piſcatoris feruentiſſimus in Chriſtum amor à te deſcribendus erat? ſed iam dudum eius contumeliam cum tuis iurasti.

Flectebat tum fortè iter Sabbato per ſegetes, & famem [e] ſpicis manu conuulſis ſolabantur diſcipuli, quod opus à Phariſæis uelut impium carpebatur. At IESVS Dauidis exemplo, ſcripturæque diuinæ permiſſu innoxios eſſe diſcipulos oſtendit, ſeque tanquam ſuperiorem legibus haud quaquam aſtringi, & neceſsitatem facere aliquid licitum aliàs illicitum, ut 1. Reg. 21. atque

e Nihil igitur mirandũ ſuperius Chriſti diſcipulos ab alijs reprehenſos, quod

ſic diſcipulis eſurientibus quod licitum non erat in lege, factum eſt licitum propter paupertatem, deuotionem & occupationes, famis [a] neceſsitate. Matth. 12. Marc. 2. Luc. 6.

Proximo dein Sabbato, arentem hominis dextram in Synagoga curat, uetitum utiꝗ; non eſſe Sabbato conteſtans ut beneficus exiſtas, cum in puteum collapſam pecudem impunè extraherent: quæ res æmulis occaſio fuit, ut de perdendo IESV conſilium caperent, uerum ille ad tempus improborum maleuolentiæ ceſsit. Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6.

Poſt prædicta, dœmoniacum quendam cæcum & mutum liberat, quod Phariſæi criminantur, dicentes, hæc per [b] Beelzebub diabolorum principem fieri, at eam calumniam grauiſsimis cauſis retundit CHRISTVS. Matth. 12. Luc. 11.

Necdum ſermonem inſtitutum finierat, & mulier quædam è medio turbæ beatum exclamat [c] uentrem CHRISTI genetricis, ac fœlicia ubera. Sed ille: Quin imò, beati qui audiunt uerbum DEI, [d] & cuſtodiunt illud. Luc. 11.

Deinde cum uocatus ad Phariſæi cuiuſdam prandium neglecto lauacro diſcubuiſſet, & is plurimũ eo fuiſſet offenſus; ſtultos uocat qui nimium anxiè obſeruarent ea quæ ad externam politiam pertinent, iudicio DEI & charitate interim omiſsis. Decimabant illi mentam, rutam & holus quoduis, in uaſis quoꝗ; mundanis quæ ad uictum pertinebant, plus iuſtè erant curioſi. Cæterum ambitioſi in affectandis primis in ſynagoga cathedris, hypocritæ in extrinſeco cultu, ueréꝗ; ſepulchra foris dealbata: impij deniꝗ; in ſenes ualetudinarios, quibus oblationum prætextu ſubtrahebant alimoniam, circumuentis falſa doctrina [e] liberis. Vnde cæcos uocat illos CHRISTVS, & plantationem quam pater cœleſtis minimè agnoſcat, ideoꝗ; breui interituram, rectè proinde in iſtos competere Eſaiæ uaticinium, [f] quo ait: Populus hic me labijs honorat, cor autem eorum longè eſt à me, ſine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas [g] & mandata hominum. Oſtendit autem hominem minimè contaminari ab ijs quæ per os immitterentur, [h] ſed magis adulterio, fornicatione, homicidio, furto, auaritia, impoſtura, dolo, impudicitia, obtrectatione, ſuperbia & ſtultitia, quæ omnia in cordis officina clam concepta, magno malo foras prodirent in publicum, eſſeꝗ; ſimplex genus expiandarum impuritatum, ſi eleemoſyna in fratrem beneficus exiſtas. Matth. 15. Marc. 7. Luc. 11.

nõ niſi ſint ieiunare. Ieiunium magnũ eſt uſq; eo ſumere pati, ut etiã ſpicæ euellantur ad eã ſedandã.

a Nec hodie Eccleſia neceſsitati legẽ ponit in ieiunijs.

b Sic etiã cum paſsim in Eccleſia Catholica fiũt miracula, Lutheriſtæ clamãt cũ Phariſæis in Beelzebub ea fieri.

c Mariæ uenter beatus ac ubera fœlicia dicuntur, etiã ipſo Chriſto atteſtante.

d Non beati ſunt qui audiunt tantũ uerbum Dei, ſed qui cuſtodiũt illud.

e Ergo rectè Epiphan. dicit eos fuiſſe hæreticos.

f Populus qui Chriſtum labijs honorat corde longe à Chriſto exiſtente eſt populus hæreticorum, quos ſemper audis clamantes Chriſtus Chriſtus, Euangelium Euangelium, ſed labijs tantum, nihil enim minus cogitant, quam de præceptis & conſilijs Euangelicis.

g Doctrinæ & mandata hominum ſunt doctrinæ & mandata hæreticorum, quales fuiſſe Phariſæos autor eſt Egeſip. apud Euſeb. Doctrinæ uero & mandata Eccleſiæ Catholicæ ſunt mandata Chriſti & Apoſtolorum & Apoſtolicorum uirorum, quæ diuinitus inſpirati per Spiritumſanctum nobis tradiderunt.

h Contaminatum fuit totum genus humanum quando primi parentes prohibitum cibum guſtarunt nõ propter cibum quem Deus bonum creauerat, ſed propter inobedientiam, quæ in corde locum habet. Sic noſtros hæreticos cibi ab Eccleſiã prohibiti non maculant ſed inobedientia & hæreſis & contemptus Eccleſiæ Dei, quæ omnia ex cordis prodeunt officina. Hoc etiam obſeruet lector Catholicus, tam religioſè Chriſtum Dominum præcepta Moſaica ſeruaſſe, ut nusquam aliquem cibum guſtaſſe legatur ex multis, quos Moyſes prohibuerat. Non enim uenerat legem ſoluere ſed implere.

Aſcendit poſtea Hieroſolymam, ibiꝗ; hominẽ triginta octo annos ægrotantem ad probaticam piſcinam quæ Bethſeda cognominatur uerbo ſanat. Erat autem tum dies Sabbati. Iudæi igitur uidentes eum hominem tollere le-

ctum ſuum, dementati ſuperſtitione, conantur prohibere ne id propter Sabbati obſeruationem faciat. At ægrotus recuperata ſanitate, ait, ſibi hoc à ſuo benefactore eſſe præceptum. Iudæi IESVM tanquam uiolatorem Sabbati grauiter incuſant, ſed hoc ſe iure facere reſpondet tanquam DEVM, & mandato patris taxat ipſorum cæcitatem & obſtinatiam. Ioann. 5.

Alio tempore ibat per Ciuitates & caſtella docens, & factum eſt ut intraret domum cuiuſdam principis Phariſęorum Sabbato, manducare panem. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum, ſperans de infirmitate ſua remedium: & reſpodens IESVS ad cogitationes Phariſæorum, quoniã obſeruabant eum, ut in eius factis uiderent aliquid unde eum reprehendere & accuſare poſſent, interrogauit: Si licet Sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe uero apprehenſum ſanauit, nõ cauſa neceſsitatis ſed humilitatis, & ut diuinitatem in carne oſtenderet. Ac mox docet, malè agere qui inuitati ad conuiuium primos accubitus curioſè ambirent, optimates enim uerè eſſe ac aliorum anteſignanos qui ſeſe animo demitterent. Proinde in conuiuijs apparandis inopum uoluit haberi rationem, qui ad reddendum uices quanquam eſſent impotes, tamen illius præmij quod ſperandum ſit in reſurrectione iuſtorum certa uiderentur occaſio. Luc. 14.

Et quandoquidem in propinquo tum erat ſcœnopegiæ celebritas, contulit ſe Hieroſolymam, ubi poſt diuerſam uulgi de ſe opinionẽ, quidam enim uirum bonum IESVM eſſe prædicabant, alij impoſtorem, ipſe in longum ſermonẹ protracto, non ſuum agere ſe negocium ſed patris qui miſiſſet indicat. Mirabantur enim qui illũ audiebant quomodo literas teneret, quas nunquam didiciſſet. Ac mox ſecreta cordium illorum prodit, quod pertinaci propoſito eſſent ſupplicium de ſe ſumendi. Ac inieciſſent illi planè manus, niſi remoratus illos fuiſſet Dominus, eò, quod hora ſua nondum adeſſet. Ioann. 7.

Nec multo poſt, acceſsit ad IESVM quidam, fratrem ſuum incuſans quod hæreditatem ſecum non partiretur, at ille ad ſe minimè pertinere ait forenſe iudicium. Admonuit tamen auaritiam modis omnibus eſſe fugiendam, propoſita diuitis parabola, cuius opes magnis ſudoribus partæ, ad incertum ueniſſent hæredem, ſtulti illius anima noctu, dum minimè ita fore cogitaſſet, ablata. Luc. 12.

Finito feſto, manè in templum rediens adulteram abſoluit, & in maxima frequentia docens, degenerare Iudęos ab auitis moribus probabat, quandoquidem Abraham factis non referentes diabolum imitarentur, cuius uerè eſſent filij. Illi contra Samaritanum appellant & dœmoniacum, lapidum iactu niſi abiens ſibi proſpiciat necem allaturi. Ioann. 8.

In eo diſceſſu ex templo, hominem cæcum à natiuitate, in quem fortè ante fores templi incidit, luto ipſius ſputo madefacto, a & oculis impoſito, ablegatum, ut in natatoria Siloha lauaret, uiſu integro donat, ac finem eius operis eſſe demõnſtrat, ut CHRISTI DEI opera fierent manifeſta. Phariſæi indignantur, Sabbarum uiolatum clamitant, homini ne CHRISTO tanquam impoſtori beneficium imputet perſuadent, ſed fortiter is perſeuerat. Ioann. 9.

a Vtitur Eccleſia huiuſmodi ceremonia antequam ad ſacri fontis natatoriã mittat baptizandos.

Dimiſſa Iudæa, in oras finitimas Tyri perrexit & Sidonis. Et cum ingreſſus eſſet quandam domum, acceſsit ad eum mulier gentilis, Chananæa natione, Syrophœniſſa genere, & clamauit dicens: Miſerere mei Domine

fili

fili Dauid, uerum DEVM, uerum hominem IESVM confiteor, non peto iudicium, non obliuiſcor defectum, ſed poſtulo beneficium, miſerere mei. Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio uexatur: IESVS autem nō reſpondit ei uerbum, ut eius conſtantiam probaret, atque probatam manifeſtaret. Et in illo ſilentio (ut ibi Auguſtin.) exiuit domum cum diſcipulis, quos mulier ſequens, in uia, perſeuerabat clamans in tantum, ut diſcipuli myſterij ignari, [b] miſericordia moti, accedentes rogarent dicentes: Dimitte eam quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens, ait: Nō ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierant domus Iſraël, ad prædicandum in perſona (a Sicut CHRISTVS Dominus Seruator totius generis humani perſona propria Iudæis tantum prædicauit, ad gentes uero miſit Apoſtolos, ſic ſummus Pontifex ſatis habet ſi in perſona propria Romanis adſit, ad reliquas uero gentes mittat legatos ſuos & prædicatores.) propria Iudæis, qui perierunt per infidelitatem à DEO recedentes. At illa miſera repulſam patiens, adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me, ouis CHRISTI eſſe cupio, in ſignum huius adoro te ſicut paſtorem. Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, auferre uerbum DEI & ſalutis, ſeu doctrinam & operationem miraculoſam filiorū Iudæorum, quia promiſſa ſunt hæc Iudæis tanquam ſpiritualibus filijs propter cultum unius DEI, & mittere canibus, dare gentilibus, qui ante conuerſionem dicebantur canes ratione immunditiæ, ratione idololatriæ, ratione ſæuitiæ in ſanctos. At illa dixit: Etiā Domine, uerum dicis quia ſum canis, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum. Nō in dignitate mea ſed tantum in miſericordia tua confidens, gratiam tuam peto. Tunc reſpondens IESVS, ait illi: O mulier, magna eſt fides [a] tua, fiat tibi ſicut uis, nam fides tua hoc meretur. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. Math. 15. Marc. 7.

[b] Beda uenerab. hoc loco Illyrice commendat Letanias Sanctorum.

(a Fides etiam ſine charitate ſæpe impetrat miracula, ſicut ſcriptum eſt, quod in die iudicij uenient dicentes: Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Et reſpondebitur illis: Amen dico uobis, neſcio uos. Quamuis Chananææ fides opera habebat coniuncta, & quidem præclara, orationis, conſtantiæ, patientiæ &c.)

Et ilicò cæcos, claudos ac quoſuis imbecilles ac ualetudinarios ad pedes abiectos [b] ſanitati reſtituit, magnaque hinc populum cepit admiratio. Longè autem maior, ſurdo mutoque audiendi ac loquendi officijs reddito, dū relictis Tyri finibus Decapoleos peragrat oras, acclamabant enim etiam prohibente Domino bene omnia fecit, & ſurdos audire, & mutos loqui. Marc. 7.

[b] Nota iterū corporis ad pedes Domini abiectionē.

Aliquanto poſt, tranſmiſſo mari Galilææ, ex ſeptem panibus & pauculis piſcibus quatuor millia hominum cibauit in ſolitudine. Math. 15. Marc. 8.

Vnde digreſſus, nauigio uenit in oras Dalmanutha, ubi laceſſitus à Pharisæis, accuratè docuit impoſturas illorum prorſus fugiendas, fermentum appellans, eò quod multos ſenſim lupum occultantes ouilla pelle corrūperēt. Math. 16. Marc. 8. Luc. 12.

Veniens ad Bethſaidam, cæco educto extra uicum, expuens in eius oculos & manibus impoſitis, uiſum reſtituit integrum. Marc. 8.

AC mox in Cæſareæ Philippi partes cōceſsit, congruū enim erat, ut in loco in quo orbis tributū ſoluebat, Rex regū & Dns orbis tributū fidei exigeret, quod ſoluit de capite animæ: & cū eſſet ſolus orans in uia, interrogauit diſcipulos ſuos, eorum fidem exploraturus: Quem dicunt homines eſſe filiū hominis? Ratione humanitatis, ne quis putare poſſet, ipſum ex interrogatiōe

VLTIMVS ANNVS CONVERSATIONIS CHRISTI IN TERRIS

elicere teſtimonium Petri, quod interrogatione multo fuit maius. At illi reſpondent, quod alij dicerent eum eſſe Ioannem Baptiſtam, qui in utero matris poſitus ſentiebat Domini præſentiam, & propter baptiſmum, & uitæ eminentiam: multi namq; putabant, quod Ioannes à mortuis ſurrexiſſet, ſicut & Herodes credebat, & poſt reſurrectionem ſuam miracula patraret. Alij uero dicerent eum eſſe Heliam, propter zelum ueritatis quem habuit, & propter potentiæ euidentiam: quia ignem de cælo poſuit, & quia ad cælum raptus credebatur inde eſſe uenturus. Alij Hieremiam pro ſanctitate, qui ſanctificatus fuit in utero matris, & propter patientiam in aduerſis, & propter beneficium miſericordiæ, quia populi peccata planxit & lamentatus fuit. Alij autem unum de Prophetis, Hæliſeum propter excellentiam ſapientiæ, habuit enim duplicem ſpiritum Heliæ: uel quia ſurrexit unus alius de antiquis Prophetis prioribus. Exigens itaq; à diſcipulis propriam de ſe confeſſionem, ait: uos autem ab alijs diſcreti, qui non eſtis de turba, ſed mei diſcipuli, quibus datum eſt noſſe myſterium regni DEI, qui eſtis lux mundi, quibus omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci, quem me eſſe dicitis? Cumq; qui prius omnes reſponderant tacebant, eo quod CHRISTVM DEVM non credebant, Petrus à patre cœleſti edoctus, DEI filium & hominem uidens, utrumq; complexus, ueritatem diuinæ & humanæ naturæ in CHRISTO, ſolus nomine omnium confitetur: quia alij quod reſponderent non habebant, necdum credentes: (*a Nota ſolū Petrū inter diſcipulos eo tēpore Chriſti diuinitatē agnouiſſe, & propterea ſolū reſpondere, tum quia primus credebat, tum quia primus erat Apoſtolorum.*) Tu es, ait, CHRISTVS homo, ſecundum quod unctus es oleo gratiæ præ participibus tuis, confitendo humanitatem: filius DEI uiui, incommutabilis & æterni, eiuſdem naturæ cum DEO patre, confitendo diuinitatem. Diſcipulos quoſdam non credidiſſe oſtenditur Ioann. 6. Sunt quidam, inquit, ex uobis qui non credunt. Credidit primus Petrus [b] omnia quæ ad diuinitatem CHRISTI ſpectabant, intelligebat enim ſolus, quia ſolus reſpondit, & ſolus renumeratus eſt. Hac fidei confeſsione CHRISTVS delectatus, ait Petro: Beatus (*c Primus Papatus dignitas à CHRISTO collata eſt Beatitudo, unde & hodie Beati & Beatiſſimi Pontifices appellantur.*) es Simon Bariona, filius Iohanna, Beatus es propter confeſsionem ueræ fidei, quæ ducit ad beatitudinem. Beatus es, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, non carnalis pater tuus Ionas docuit te hoc, non humana doctrina, ſed pater meus, [d] qui eſt in cælis. Tu dicis, & uerum dicis, quia ego ſum CHRISTVS filius DEI uiui. Et ego, qui ſum ueritas immobilis, dico tibi, (cuius dicere eſt facere ſecundum Hieron.) tibi dico non alteri, tu es Petrus, (*e III. Dignitas communicatio nominis ut uocaretur Petrus, facta mutatione nominis, unde hodie Pontifices nomen mutant. Vocati ſunt & Pontifices poſtea ſæpius petra. Athanaſ. in Concil. Alexandr. Fœlicem Papam Petrum appellat: Tu es, ait, Petrus, & ſuper tuum fundamentum ædificatur fides noſtra.*) à me petra dictus, confeſſor ueræ petræ qui eſt CHRISTVS, ac fide fortis & doctrina ſtabilis: non inuideo tibi nomen quod mihi propriè conuenit, meritò propter fidei fortitudinem & fidelem CHRISTI confeſsionem nomen Petri accipis, qui in petram CHRISTVM credidiſti. Et ſuper hanc petram, [a] ſuper te, ædificabo Eccleſiam meam, ut ibi Hieron. Eccleſia cepit ædificari ab initio architecto patre cœleſti ſuper CHRISTVM Dominum, ſed hic architecto CHRISTO promittitur ædificanda

b Superius dictum eſt credidiſſe Chananæam, Centurionem & Leproſum, ſed fides eorū multo inferior fuit Petri fide.

d II. Dignitas quod pater cœleſtis reuelat Pontificibus omnia myſteria & fidem noſtrā.

a IIII. Dignitas Pontificē fundamentū eſſe Eccleſiæ.

ædificanda ſuper Petrum. Origen. in fin. lib. 5. ad Roman. CHRISTVM hic ſupra Petrum fundaſſe Eccleſiā, teſtantur Cyprian. Epi. ad Iubaian. Cyril. lib. 12. Theſauror. & Hilar. lib. 8. de Trinitat. Auguſtin. in lib. contr. Epi. Donati, Petrum dicit eſſe petram, citatq́ Ambroſij qui tum cantabatur in Eccleſia Hymnum. De Petro fundamento idem Auguſtin. Sermo. 16. de tempore. Fatemur omnes CHRISTVM eſſe fundamentum, ſed fundamentum fundamentorum. Vnde Chryſoſtom. Homel. 55. in Math. loquens de Eccleſia DEI: Cuius caput, inquit, & paſtor, homo piſcator, adamantis naturam firmitate ſuperat. Et Homel. de diuit. & pauper: Super quē CHRISTVS fundauit Eccleſiam ſuam, & uerè immobilem petram, cui pro hamo piſcatorio datę ſunt claues regni cælorū. Et quia Pontificatus nō debebat ſuper uno homine Petro cōſiſtere, ſed in ſucceſſores pergere uſq́ ad finē mundi, dicit CHRISTVS ſuper hāc, nō ſuper te. Per fidē aūt meruit eſſe fundamētum, per ſuā autem poteſtatē, cathedrā et ſedē quā cōtulit illi CHRISTVS, fuit & eſt legitimus eius Vicarius fundamentum. Non enim erat fundamentum quatenus filius Ionæ, nec quatenus illam fidem protulerat, ſed quatenus ſunt claues ei collatæ regni cælorum à CHRISTO: Auguſt. ſermo. de cathedr. Petri. Vnde S. Hieron. ad Damaſ. Pont. Ego nullum primum niſi CHRISTVM ſequens, beatitudini tuæ, hoc eſt, cathedræ Petri communioni conſocior, ſuper hanc petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Vexabatur enim tum ab Arrianis, & à Damaſo conſilium petit. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, non meas, ut diuoſcatur ab Eccleſijs hæreticorum, proinde ſeparans ſe a Petro, ſeparat ab Eccleſia. Et ut fundamentum ſtabilior dicitur domus pars, ita Petrus domus Eccleſiaſticæ membrum eſt firmiſsimum, cui poſt CHRISTVM reliquorum Eccleſiæ partium firmitas innititur. Vnde Concilium generale (*Diſputent latius, qui Pontificis Rom. poteſtatem extenuare cupiunt, an Papa ſupra Concilium an Concilium ſit ſupra Papam: doctrina eſt Catholica ſine Papæ authoritate Concilium nullum eſſe, ſed ſchiſma: Papa uero eſſe pote? ut non ſit Concilium*) ſine Petro, firmitatem non habet, ſed ſchiſma, & collabitur quaſi ſtructura à ſuo fundamento diuulſa: iam ſi Concilij œcumenici fundamentum eſt Petrus, maiori ergo ratione reliquorum Epiſcoporum, plus etiam totius cleri, & multo magis totius populi Chriſtiani. Regitur autem hodie Eccleſia eodem modo à Petro & CHRISTO, ſicuti cum concionaretur Romæ: ut docet S. Leo Papa ſermo. 2. Aſſumpt. ſui Pontificat. Item Concil. 2. Aquiſgran. cap. 2. lib. 3. ubi CHRISTVS Salomoni comparatus, dicitur Eccleſiam ædificare per ſeptem annos, id eſt, per omnium ſeculorum decurſum, (ſiquidem ſeptenarius uniuerſitatem deſignat) & octauo anno, hoc eſt, die extremi iudicij dedicabit eam. Et ſic CHRISTVS adhuc ædificat Eccleſiam. Et portæ inferi non præualebunt a aduerſus eam, Eccleſiam ſic firmatam, quia à fide & charitate CHRISTI non ſeparabunt eam. Portæ inferi, tyranni, hæreſes, hypocritæ, bella Turcarum non præualebunt aduerſus fundamentum Petri, non poterunt unquam omnes Catholicos occidere aut peruertere. Quod ſi non aduerſus Eccleſiam præualebunt, id eſt, ædificiū, multo minus cōtra Petrū, hoc eſt, fundamentū, ut ibi Origen. Et peculiariter hoc ſoli Petro datū eſt: idem enim non Ioanni, non Iacobo, non Bartholomeo, teſte Cyrill. in lib. theſauror. promiſſum eſt, dum ſic loquitur: Hæc Eccleſia ab omni ſeductione & hæreſi ſemper fuit immaculata, cū aliæ

a V. Dignitas quod portæ inferi nō poſſunt præualere aduerſus Petrum fundamentum.

b V. ab hæretice qui falſam eſſe Chriſti promiſſionem aſſeris, dum Papatū cecidiſſe clamitas.

omnes fœdatæ ſint Marcionis, Cherinti, Manichæorum, Arrianorum, ſingulis ſingulæ hæreſibus. Collapſa enim Achaia, ubi Apoſtolus Andreas fundamentũ fuit: Epheſus, ubi Ioannes Euangeliſta: Alexandria, ubi Marcus: Corinthus, ubi ipſe Paulus: India, ubi Bartholomæus &c. Sola Petri permanſit illæſa hactenus, quia inferi portæ cõtra cælum nõ præualere poſſunt, nec contra Petrum, quia ille cæli claues habebit. Et tibi dabo claues regni cælorum, [a] principatum Eccleſiæ Catholicæ. Sic his uerbis Epiſcopatum Eccleſiæ Catholicæ promitti, Theophilact. exponit. Claues enim ſignificant principatum, quia dantur ciuitatis claues præfectis, regibus, in ſymbolum ſummæ poteſtatis. Eſt ergo Petrus Rex Eccleſiæ Catholicæ, ut Eſai. 9. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Idipſum cap. 22. ſic explicatur, dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, ubi planè idem ſignificat. Hic loquendi modus, præterea nuſquam in ſcriptura reperitur, undè nemo eam habet poteſtatem præter Petrum: (eſt quidem Apocalip. 1. ubi uidit ſimilem filio hominis, habentem claues mortis & inferni, ſed ibi CHRISTVS intelligitur) ſuntq́ꝫ Eccleſiæ claues inſignia. Hinc patres, cæli ianitorem Petrum dicunt: ut Hilarius, O beate cæli ianitor, cuius arbitrio cæli claues traduntur. Habuerunt Apoſtoli principatum quidem in Eccleſia, Pſal. 44. Conſtitues eos principes: ſed minorem ſub principe Petro maiore. Luc. 24. Confirma fratres tuos. Item, cum oues paſcendæ datæ ſunt Petro, etiam coapoſtoli ſunt illi dati, nam etiam oues erant CHRISTI: Ecce ego mitto uos, ſicut oues in medio luporum: qui & ſub Petro poſiti à CHRISTO. Et cum tres ſint myſticæ claues in ſcriptura, CHRISTVS ſanctis Apoſtolis clauem ſcientiæ dedit, Luc. 24. Aperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturas: atq́ꝫ clauem Abyſsi, Ioann. 20. Sicut miſit me pater ita ego mitto uos, quodcunq́ꝫ remiſeritis &c. eſt enim clauis Abyſsi, poteſtas qua Sathanas ligatur. Hanc CHRISTVS dedit Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum, Apocalip. 20. Vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas, quibus iudicium datum eſt. Hanc Epiſcopi dant Sacerdotibus. Hanc Thomas diſtinguit in clauem ordinis & iuriſdictionis. Soli autẽ Petro, hoc loco promittitur, & data eſt poſt reſurrectionem clauis Dauid, Apocalip. 3. Hæc dicit ſanctus & uerus, qui habet clauem Dauid. Eſt aũt ſuprema poteſtas in regno Dauid, quã gerebat Dauid in Iſraël. CHRISTVS hanc habuit, ut: Dabit ei ſedem Dauid, quod Angelus ad MARIAM dixit, Luc. 1. Et cum CHRISTVS Petro dicit, tibi dabo claues, non has aut illas proponit, ſed omnes tres pollicetur, clauem Dauid & alias, & quia clauis regni eſt clauis Dauid, Petro uero data fuit clauis regni, neceſſariò clauis Dauid data eſt. Nam eadem uerba ſunt dicta Dauid quæ Petro, 2. quidẽ Reg. cap. 3. ad Dauid: Tu paſces populum meum Iſraël, & tu eris princeps ſuper eum. Ad Petrum uero, Ioann. 21. Paſce oues meas: ergo eandem clauem habent. Et quia Apoſtolatus dignitas in Petro non fuit perſonalis ut in reliquis, ſed perpetua, conſequens omnino eſt, etiam ſucceſſoribus datas eſſe claues illas: ſicuti probatur ex Anacleti Epi. 1. Apoſtoli, inquit, iuſsione Saluatoris ſtatuerunt, ut difficiliores cauſæ ad ſedem Apoſtolicam referrentur: citaturq́ꝫ hic text. in præfat. Concil. Nicæn. Promittit autem Dominus hic Petro claues, elegit enim ipſum pro Epiſcopo, [b] ſed non ſunt datæ prius quã eſſent fabricatæ ſuper incudem Crucis, & in eius ſanguine temperatæ, ut hoc loco ſcribit Venerab. Beda. Tibi dabo claues regni cælorum, principatum Eccleſiæ Catholicæ,

[a] VI. Dignitas quod habet claues regni celorũ, principatum Eccleſiæ Catholicæ.

[b] Clemens Epi. 1. ad fra. Domin. uocat Petrum primitias electionis domini.

tholicæ, quia per hanc Eccleſiã itur ad cœlum, non enim extra [c] hanc ſalus eſt. Et quodcunq; ligaueris ſuper [d] terram, non tantum ſuper Romam ſed in tota terra, erit ligatum & in cœlis: & licet participes ſint alij Apoſtoli iſtius etiam poteſtatis, ſoli tamen Petro & ſucceſſoribus cõuenit propriè, Concilia generalia confirmare, deponere Patriarchas & Epiſcopos, quin & Principes etiam politicos priuare, ſi quidem id cauſa religionis poſtulet, ut ſi labantur in hęreſim, & corrigi nolint. Dicit hic CHRISTVS Petro in cœlis: alibi Apoſtolis in cœlo. Sicuti igitur regnum cœlorũ eſt Eccleſia Catholica, ita in cœlis habere poteſtatem, eſt in uniuerſa Eccleſia Catholica habere poteſtatem, quod dicitur Petro. Origen. Homel. 6. in Matth. In cœlo aũt (quod dictum eſt Apoſtolis) habere poteſtatẽ, intelligitur de particularibus Eccleſijs. Sic in Actis Iacobus abſtinendum à ſanguine uoluit, Petrus non, & huius quidẽ ſententia, ut qui uniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ poteſtatem haberet, hodie obtinet. Et ſi quis Apoſtolorũ potuiſſet habere hanc poteſtatem, habuiſſet Paulus, ſed non habuit, ut ipſe teſtatur 2. ad Corinth. 10. habuit enim uotum definitum quoddam, Corinthum ſcilicet. Habebant quidẽ in quacunq; parte mundi poteſtatem, quocunq; uenerant, ſed quia quiſq; in omnes partes uenire nõ poterat, diuiſerunt ſibi terram, qua diuiſa, nõ perturbare potuit alter alterius progreſſum. Et quodcunq; inquit ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ [e] et in cœlis, quodcunq; uinculum pœnæ, nõ ſolũ quod tu ligaſti, ſed & quod peccata ligarunt, ſoluere poteris. Propriè aũt conuenit Petro et eius ſucceſſoribus, ſoluere difficultates fidei, (Baſil. in epiſt. ad Occidenta.) ſoluere Concilium, & dare indulgentias plenarias, ex epiſt. Leonis 10. ad Caietan. Dionyſ. Areopag. quoq; cap. ult. Eccleſiæ Hierarch. oraſſe Pontificẽ pro defunctis aſſerit, quia dictum eſt: Quodcunq; ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in cœlis. Concil. Alex. citat Nicæn. Vbi fuerit conſtitutum, ut omnis Epiſcopus læſus debeat appellare ad Romanam ſedem, quia ſpeciale priuilegiũ eſt illi datum. Vide plura ſuper hac re infra part. 5. diſt. 1. de Martyribus Roman. in Petro. Poſt ea, indicat CHRISTVS diſcipulis, quanta ſe maneat paſsio ad mortem, in quã conſpiraturi ſint Iudæorũ ſcribæ & Antiſtites, ſed ſe quidem mox tertio reuicturum dic. Et aſſumens eum Petrus ſeorſum, ne coram alijs uideretur arguere magiſtrum, cœpit increpare illum amantis affectu, dicens: Abſit à te Domine ſic pati, [a] non erit tibi hoc, quod intereat filius DEI uiui. Indecens eſt quod tu Dominus maieſtatis tam ignominioſè patiaris, non uolens confeſsionem ſuam deſtrui, quia filiũ DEI occidi uel mori poſſe, minimè credebat. Dominus autem conuerſus, dixit: Vade poſt me Sathana, [b] aduerſarie et contrarie, quia meæ uoluntati & uiæ ſalutis communis aduerſaris, & contraria loqueris. Non aduerſeris mihi, me ſequere, & meam paſsionem impedire noli. Origenes conſiderat hic bonum eſſe dictum, uade poſt me, quaſi diceret, tu debes te accommodare mihi, non ego tibi, ſubijciens: Beatus eſt ad quem CHRISTVS conuerſus, iubet eum uenire poſt ſe, etiamſi illum repræhendat. Sathana, [c] D. Hilarius intelligit Diabolo hæc uerba fuiſſe dicta. Alij patres, nil abſurdi eſſe declarant, ſi Petro dicta intelligamus: ſiquidẽ Sathanas, Hebræis eſt quod Latinis aduerſarius. Aduerſabatur autem Petrus Domino, pio quidem zelo, & amore Domini ſui, ſed tamen aduerſabatur: Vnde ſequitur, Scandalum es mihi, es impedimento, quia aduerſaris mihi, impedis me, non ſapis ea quæ DEI ſunt, ſed ea quæ hominum me humano affectu diligendo.

[c] *Extra Eccleſiam non eſt ſalus.*

[d] *VII. Dignitas ſuprema ligandi poteſtas.*

[e] *VIII. Dignitas ſuprema poteſtas ſoluendi.*

[a] *Ineptiùs imo & impius hic eſt Illyricus, quis enim patrũ unquã uel ſomniauit quidẽ, Petrũ hæc ad Chriſtũ dixiſſe, ut paulatim tanquã uerus Meſſias ad maiores gradus dignitatũ aſcenderet, id qđ ille nugatur?*

[b] *Tentatori in tentatione nõ ſic loquutus*

Vadere poſt CHRISTVM, ſemper in ſcriptura ſacra ſumitur in bonam partem, Vnde Matth. 4. Venite poſt me, faciam uos piſcatores hominum. Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9.

c Melius eſt Illyrice Sathanam eſſe ſicut Petrus hic fuit, quam eſſe Euangelicum cum Luthero. Colamus nos Pontificem hoc modo Sathanam, & relinquamus Lutherum Euangeliſtam.

Poſt dies ſex, aſſumpſit IESVS tres uertices Apoſtolorum, Petrum, Iacobum & Ioannem: ex quibus ille quidem, ut Petrus, ſupra petram ſtabilitet fundatus, & fidei fundamentum, d & eam quæ fit per uirtutes Eccleſię diſpenſationem in ſe ſuſcipit. His aūt, utpote filijs tonitru, excelſæ Theologiæ myſtica cōtemplatio creditur. Andre. Epiſc. Cretæ, in orat. de transfigurat. Domini noſtri. Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum. Hieron. in Epitaph. Paulæ dicit montem fuiſſe Thabor in Galilæa, quatuor miliaribus à Nazareth. Hinc Dauid, regale & propheticū inſtrumentum, diuino ore clamauit ad DEVM uniuerſorum, dicens: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabūt, Pſal. 88. Et transfiguratus eſt ante eos, nō mutatione ſubſtantiæ, ſed mutatione qualitatis. Dicit Lucas, oraſſe CHRISTVM ante transfigurationem, & interim Apoſtolos dormiuiſſe, fatigatos aſcenſione montis. Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, ueſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix: ut claritas faciei repræſentaret futuram claritatem capitis CHRISTI: Fulgor autem ueſtium, futuram claritatem membrorum eius, ſanctorū uidelicet deſignaret, qui ſuperabuntur à claritate CHRISTI, ſicut candor niuis ſuperatur à fulgore ſolis. Et eccè, apparuerunt illis Moyſes & Elias, cum eo loquentes de exceſſu & Domini paſsione, gratias agentes, quod iam pati uellet, congratulantes ſibi, ueras eſſe prophetias à ſe dictas. Locuti ſunt autem Moyſes & Elias a cum CHRISTO, ut intelligerent diſcipuli, CHRISTVM nō eſſe contrarium Legi & Prophetis, quod Phariſęi illi obijciebant. Vt oſtenderetur Dominus uiuorum & mortuorum, Helias uiuebat, Moyſes mortuus erat: apparebat autem anima Moyſis, nō in ſuo ſed in alio per miraculum aſſumpto corpore. Apparuerūt Moyſes & Helias, ut intelligerent Apoſtoli CHRISTVM non eſſe Heliam, ſed illius Dominum: ut conſenſus appareret legislatoris & legis zelatoris Heliæ: ut appareret CHRISTVM nō ſolum Euangelij, ſed & legis ſcriptæ Dominum eſſe: ut uirgo uirginē contemplaretur, Helias Ioannem, Oeconomus Moyſes CHRISTI uicarium Petrum: ut principes ueteris teſtamenti cōuenire uideantur cum principibus noui Teſtamenti: ut patres ueteris teſtamenti, uiderent CHRISTVM incarnatum: Apoſtoli melius agnoſcerent CHRISTI diuinitatem: & ut in ore duorum & trium ſtaret omne uerbum, CHRISTVM eſſe DEVM. Cyrill. Archiepiſc. Alexandri. de transfiguratione CHRISTI. Ea apparitione luminis, & diuina cōtemplatione ſupra naturam, lętatus et delinitus Petrus, & DEO totus afflatus, cum motum animi uerbis explicare non poſſet, & rurſus ſilentio diffluere gratiā non pateretur, nō ſtultitię, nec ſtoliditatis uerba loquitur: ſed ea uerba effatur, quæ ſunt genita & producta ab illo ineffabili myſteria, et illa planè diuina b operatione. Neſciens aūt quid diceret, à ſancto ſpiritu poſſeſſus, pręgaudio eſt elocutus: Domine, bonum eſt nos hic eſſe, c ut à turbulenta hominum uexatione liberati, & anima & ſenſu per ſeparationem à turbis purgati, inexplicabili tuæ diuinitatis apparitione hic fruamur ſine intermiſsione, o Domine. Eo autem quidnā fuerit melius? Quid uero ijs qui ſapiunt deſiderabilius atq; admirabilius? Quamobrem, ſi uelis, Domine, faciamus hic tria tabernacula, tibi

vnum,

eſt Chriſtus, nō enim dixit ei uade poſt me, ſed tantū uade ſathana, à cōſpectu ſuo illū abijciens.

d Vides Illyrice Petrū eſſe ſupremū in Eccleſia Hierarcham, et ab eo tanquam à capite in membra omnē poteſtatē in cæteros deriuari.

a Dicūt hæretici, diabolum in regno Papiſtico dæmonem eſſe hominibus factis apparitionibus animarū. An igitur & hic dementati ſunt Apoſtoli?

b Ad laudē ergo Petri facit qđ Marcus et Lucas aiunt, ipſum quid loqueretur neſciſſe, quia uerba ſpiritus ſancti locutus eſt: non peccauit igitur, aut à patre cæleſti propterea reprehenſus, quod Illyricus ſomniat.

c Peccat hic iterū Illyrico grauiter Petrus, cū tn̄ nec ipſe Chriſtus eū reprehenderit, & oēs patres hunc piū Petri affectū miris modis extollant.

unum, Moyſi unum, & Heliæ unum. Eſt enim honeſtum, ut & litera legis, quæ occidit, quæ per Moyſem ſignificatur: & uiua lex naturæ, quam oſtendit uiuus Propheta, hic apud te habitet, VERBVM, qui homo factus es, & habitaſti inter homines: qui uerè es requies: qui uitæ & mortis Dominus: cui omnes ſancti uiuunt, quamuis à membris humanam concretionem componentibus ſegregati naturalem mortem paſsi ſint: qui es Rex uniuerſorum: & qui omnia contines, et es author omnium: ut diffuſa tua, ad quã accedi non poteſt, luce ipſi quoq; illuſtrati, te qui in eis habitas, & inambulas, Verbum mundo faciant manifeſtum, priorem quidem ſuam uitam deponentes, ſolam aũt tuam, quę tuo ſpiritu & igne diuino conſtat, Euangelicã admittentes gratiam: quæ eſt excelſa, & immaterialis, quæ nunq; deſinit, neq; conſeneſcit, aut interit: ſed ſemper feruore ſpiritus ad id, quod eſt maius & diuinius, procedit, & extollitur per gratię infinitatem. Andre. Epiſc. Cretæ. in Oratio. de transfigurati. Domi. noſtri. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, quæ ſignificabat ſpiritumſanctum: Pſal. 9. Nubes & caligo in circuitu eius: & ecce uox patris de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, in quo meũ beneplacitum de redemptione mundi complere conſtitui, in quo delector, in quo requieſco, quē accepto, ipſum audite, magis quã Moyſen uel Heliam, quia ueritas eſt, ipſum quærite, quia uita eſt: ipſum ſequimini, quia uia eſt. Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem [c] ſuam, in ſignum ſanctitatis: (ut hic Remig.) impij enim in tergum cadunt, ut Iudæi. Ioan. 18. Et acceſsit IESVS, & tetigit eos, dicens: Surgite, & nolite timere. Leuantes aũt oculos ſuos, neminē uiderunt niſi IESVM ſolum. Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.

[c] *Sicuti hic ceciderunt in faciem diſcipuli ob fulgorem, ita oporteret nos cadere ſi uideremus illius ſplendorē in diuina Eucharistia.*

Sequenti die, IESVS rediens de monte ubi transfiguratus fuerat, lunaticum curat, quem diſcipuli ob incredulitatem ſuam, ob remiſſam fidem, à dœmonio liberare non poterant. Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.

Venit deinde Capharnaum, ubi ab exactoribus appellatur de didrachma & cenſu templi, qui ſpectabat ad templum: Ambroſ. epiſt. 1. ad Iuſtum. Erant aũt didrachma duæ drachmæ, quæ conſtituebãt medietatem ſicli, & quælibet drachma quinq; obolos habebat. Tum CHRISTVS ſuos docet, ſe quidem eſſe liberum tanquam patris cœleſtis filium, cũ filij Regum ſint à tributo liberi, ſed tamen, ne offendiculo eſſet, Petro ad mare piſcatũ miſſo, fore ait, ut ſtaterem, id eſt quatuor drachmas in ore piſcis, quem primũ capturus eſſet, inueniret: quo inuento, ut pro CHRISTO & ſe ſolueret, iuſsit. Pręfigurabat hoc, à Petro, hoc eſt, Romano Pontifice, primũ piſcem Conſtantinum Imperatorem capiendum, CHRISTI ſalutari uerbo inſtruendũ, qui aperto ore daturus ſiclum, daturus eſſet terras multas Eccleſiæ. Voluit autē & pro Petro dare tributum CHRISTVS, in ſignum, quod Petrus eſſet caput aliorum, quia cenſus dabatur pro capite ſeu anteſignano tantum. Auguſtin. quæſtio. Euang. lib. 1. cap. 33. ex hoc loco definit [a] Eccleſiaſticos non teneri ad ſoluendum tributum. Matth. 17.

[a] *Eccleſiaſtici nõ tenẽtur ſoluere tributũ.*

Paſsi demũ humani aliquid reliqui Apoſtoli, quod Petrus eſſet tã familiaris CHRISTO, ut et pro illo ſolueret, de maioritate [b] inter ſe diſceptant. CHRISTVS itaq; ipſorum cogitationes exploratas habens, accerſito puero etiamnum tenello (quem Ignatiũ fuiſſe Nicephorus ſacr. hiſt. lib. 2. cap. 35. aſſerit) regnum cœleſte ad illos duntaxat pertinere dixit, qui prorſus in aliũ hominem mutati, ſeſe ad paruuli modũ ſcirent demittere. Matth. 18. Marc. 9. Luc. 9.

[b] *Cum Matth. expreßè habeat in illa hora, hoc eſt, iã abeunte Petro ad mare, ij reliqu*

diſcipulis notam eſſe illam quæſtionē, Illiricus tū falſo imputat, quod unus & quidē ex principaliorib. extiterit, qui Chriſtum de maioritate interrogarunt.

Proponit mox, quomodo DEVS erga humiles eſſet affectus, parabolā ouis centeſimæ adducta, quam amiſſam reperiens, humeris lætus imponat repertor, uocatis ad epulandum eius rei gratia amicis. Confinis eſt huic parabolæ quam de drachma perdita recenſuit, magno cū gaudio inuenta. Et quæ omnium maximè indulgentē in nos patrem cœleſtem piumq́ modò reſipiſcamus, expreſsit de filio prodigo, cuius parens obuiā uadens, ſtola priori ſimul cum annulo afferri iuſsit, in illius cupidè ruit amplexus, opiparū mox apparando conuiuium. Luc. 15. Cœleſtis autem parentis circa nos begnitatem, oſtendit modis omnibus formulam eſſe, agendi cū lapſis fratribus, quo animas illorū lucremur, dum ſollicitè primo arguimus ſoli, deindè ſolis arbitris, ac mox Eccleſia, poſtremo tantiſper abijcimus, dum pudeat illos delicti. Cum uero in his uerbis, quibus CHRISTVS dixerat: Si Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus, Petrus fundamentū excommunicationis cōſiſtere aduerteret, atq; præcedentia ſibi dicta ſciret, dubius de numero, quoties fratri peccanti eſſet remittendum, tanquam caput diſcipulorum quæſit, an ſufficiat ad ſalutē dimittere ſepties peccanti? Cui benignus & miſericors Dominus reſpondit, quod nō ſolum ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties a remittendum ſit, conſolationem nobis exhibens, quod corrigere ſe cupientes, ſemper ſint recipiendi. Petri uerò numerus à CHRISTO non repræhenditur, ſed magis cōfirmatur, eſt enim ſeptenarius numerus, tanquam plenarius, ut, cum dicitur in Euangelio: Tunc aſſumens ſeptem dæmones adhuc nequiores, id eſt omnia genera peccatorum. Et in Pſal. Septies in die laudē dixi, quod idem eſt cum eo quo dicitur: Semper laus eius in ore meo. Nec uult CHRISTVS hoc numero ſeptuaginta uices intelligendas, ſed eſt certus numerus pro incerto. Matth. 18. Luc. 17. Quo aūt clarius intelligamus, redeuntibus ad peccata imputari quodammodo peccata iam remiſſa, parabolā proponit de Rege, qui ſeruum cui condonata erant debita ad carcerem & pœnas reuocauit, quia parem benignitatem conſeruo non impartierat. Matth. 18.

a Illyrice, ſi Petrus errauit quod condonationē tibi uidetur adſtrinxiſſe ad ſeptenas uices, cur etiam Chriſtus (qđ abſit) erraſſe nō uidebitur? Quid ſi quis ſeptuagies octies peccauerit, an nō erit poſtremū cōdonandum? Laudandus ergo eſt Petrus quod doceri à Chriſto uoluerit.

Finito hoc ſermone, digreſſus à Galilæa IESVS, in Iudæam profectus eſt, magna ſe comitante hominum multitudine, quorum ille primò languidos curat, deindè ad doctrinam animum conuertit. At Phariſæi accedentes, quærebant tentationis gratia de repudio, an qualibet de cauſa fieri poſſet. Quibus CHRISTVS reſpondit, Moſem ad duritiem Iudæorum reſpexiſſe, cum diuortijs frena laxaſſet: cæterum diligentius expendendam eſſe diuinam in hac re uoluntatem. Et propter hoc, inquit, dimittet homo patrē & matrem, & adhærebit uxori ſuæ. Quod enim Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et ſic ex hoc loco, quia à DEO coniunctū a eſt matrimoniū, & gratiam ibi ſuam largitur, uerè Sacramentum dicitur. Cōtracto matrimonio (ut antiqua Eccleſiæ traditio tenet) uerbotenus, id eſt, ſi nō acceſſerit copula carnalis, relinqui poteſt uxor, inuita etiam & reclamans, cum alter eorū intrat religionem, & tunc DEVS eſt qui ſeparat, Vocat enim DEVS aliū alio. Sic Ioannes, inſtinctu CHRISTI, ſponſus in Chana, reuocatus eſt à nuptijs, ut infra demonſtrabimus, part. 5. diſt. 7. de Martyr. Epheſin. in Aſia. Poſt copulam autem, ex conſenſu etiam licuit ſemper ad meliora uota tranſire. Sic Petrus & uxor eius uixerunt in caſtitate. Vide infra part. 5. diſtin. 1. de Roman. Martyr. in Italia. Diſcipuli itaq; animaduerſa difficultate in re uxoria: Si ita eſt, dicunt, cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis:

a Matrimonium dicitur & eſt uerè ſacramentum.

Non

Non omnes capiunt, non omnes uolunt, non omnibus placet uerbũ iſtud, (ut interpretantur hunc locum omnes patres) ſed quibus datum eſt, ac ſi dicat non caſu, ſeu fortuna uirgines fiunt, ſed qui à DEO petunt, & laborant ut *b* accipiant. Vnde Hieroni. in hunc locum: Nemo putet ſub hoc uerbo uel fatum uel fortunam introduci, quod hi ſunt uirgines quibus à DEO datum ſit, aut quos quidem ad hos caſus adduxerit, ſed his datum eſt qui petierunt, qui uoluerunt, qui ut acciperent laborauerũt. Dum ergo Dominus IESVS de caſtitate diſſereret, oblati ſunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, *(a CHRISTVM rides hæretice, quando manuum impoſitionem Epiſcoporum rides.)* & oraret, quo benedictione CHRISTI adhibita perſeuerantes eſſent, quos omnes ad ſe uocans Dominus complexus eſt & exoſculatus, impoſuit illis manus, talium eſſe comprobans regnum cælorum. Math. 19. Marc. 10. Luc. 18. CHRISTVS autem manus imponendo paruulis, Confirmationis *(b Confirmationis præfiguratur Sacramentum.)* præfigurauit Sacramentum, cuius miniſterium poſtea contulit Apoſtolis.

b Hæreſis igitur eſt dicere uirum abſq; fœmina uiuere non poſſe. Nil mirũ Lutherum non potuiſſe, qui pro coniunx quam fuit ſolicitus.

Obuiam paulo poſt IESV uenit quidã adoleſcẽs, Magiſter, inquit, bone, quid boni faciam, ut conſequar uitam æternam? At IESVS præceptorum & mandatorũ DEI. obſeruationẽ *(c Attende Illyrice hic opera à DEO requiruntur, non tantum fides.)* cõmendauit, ita tamen, ut meritis proprijs diffideremus, quod non ſit bonus niſi unus, nempè DEVS. *(d Solus Deus eſt bonus per eſſentiam autorq; omnis bonitatis ubicunq; tandem illa ſit.)* Verum iuuene arrogantius ſe iactante, quod diuinis iuſsibus ſeduló paruiſſet, CHRISTVS, quem nihil latebat, intuitus cor æris aliquantò appetentius, ad uendenda omnia, *e* quæ mox eroget in pauperes, ſeq́ꝫ ſequendum inuitat. Verum, cũ ille in diuerſum ſe torqueret, rectè ait Dominus ex ijs moribus ſequitur, facilius camelum per acus foramen, quàm diuitẽ inordinatè diuitias amantem, regnum cœleſte ingredi. Tunc reſpondens Petrus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, *(f Non ſomniat carnalia Illyrice, quia credebat Chriſtum uerum eſſe Deum, qui ſpiritualia donat, alias nullo fuiſſet præmio dignum eum reliquiſſe nauem, multo maiora ſperabat.)* fecimus quod iuſsiſti, quid igitur erit nobis, & quid dabis præmij? Non autem ad iactantiam, ſed ad noſtram inſtructionem hæc loquitur Petrus, Vt diuitum ſuperbiam reprimat, nè, qui plures diuitias reliquerunt animi ſubmiſsionem negligant, & pauperes contemnant, ac cæteris perfectiores ſe dicant. Non enim qui plura reliquit, ſed qui maiore dilectionis affectu reliquit, & CHRISTVM ſequitur, perfectior eſt dicendus. Petrus autem magis confidens de animo & affectu ſuo quã de quantitate ipſarum rerum relictarũ, nõ tantum pro ſe, ſed & pro omnibus interrogans hoc dicit: quid ergò erit nobis? Vt audito præmio, omnes alliciat ad perfectionem & CHRISTI ſequelam. IESVS autem dixit illis: Amen dico uobis, quod uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis, *(a Quid Schmideline reſpondes, qui Chriſtum falſo in maieſtate ſua cum incarnaretur ſediſſe aſſeris?)* poſt ſuã aſcenſionẽ, ſedebitis & uos ſuper ſedes, *(b Non ergo detrahitur honori CHRISTI, cum in Hymnis Apoſtoli cælorũ principes appellamur.)* duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſraël, habebitis duodecim cathedras Eccleſiaſticas, eritis in extremo iudicio collegæ mei. Et oĩs qui reliquerit domũ, dominiũ q̃dcunq́ꝫ q̃d habet domi, (ut Monarchę monachi

e En Hæretice, ex hoc loco habes eundẽ religioſorum uotũ, nempe paupertatis, quamuis impie dicas affectũ ſufficere.

facti) uel fratres aut ſorores, cognationem, aut patrem,[c] aut matrem, aut uxorem, commertium thori ex conſenſu conuictū, aut conuerſationē, aut filios, aut agros propter nomen meum, ut perfectius obſeruet fidem, centuplum accipiet, habebit multo plura, & uitam æternam poſsidebit. Math. 19. Marc. 10. Luc. 18.

[c] Agnoſcis tandem hæretice non eſſe contra natura relinquere patrem, aut matrem, imò nec uxorem.

Cæterum hæretici, opibus & potentia præſtantes, hæc quæ de terrenarum rerum contemptu diſſeruit Dominus, ceu propoſito ſuo repugnantia, ridere ſolent, at IESVS parabolam minimè ridendam affert de Lazaro, in ſolum DEVM ſpem omnem collocante, qui ex fame & ſqualore ereptus, in ſinum Abrahæ, cuius uerè erat filius recipitur: epulone quodam diuite contra, qui omnes uitæ delitias ſectatus, Lazarum prædictum non alimonia & ne micis quidem panis dignatus fuiſſet, in tartara deiecto, ubi perpetuò pœnas acerbiſsimas ac penitus intollerabiles ſit daturus. Luc. 16.

Proximam parabolam diſcipulis propoſuit, de iniquo diſpenſatore, qui in rem ſuam Dominica bona cautus profuderat, latenter indicans, nihil hic noſtrum eſſe ſed Domini, prudentiam tamen laudat miniſtri, ex bonis alienis in egentes benefici, unde illum uiciſsitudo quædam maneat officij. Luc. 16.

Aliam item ſuperioribus connexuit parabolam patris familias, qui uarijs diei horis operarios in uineam ſuam mercede pacta conduxit imparem laborem pari præmio remunerans, quo ſignificari uoluit, futurum ut gentes fide Iudæos anteuerterent. Math. 20.

Poſtea in Bethaniam & loca uicina CHRISTVS excurrit & triſti accepto nuntio de Lazari morbo, dormire hominem ſignificat. Venit autem Bethaniam quarto die ex quo Lazarus in monumentum reconditus fuerat, & iam fœtidum ſe ad uitam reuocaturum pollicetur. Sublato itaq; lapide, quo monumentum obſtructum erat, prius gratias agens DEO, Voce Lazarum compellit ut egrediatur, id quod etiam ſtatim fit. Prodit Lazarus uiuus ac ſanus. Qua re permoti ex Iudæis complures, fidei CHRISTI colla ſubdiderunt. Porrò, Phariſæi ubi hæc reſciuere, coacto Concilio, in foribus eſſe periculum, niſi unus IESVS multorum uice pereat, Cayphæ Pontificis ſententia cognoſcunt. Itaq; mox decernitur, quo celerius fieri poſsit, quoq; cōmodius, è medio tollatur. Ioan. 11. Hiſce dolis cognitis CHRISTVS, ſecedit in Ciuitatem Ephrem, ibiq; aliquandiu cōmoratur. Math. 12. Mar. 11.

Appropinquante autem nunc tempore quo ſciebat, ſe paſſurum eſſe, dum iret in Hieruſalem, tranſibat per medium Samariam & Galilæam, & in ingreſſu cuiuſdam caſtelli, occurrerunt ei decem uiri leproſi, qui audierant famam de mirabilibus CHRISTI, & eleuauerunt uocem ſuam, & clamauerunt dicentes: IESV Præceptor, miſerere noſtri, quia ſolo præcepto & uerbo potes nos curare. Quos ut uidit, dixit: Ite oſtendite uos Sacerdotibus. Lex enim præceperat, ut emundati à lepra ſe repræſentarēt, non ut Sacerdotes eos mundarent, ſed ut eos mundos eſſe iudicarent, & ut mundati ſacrificium in lege determinatum offerrent. Vndè dum irent mundati ſunt in uia. Luc. 17.

Recta indè Hieroſolymam petens, delatus eſt Iericho: inter eundum Zacheo ut ſe hoſpitio reciperet accerſito. Qui poſtq; res per nefas aliquando partas quadruplo redderet, dimidio nihilominus in pauperes, concepto cœleſtium amore, diſpenſato, ſalutem eo die huic domui contigiſſe ait IESVS,

uereq;

uerecꝫ Zachæum Abrahæ eſſe filiū,quippè quē benefactis referret. Luc. 19. Et mox cæcis uehementi clamore miſericordiam poſcentibus, uiſum reddidit. Math.20.Marc.10.Luc.18.

Diuertit eodem itinere CHRISTVS in ædes Simonis cognomento Leproſi Bethaniæ, & ibi diſcumbens cum Lazaro, Martham habuit miniſtram,& Mariam eius ſororem plus ſolito officioſam. Nam alabaſtrum unguento refertum præcioſo fregit, liquore toto in caput Dominicum diffuſo. Id cum malè haberet diſcipulos,qui diuenditum unguentum a maluiſſent,& inopia laborantibus præcio conſultū,fore ait,ut nuncꝙ deſint pauperes quos foueamus, ſed unctionem hanc in mortis ac ſepulturæ ſuæ gloriā meritò impendi. Math.26. Marc.14.Ioann.12.

(a Sic hodie heretici,ad quid perditio hæc? Quorſum tot aurei calices? Quorſum ueſtes ſacræ? Quorſum altaria precioſa? Cum interim uiua Chriſti membra fame pereant? Iudæ hæc uerba ſunt,illi namq; rationem pauperum nō habentes ipſi totum deuorant ac in uxores collocant poſtquā inuaſerunt Epiſcopatus, Collegia atq; Cœnobia, & ex multis prouentibus uix decem alunt pauperes.)

Vicinus indè Hieroſolymis Dominus, nouam aduentus ſui pompam inſtruit. Miſſos enim à Betphage ad oppidum quod è regione ſitum erat diſcipulos, Petrum & Philippum. (Ambroſi. ſuper Luc. Chryſoſtom. ſuper Mathe.) iubet aſinam ſimul cum pullo adducere, quibus inſideat. Ac ſic iumentorū uectus tergis, ſterni uiam ſibi ueſtibus ac arborū b frondibus paſſus eſt,& à pueris promiſcuacꝫ multitudine acclamari lætis gratulationibus. Oſanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine Domini, Rex Iſraēl. Cæterum propius intuitus Ciuitatem, defleuit illius cladem omniū miſerrimām, quam a Romanis principibus Tito & Veſpaſiano eſſet accepturā. Iamcꝫ erat intra Vrbis mœnia, cum ſubitus omnes occupat metus, quo nouarum rerum cupidi ſcire geſtiebāt, quis ouationibus adeò inſolitis Hieroſolymā ingrederetur. Ac prorinus, ut forma proponeretur, ad ingreſſum urbis prima, uiſenda templa,& tandem hoſpitia, templū inuiſens, rurſus flagello ex funibus ad eam rē parato, eijcit uendentes & ementes è templo. Quærebant Iudæi ſignū acerbæ illius caſtigationis,& audiunt, fore ut templum ab ijs diruendum, ſua uirtute reſtauretur. Appetebat autem ueſpera,& redijt IESVS Bethaniam. Math.21.Marc.11.Luc.19.Ioann.12.

b Docuit exemplo ſuo Dominus, interdum ſine peccato id genus honoris admitti poſſe à prelatis Eccleſiæ.

Poſtero die, rediens Hieroſolymam famelicus, & accedens ficum arborem, cum nihil præter folia in ea reperiſſet, execratus eſt illam, quia fructum non edidiſſet, imprecatus ut perpetuò ſterilis permaneret. Veſperi iterum extra ciuitatem ſecedit. Math.21. Marc.11.

Manè, ſeu tertia die ante Paſcha, petentes Hieroſolymam diſcipuli, & uidentes ficum execratam à Domino aruiſſe, trahuntur in admirationem. Verum IESVS fidei conſtanti maiora tribuit, preces parum efficaces eſſe prædicans quæ fide careant. Math.21.Marc.11. At cum ueniſſet in templum, à Sacerdotum anteſignanis ac plebis ſenioribus interrogatur, quis illi feciſſet poteſtatem docendi, IESVS autem hanc quæſtionem altera repulit de Baptiſmo Ioannis publicanos oſtendens & meretrices in cœlis præferri incredulis, quod Ioanni obſequentes reſipuerint. Proponit aūt eis typum, in quo ipſorū malitiam taxat, de duobus filijs quorū alter promittit ſe iuſſa patris executurū, ſed nō facit, alter initiò reluctatur, poſteà uero pœnitentia ductus,

quæ

quæ prius denegauerat,præſtat. Proxima huic parabola erat de patrefamilias, uineam colonis locante, qui miniſtrans ſimul cum herili filio fructus poſcentes trucidaſſent, quam adduxit,ut ſententiam rogati, ſeipſos damnarent, qui pari ſcelere cũ colonis notarentur. Verum quo meritas ob id pœnas intelligerent, euidentius lapidem ſe eſſe reprobatum ab ædificantibus teſtatus eſt, cuius meminit Propheta,in quẽ lapidem aut impingenti aut ab eodem illiſo haud dubiè ſit pereundum. Huc pertinebat & ea parabola, quam de Rege nuptias filio apparante recenſuit. Inuitati enim toties Iudæi, obſtinato animo uarias cauſas errori prætexuerunt, Math. 21. & 22. Luc. 20. Marc. 12.

Subornabant tum Phariſæi diſcipulos ſuos, qui ſimul cum Herodianis ad IESVM profecti,de tributo Cæſari pendendo interrogarent : ſed Dominus ipſorum corda perſpiciens, numiſmatis inſcriptionem ab alijs diſcere cœpit : Dare iubens quæ ſunt Cæſaris, a Cæſari, & quæ ſunt DEI, DEO. Math. 22. Marc. 12. Luc. 20. Ita rubore ſuffuſi, cum diſcederent, plebem intuitus, docebat ſanam doctrinam, quam DEO authore à Moyſe accepiſſent, à Phariſæis & ſcribis in Moyſi : Cathedra confidentibus recipiendam, uitæ tamen exemplũ minime ſequendum. Nam onerant (inquit) ſarcinis impeririores, (*b Satis ergo fidelibus eſſe debet Papam ſedere in cathedra Petri, tum enim tenemur et obedire in omnibus, licet ipſe uiuat peßimè. Si hæreticus ſicut erant Phariſæi, quamdiu hæretica non præcipit adhuc et obedire tenemur.*) quas digito ipſi dedignantur attingere. Omnia agunt ad oſtentationem, ambiunt loca honorificentiora : Rabbi ab hominibus ſalutari geſtientes, quando unus eſt Rabbi & pater, c nempè qui agit in cœlis. Deindè ad Phariſæos uerſus, comminatus eſt illis exitium : Væ, ait, uobis Phariſæi, Scribæ & hypocritæ, qui regnum cœlorum alijs clauditis, ipſi perpetuo exortes. Voratis domos uiduarum, & longum precamini, uagamini terra mariq́ue, ut in ſuperſtitionem ueſtram pertrahatis ſimpliciores. Væ uobis duces cæci, qui ex patribus homicidis nati, ut illi Prophetas ita uos Apoſtolos trucidabitis, quo uerè reatum cõtrahatis, omnis innoxij ſanguinis. Futurum uobis autem guror, ut me aliquãdo uideatis in gloria, quẽ iam habetis deſpectui. Math. 23. Mar. 12. Luc. 11. Exeunti aũt templũ domino, diſcipuli præclara & ſumptuoſa eius phani ædificia, admiratione quadam capti, oſtendunt. Sed ille uanitatem mentibus eximit, prædicens breui futurum, ut ne ullus quidem lapis alteri cohæreat lapidi. Math. 14. Marc. 13. Luc. 21. Ac mox abiens, in monte oliuarum urbem intuitus, pauliſper conſedit : ubi ſecretò huic congreſsi diſcipuli, initia futuræ huius cladis condiſcunt, uidelicet bella, ſeditiones, terræ motus, peſtilentiam, famem, terrifica de cælo ſigna, extremam deniq́ue eorum paſsionem, qui docebunt Euangelium. Quanquam, ne unus quidem capillus, è capite illorũ ſit periturus, fore enim, ut in patientia ſua animas adſeruent. Hieruſalem uerò, captis habitatoribus, & quaqua uerſum abductis, à gentibus tantiſper calcatum iri, dum Euangelium uniuerſas illarum fines occupauerit, tum enim finem inſtare mundi, quem & ipſum portenta quædam præcedent in ſole, luna, ſtellis & pelago. Math. 24. Marc. 13. Luc. 21. Sollicitè aũt cauendum, ait, ne crapula, ebrietate, aut curis huius uitæ detineantur, ita ut improuidos opprimat ex inopinato dies illa uſq́ue adeò incerta, ut nec Angeli cœleſtes campoſsint prædicere. Math. 23. Veniet enim ſubitò, ceu fulgur corruſcans è cælo. Luc. 7. Et ad eum ferme modũ, quo diluuium, quod contigit Noë temporibus, edentes enim & bibentes, ac nuptijs incumbentes, inexpectaſ

a Hic Chriſtus Tiberio Cæſ. idololatræ cenſum dari iubet. Cur ergo aliqui hæretici cum Imperator non eiuſdem ſit fidei cum ſubditis cenſum denegandum aſſerunt?

c Ad eam formam hoc intelligendum eſt qua ſuperius, nemo bonus niſi ſolus Deus.

expectatum corripuit. Itaq; prudenti cuiq; uigilandum eſt, boni patrisfamilias exemplo, qui furibus nocturnis domum ſuam patere non ſinit. Itidem frugi miniſter, non indulget potationibus, rixis aut ſomno, ſub id tempus, quo Domini ſuſpectum habet aduentum. Matth. 24. Sic uidentur deſipere uirgines in occurſum ſponſi uenturæ, cum incenſis lampadibus, ſi noctu excitatæ è ſomno, oleum quod in promptu eſſe illis debuerat, iam primum emptum ierint. Et ſeruus ille parum frugi traditur extitiſſe, qui acceptam à Domino pecuniam, per incuriam domi ocioſam iacere paſſus eſt, quam ille cum fœnore ſe recepturum ſperauerat. Separari autem tunc à bonis ait IESVS, eos, qui fuerint noxij homines & ſcelerati, non aliter, quam paſtor ab ouibus hædos ſegregat, bonorum numero cenſeri eos, qui ſuo nomine miſeris charitatis opera impenderint, malorum contra, qui hæc pertinaciter negauerint. Hos execrabiles igni & cruciatibus, nunquam finiendis tradi, illos benedictos ad cœleſte regnum uocari. Matth. 24.

Cæterum, poſt hunc ſermonem, ſacerdotum Antiſtites & Scribæ, coacto Concilio in Caiphæ atrio, capiendum per inſidias IESVM, morteq; plectendum ſtatuunt. Inuentus eſt huic negotio idoneus Iudas diſcipulus, qui pecunia corruptus, triginta argenteos ſtipulatur à Iudæis, ut prodat magiſtrum. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

PRIMA autem die azymorum, acceſſerunt diſcipuli ad IESVM, dicentes: Quo uis eamus, & paremus tibi ut manduces paſcha? Tunc CHRISTVS miſit Petrum & Iohannem, primum ut magis diligentem, ſecundum ut magis cæteris dilectum, dicens: Introeuntibus uobis in Ciuitatem, occurret homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eum: & quocunq; introierit, dicite domino domus, quia magiſter dicit, ubi eſt refectio mea, ubi paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe uobis demonſtrabit cœnaculum a grande ſtratum, & illic parate nobis. Euntes ergò, & inuenientes omnia, parauerunt. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Verumenimuero, cum peropus eſſet, paraſceues die ad ueſperam, ut lex præcipit, agnum immolari: nihilominus tamē, eo uerum agnū, qui iàm iàm pro nobis paſcha immolandus erat in cruce, & typum imaginemq; legalis paſchatis complere, circiter quintæ diei ueſperam oportebat. Veſpere iam facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis. Et edentibus illis, dixit: Amen dico uobis, quia unus ueſtrum me traditurus eſt, notam ſibi traditoris ac proditoris conſcientiam demonſtrans, non aſpera nec aperta impium increpatione confundens, ſed leni ac tacita admonitione conueniens, ut facilius corrigeret pœnitudo, quem nulla deformaſſet abiectio. Parcit auſibus proditoris Dominus, nec nomen nec perſonam detegitur, ſed ueritatis & miſericordiæ uerbo, cordis tantum arcana tanguntur. Non Apoſtolici ordinis honor, non ſacramentorum communio proditori denegatur. Leo papa de paſsi. Domi. Et contriſtati ualdè, cœperunt dicere ſinguli: Nunquid ego ſum Domine? Saluus quidem ſum conſcientia de tanto ſcelere, tu tamen qui noſti occulta cordium indica, ut tantum nefas impediatur, certò non ſcio me eſſe in gratia, me permanſurum conſtantem & amicum CHRISTI, agnoſco imbecillitatem carnis, ideoq; mihi ipſe non fido. Iudas uero a ne ſuo ſe proderet ſilentio, quærit & ipſe, ſed non ut alij: illi Dominum appellabant, hic Rabinum. Non enim amplius

COENA CHRISTI MYSTICA.

a Nō delectatur Chriſtus diuina agere in locis ſordidis aut humilibus, laudādi ergo maiores, qui magnifica templa pro eo conſtruxerūt qui ut uaſa, calices, patenæ etc. ad Miſſarum celebrationem ſeruarentur pretioſa, ſancta et munda ſanxerunt.

tis illum ut Dominum agnoſcebat, & ait: Nunquid ego ſum Rabbi? Cui CHRISTVS: Tu dixiſti. Tu hoc dicis, ego non dico quod tu ſis. Et ſubdit: Qui intingit mecum manum in paropſidem, hic me tradet. Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Nec ex his uerbis proditor fuit manifeſtatus, quia omnes ſimul intingebãt in uno catino, ubi erat ſuccus lactucarum agreſtium ſecundum mandatum legis.

a En Iudas latro & tamen Apoſtolus, non igitur uitæ meritum ſed officium ſpectandum in Eccleſiaſticis, & improbi Pontifices, ſi qui modò ſunt, rectè ſancti dicuntur, non attendendum Iudas ne ſit an Petrus & Paulus, ſed ſolum hoc ſpectandum eſt, quod ſedet in cathedra Petri, quod Apoſtolus, quod Chriſti legatus, quod Sacerdos, quod Pontifex, quod Angelus eſt Domini exercituum, de cuius ore legem Domini requirere iuſſus es. Euangelium dicit Augu. lib 2. contra epi. Parmen. cap. 11. fur quoq; Iudas ſine detrimento fidelium prædicauit. At quicunq; illum non recepit, Chriſtum ipſum non recepit, qui æque Iudæ dixerat atq; Petro uel Ioanni &c. Qui uos reijcit me reijcit. Per aſinam loqui Dominus dignatus eſt, qui minus loquatur per hominem quamuis grauibus flagitijs coopertum. Num. 22.

Exindè, manducato agno paſchali, cum ueſtimenta depoſuiſſet IESVS, & lintheo ſe circumcinxiſſet, ut ſimul & nouam ſubmiſsionis atq; humanitatis oſtenderet ſublimationem, & per ſymbolum, atq; ſignum ipſis propriè competere mentis corporisq; expiationem & purgationem declararet. Inſuper quoq;, ut pedes eorum ad profectionem in gentes, aptos atq; idoneos eſſe innueret, & obſcurè etiam, diuinorum pedum, pacem læta prædicatione annunciantium pulchritudinem inſinuaret, (Nicepho. ſacr. Hiſt. lib. 1. cap. 28.) miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere in lintheo, quo erat præcinctus. Ioann. 13. Pauent diſcipuli, nec audent obloqui, & quaſi ecſtaſis teneat eos, uel mens aliàs apta peregrinetur, nec magiſtro reſiſtere, neq; quid hoc ſit, uel cur fiat inquirunt. Cum ergo ueniſſet ad Petrum, ut lauaret pedes eius, ſtupefactus ad tam profundam humilitatem, ait: Domine, tu mihi lauas pedes? Non eſt decens, ut tu Dominus mihi ſeruo, tu magiſter mihi diſcipulo, tu ſanctiſsimus mihi peccatori laues pedes. Cui IESVS: Quod ego facio neſcis modo, ſcies autem poſtea. Non enim tunc Petrus intelligebat myſterium ibi ſignatum. Figurabatur enim in eo, quia accedentem ad Euchariſtiam quam ſumere habebant, oportet eſſe mundum ab affectibus, & pedes à puluere uitiorum. Reſpondit Petrus, non ferens tantam magiſtri humilitatem: Non lauabis mihi pedes in æternum. Solus Petrus ſciens, qui perhibuerat ei teſtimonium quod filius Dei uiui eſſet, & quia uerba uitæ æternæ haberet, iudicans apud ſe indignum & inconueniens, Sanctum ſanctorum, flectere genua ad pedes peccatorum: a Neutiquam, inquit, tu mihi pedes ablues, & huius humilitatis ſuſtinere obſequium non eſt noſtrum, qui adorare debemus in loco ubi ſtant pedes tui, & ſatis eſt nobis, quod ſicut catuli de menſæ tuæ reliquijs manducamus, hoc in muliere peccatrice aliquando paſſus es, nec dedignatus es in menſa ſolenni multis conueſcentibus infamis perſonæ ſuſcipere famulatum, cuius deuotio uſa eſt ibi capillis pro lintheo, oculis pro catino, lachrymis pro baptiſmo, tetigit, lauit, & unxit unguento. Honor tuus DEVS iudicium diligit, & æquum eſt, ut omnis terra adoret te, & in nomine tuo omne genu flectatur: Verũ quod tu ante figmentum tuũ curuaris, quod ſeruis pedes abluis, non competit maieſtati. Sed ſi oportuerit me mori tecũ, paratus ſum. Hoc enim debeo, hoc amplector. Cypria. in ſerm. de pedũ ablut. Simili modo & Ioannes Petri præceptor,

a Abſit Illyrice ut te cũ dicamus Petrũ hoc ex inſcitia & praua deuotione dixiſſe, quin potius cũ S. Patrib. dicemus ex ſumma charitate & humilitate profectũ. An putas ſanctiſsimum martyrẽ Cyprianũ laudaturũ fuiſſe id quod ex inſcitia dicitur?

ueniendi

uenienti Domino ad baptiſmum tentauerat reſiſtere, ſed increpatus illicò obediuit: & quia ſuper hoc etiam reſponſum acceperat, licet territus acquieuit. Et differentiam cauſæ huius Petrus intelligens, lauare magiſtrum & obſequi ei tollerabile iudicabat, lauari autem ab eo & tantam humilitatis eius pati deiectionem, ita uidebatur indignum, ut omninò cogi non poſſet, niſi interminatio perículoſiſsima coarctaret. Vnde Gelaſius Papa 20. q.2. Beatus, inquit, Petrus Apoſtolus, pro affectu diuinæ reuerentiæ Domino reſpondit: Non lauabis mihi pedes in æternum. Nec feſelliſſe, quod abſit, aut in ſua putabitur minimè conſtitiſſe ſententia, quia mox eidem diuinæ uoluntati ceſſerit. Et quod dixerat ſe non eſſe facturum, cauſis aſtrictus humanæ ſalutis, paſſus eſt uoluntate prona faciendum. Ait Petro Dominus: Niſi lauero te non habebis partem mecum. Et ſic paulatim myſterij huius declaratur neceſsitas, quam conditio propoſita ineuitabilem reddebat. Ac ſubito Petrus acquieſcens, dicit: Domine, non tantum pedes, ſed manus [a] (*a Illyrice quis hic etiam niſi omnino impius impegiſſe Petrum dicit cum ſit ſummè laudandus. Nam ut intellexit ſe fore excludendum è cœlo ni lauetur minus de ſe confidit, quin & caput & manus cum pedibus impuras eſſe timebat.*) & caput. Lauans ergo IESVS pedes Petri, dixit: Qui lotus eſt & baptizatus, non indiget niſi ut pedes lauet, atque affectum ab illicitis deſiderijs. Non decet iterum baptizari, ſed per pœnitentiam emundari à peccatis poſtea commiſsis, (ut ibi Auguſtin.) ſed eſt mundus totus. Et uos mundi eſtis ſed non omnes, quod dixit propter Iudam, ad proditionem intentum. Sunt aliqui Patrum qui aſſeuerant, quod cœperit lauare à Iuda, ut ex maiore humanitate magis à malo reuocaret. Perfecta ergo lotione, reſumptis ueſtibus, neminem habere poſſe perfectam ablutionem dixit, niſi hac ſollicitudine muniatur. Mandatum igitur ſimul & exemplum complexus eſt, ut hoc exemplo inſtructi, non dedignarentur in alterutrum agere, quod actum eſt à magiſtro, & mandato poſteris religionis autoritas firmaretur. Vndè & ſubiungit: Si ego Dominus & magiſter laui ueſtros [b] pedes, (*b Mirandum quod cum hæretici ſemper in ore habeant præceptum Domini, hoc de pedum lotione tantum abeſt ut in minimò expleant, ut etiam ſicubi religioſos id exequi uideant, ſibilis ſint ſoliti excipere.*) & uos debetis alter alterius lauare pedes. Vos obſequia humanitatis debetis impendere etiam inimicis, exemplum enim dedi uobis. Nec erubeſcat ſeruus, ſi facere iubetur, quod prius fecit Dominus: nec difficile uobis eſſe debet, ſi, ſicut ego uobis donaui, & uos inuicem condonetis, quia alter alterius onera comportantes, ſic legem DEI implebitis. Cypr. in ſerm. de pedum ablutione. Et quia CHRISTVS IESVS, quem unxerat DEVS Spiritu ſancto, Acto. cap. 10. fecerat nos in ſanguine ſuo DEO noſtro Reges & Sacerdotes, hac pedum lotione peracta, Chriſmatis conſecrationem Apoſtolos [a] docuit, teſte Fabiano Pontifice & Martyre, qui hoc ſe ex Apoſtolorum habere ait traditione, Epiſt. 2. ad Occident. Epiſc. Erat enim conſuetudo lauandi & ungendi ante cibi ſumptionem in Palæſtina, hunc morem diligenter retinebat CHRISTVS, imò repræhendit Simonem Phariſæum, quod illi non dederit aquam, & non unxerit caput, ſicut Maria faciebat. Iam uerò, quia omnia ex ueteri teſtamento, typicè & in figura egerat, ea nunc in ueritate ſibi ſumebat, ut antequam nos cibaremur pane myſtico, prius lauaremur Regenerationis, & ungeremur Confirmationis ſacramentis, deinde paſceremur. Hoc oleo, ut primo & principali, quod conficitur ex oleo & & balſamo, benedicuntur fontes baptiſmales, conſecratur Eccleſia, Altare,

a Chriſmatis conſecrationē Chriſtus Apoſtolos docuit.

L 2 Calix,

Calix,& Patena. Hoc inunguntur Epiſcopi quando conſecrantur in capite & in manibus,item omnes fideles cuiuſuis ætatis in frõte, quando recipiunt ſacramentum Confirmationis. Damaſcen. lib. 4. cap. 14. de orthodox. fide. Nec aliud per frontis Chriſmationem quam manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur Confirmatio,quia per eam Spiritus ſanctus ad augmentum datur & robur. Vnde cum cæteras unctiones ſimplex Sacerdos uel Presbyter ualeat exhibere,hanc non niſi ſummus Sacerdos, id eſt Epiſcopus debet conferre. Quia de ſolis Apoſtolis legitur (quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi) quod per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant. Actorum cap. 8. Cuius aduentus per unctionis myſterium deſignatur, quia & columba in qua Spiritus ſanctus ſuper CHRISTVM in baptiſmo deſcendit. Matth. 3. & alia ad ueſperam in arcam Noë reuertens tempore diluuij, ramum retulit uirentis oliuæ. Gen. 8. cuius utiq; ſacramentum Dauid propheta Pſalm. 103. prænoſcens, exhilarandam faciem in oleo prædicauit. Atq; propter hanc quam diximus à CHRISTO Chriſmatis inſtitutionem, ſanctum oleum non niſi in die Cœnæ domini feria quinta ab Epiſcopo conficitur, extra de ſacra unc. cap. unico.

Cum uero rurſum diſcubuiſſet, accepit IESVS panem, & benedicens, fregit,[a] & dedit illis dicens: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite[b] in meam commemorationem. Similiter accepto calice gratias agens, dedit eis dicens: Hic eſt ſanguis meus noui & æterni teſtamenti, qui pro uobis & pro multis effundetur. Bibite ex hoc omnes. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Corinth. 11. Non inſtituit CHRISTVS hic rationem ſumendi Sacramenti, ſed tantum docuit modum conſecrandi, ut teſtis eſt Auguſtinus epiſt. 118. ad Ianuar. Reliquit enim communicandi ritum Apoſtolis, & ijs, per quos diſpoſiturus erat Eccleſiam, ut uidere eſt ex Paulo 1. ad Corinth. 11. accepit panem, ſed non dedit panem, dicens: Hoc eſt corpus meum. Accepit quidem panem, ſed dedit corpus. Accepit panem non alium, quam qui erat in menſa, ex lege diuina azymum. Et benedixit, conſecrauit & fregit in tot partes, quot accipere debebant, & dedit duodecim Apoſtolis, dicens: Accipite, hoc, quod uobis porrigo, quod in manibus meis uidetis, eſt corpus meum. Ne fallamini, accepi panem, ſed is ipſe eſt iam mutatus in corpus meum. Hoc eſt corpus meum, non exangue, ſed idem quod pro uobis traditur, quod habet ſanguinem, ſpiritum, carnem, humanitatem cum diuinitate coniunctam. Non eſt figura panis & uinum corporis & ſanguinis CHRISTI, (abſit enim hoc) ſed eſt ipſum corpus Domini, ipſo Domino dicente: Hoc eſt meum, non figura corporis ſed corpus, & non figura ſanguinis ſed ſanguis. Et ante hoc Iudæis: Quoniam niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam æternam. Caro mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus. Et rurſus: Qui manducat me, uiuet. Damaſcen. lib. 4. cap. 14. de fide ortho. Accipite & comedite.

a Sic Sacerdos Chriſti exemplo Miſſam celebrãs hoſtiã conſecratã in partes diuidit, ſaluo Chriſti corpore.

b Verũ igitur argumentum non eſt, Chriſtus dixit Ite in orbẽ, prædicate Euangelium, ergo non ſunt faciendæ Miſſæ.

Hoc facite in meam commemorationem, id eſt, hoc ſacrificate: facere[a] enim Hebræis eſt ſacrificare, ut in uet. teſtamento, in libr. Regum inquit Helias, facite uos bouem unum, id eſt ſacrificate. Hoc facite quod ego, ego autem obtuli, offerte & uos. Erat autem ſacerdos CHRISTVS ſecundum ordinem Melchiſedech, qui obtulit panem & uinum. Gene. 14. Pſal. 109. Heb. 7. Quod CHRISTVS Dominus obtulerit[b] ſe æterno patri ſub ſpeciebus panis & uini,

a Facere Hebreis eſt ſacrificare.

b Chriſtus obtulit ſe æterno patri ſub ſpeciebus panis & uini.

& uini, unanimis eſt doctorū ſententia, et proinde in textu Hebræo habetur, Sacerdos ſupra ordinem Melchiſedech. Tenent hoc Rupert. Tuit. cap. 12. Exod. Bed. Venera. in 14. cap. Math. Cyprian. lib. 2. Epi. 3. Euſeb. lib. 5. cap. 3. demonſtrat. Euangel. Irenæ. lib. 4. contra hæreſ. cap. 32. Etſi Acto. cap. 1. cæpit IESVS facere & docere, nō ſolū uerbo, ſed & exemplo & facto debuit ſacrificandi ritū agere. Nec CHRISTVS ſolū Miſſæ & ſacrificij author fuit,

(Chriſtus Miſſæ ſacrificij autor nō ſolū ipſe ſe in nouiſſima cæna obtulit, ſed et offerri in Eccleſia præcepit.)

& modū ritumq́; Miſſas celebrandi, & archiſymbolū diuinorū myſteriorū in myſtica ſua cæna, (cū dixiſſet: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meū, &c. tradit: Verum etiā incruentum ipſe corporis & ſanguinis ſui Sacrificium in hac eadem nouiſsima cæna obtulit, & offerri in Eccleſia præcepit; atteſtatur hoc tota patrum Orthodoxia, & omnes ſancti interpretes. Martial. Epiſt. ad Burdegal. cap. 3. Be. Diony. part. 3. cap. 3. de Eccl. Hierarch. Iren. lib. 4. cap. 32. contra hæreſ. B. Baſilius, de Sacrificij ritu & Miſſæ celebrandæ forma. B. Chryſoſto. de eiuſdem ſacrificij ritu, & Homil. 83. ad cap. 26. Math. 5. Iacob. frater Domini in Liturg. Ambroſ. in lib. de præparat. ad Miſſam, & ad cap. 11. Epiſt. 1. ad Corinth. Auguſtin. lib. 17. de Ciuitate DEI cap. 20. & quæſtio. 43. lib. 1. quæſtion. in Euangel. Oecumen. cap. 5. in Epiſt. ad Heb. Nicol. Cabaſila cap. 48. de ſacrificio. German. Conſtantinopol. Archiepiſc. in Hiſt. Eccle. & myſtica contemplatione. Euthym. cap. 64. ad cap. 26. Math. Theodoret: ad cap. 8. Epiſt. ad Heb. Primaſ. ad cap. Epiſt. 1. ad Corinth. 11. Chriſtian. Druthmar. ad cap. 26. Math. Alexand. I. Papa in Epiſt. ad omnes Orthod. Vrban. 4. & Clemens. 5. Pont. in Epiſt. Decretal. Extra de reliquijs, & ueneratio; Sancto. Canon. 3. Apoſtolo. Concilia Conſtantien. hæreſ. 5. Vuicleff. Carthaginen. 4. can. 24. Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. & 2. Luc. 22. Hoc facite in meam comemorationem &c. Aliud enim eſt inſtituere, aliud præcipere. Vt Baptiſmum inſtituit CHRISTVS, præcepit poſt reſurrectionem. Matrimonium inſtituit, & nō præcepit, alias peccarent omnes qui non acciperent uxores. Et quia toties fuit dictus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech in ſcripturis, neceſſum fuit ipſum aliquando in pane & uino ſacrificium DEO offerre. Nunquam autem legitur CHRISTVS obtuliſſe panem & uinum præterquam hic, ergo hæc eſt oblatio & ſacrificium, & CHRISTI prima Miſſa. [a] Et cum dicitur à CHRISTO: Hoc facite in meam commemorationem, Apoſtoli facti ſunt [b] Sacerdotes, data enim eſt illis poteſtas tunc ſacrificandi. Atq́; hic inſtitutio fit Sacramenti Ordinis [c] Noui Teſtamenti. Fit hoc hodie cū Sacerdotes ordinantur, datur illis Calix cū patina, his uerbis; Accipite poteſtatem conſecrandi corpus Domini, tam pro uiuis quā pro mortuis. Similiter accepto calice, gratias agens, Græcè εὐχαριστήσας, id eſt cum gratias egiſſet, cū Euchariſtiam feciſſet, dedit eis, dicens: Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, reſpectu ueteris & æterni, quia nō ſuccedet aliud in locum eius ut ueteri accidit, & quia dat hæreditatem æternam, qui pro uobis Apoſtolis & Sacerdotibus, & pro multis alijs Iudæis ſalutem conſecuturis, & pro gentibus effunderur. Bibite ex hoc omnes, uos qui adeſtis præſentes, cum Marcus ibi ſtatim ſubijciat: Et biberunt ex eo omnes, ita ut præceptum illud iam impletum ſit, & impleatur quotidie, quoties Sacerdos conſecrans ex calice bibit. Et quæ Dominus Apoſtolis locutus

[a] *CHRISTI prima Miſſa.*

[b] *Apoſtoli facti ſunt Sacerdotes.*

[c] *Inſtitutio Sacramenti ordinis.*

eſt, ad ipſos quidem ſpectantia quatenus Eccleſiæ Sacerdotes, hæc non ad fideles omnes, ſed ad reliquos futuros in Eccleſia Sacerdotes ſunt referenda. Quale illud eſt: Hoc facite in meam commemorationem. Cum enim Dominus pane & accepto & fracto, eleuatiſq; in cœlum a oculis DEO gratias egiſſet, calicemq; ſimul & accepiſſet & leuaſſet, ſine dubio non ſolum Euchariſticum ſacrificium, hoc eſt gratiarum actionis, obtulit, ſed etiam propitiatorium in remiſsionem inquit peccatorum. Iubens, itaq; Apoſtolos, ut hoc ipſi facerent, quod ſcilicet illum uidebant facere, nimirum id præcepit ut hoſtiam Euchariſtiæ & propitiationis offerrent. Quod & ſupra demonſtrauimus. Quia ergo ſacrificium facere, ſacrificorum & (*b Non conſiſtit Sacerdotale munus in uerbi prædicatione quod heretici ſomniant, niſi ineptiſſimè omnes Chriſtianos Sacerdotes eſſe cum Luthero dixerimus, & publicos Eccleſiæ miniſtros, cum tamen* CHRISTUS *Dominus hanc poteſtatem ne Beatiſſimæ quidem uirgini matri conceſſerit. Sed munus Sacerdotale eſt ſecundum Paulum ſacrificiorum officia conſummare: omnis, ait, Pontifex, ex hominibus aſſumptus, conſtituitur in his quæ ſunt ad* DEUM, *ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis.*) Sacerdotum proprium munus eſt, quod Dominus Apoſtolis commendauit, id propriè ad futuros Eccleſiæ Sacerdotes ſpectat. Porro quæ iiſdem CHRISTVS, quia paſtores Eccleſiæ futuri erant, mandaſſe legimus, hæc ipſa Epiſcopis & paſtoribus ſuccedentibus credamus eſſe mandata. Huius rei exemplum eſt illud Math. 18. Quæcunq; alligaueritis &c. Et illud item Ioann. 20. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos, accipite Spiritum ſanctum &c. Facta autem conſecratione, & ipſe CHRISTVS Dominus Sacramentum c ſumpſit, non quod egeret, uel nouum effectum gratiæ ex eo ſuſciperet, ſed ut exemplum illud accipiendi nobis præberet. Vnde ſubiungit: Non bibam amodò de genimine uitis huius. Et: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare uobiſcum. Ergò, & bibit & comedit cum illis hoc Sacramentum. Nō enim loquitur de Paſchate typico, quod aliàs cum illis ederat, ſed inquit, hoc paſcha. Sentiunt hæc eadem Chryſoſtom. Homil. 83. ſup. Math. Hieron. Epiſto. 2. ad Hedibiam, Gratian. de conſecrat. diſt. 2. cap. Non Moyſes. & gloſſ. interlinear. ſup. illud Ruth. cap. 3. Cum ediſſet & bibiſſet. Idem omnes Doctores ſentiunt in Scholis, hinc antiquus uerſus ille.

a Quando igitur hereticus uidet Sacerdotem in Miſſa cælum aſpicere, ridet ipſum Chriſtum.

Vnde ſomniū non eſt Scholaſticorū neceſſariò Sacerdotem offerentem ſumere debere, ſed CHRISTI *inſtitutum.*

Se geſtat manibus, ſe cibat ipſe cibus.

Porrexit & Iudæ traditori (*d Non ignoramus, multos uiros cum doctos tum ſanctos contraria nobiſcum hic eſſe ſententiæ, uerum quia cōmunior hæc Eccleſiæ doctrina, deliberatò hoc ſentire decreuimus.*) CHRISTVS Dominus corpus ſuum, ne uidelicet occultum peccatorem palam faceret. Nam Luc. 22. Poſt porrectum calicem, ex quo omnes biberant ſicut Marcus teſtatur, Dominus dixit: Veruntamē manus tradentis mecum eſt in menſa. Et poſt priorem cœnam lauit pedes etiam Iudæ, dixit enim: Vos mundi eſtis, ſed non omnes, nec bucella ibi fuit data, poſt quam ſtatim exiuit. Chryſoſtomus. Homil. ſup. Ioann. Auguſtin. Epiſt. 183. & tract. 2. ſup. Ioan. Hieron. ſuper illud Marci, Bibite ex eo oēs. Leo Sermo. 3. de paſ. Domi. Haymo. 1. Corinth. 11. Remig. cap. 26. in Math. Bernhard. in quodam Sermo. Item omnes patres Scholæ, præcipue D. Thomas. Cumq; poſt porrectum calicem, ex quo omnes biberant, Dominus dixiſſet: Manus tradentis mecum eſt in menſa, Petrus zelo magiſtri ſcire cupiens (*a Rapuiſſet & hoc in calumniā Illyricus, ni intellixiſſet tum Ioannem magis qui ipſe interrogabat reprehendendū, quam Petrum.*) proditorem, quia ſi cognouiſſet eum occidiſſet, (ut ſcribit in hūc locū Chryſoſtom)

Chryſoſtom.) nō audens ipſe per ſe ſubmittit ſocium Ioannē Euangeliſtam, ut quærat à CHRISTO de proditore. Cui quærenti, IESVS ſubmiſſe reſpondit, ita ut alij nō audirent: Ille eſt cui intinctam bucellam dedero. Petr. Damian. in Homil. de cœn. Domini. Et cum intinxiſſet bucellam dedit Iudæ. Et poſt buccellam introiuit in eum Sathanas. Ioan. 13. Non quidem denouo iam enim intrauerat, ſed per nouum effectum malitiæ, ut quod conceperat, executioni mandaret per proditionē. Nec fuit buccella iſta Sacramentum, iam enim dederat, ſed figura eius qui indigne accedit. Auguſti. de conſecra. diſt. 2. Sicut Iudas, & lib. 4. de Trinitate. Dixit autem ei IESVS: Quod facis, fac citius. Ex quo nec minæ, nec blanditiæ te à malo propoſito reuocāt, quod facere diſponis fac citius. Nec uox hæc iubentis eſt, a ſed permittentis: non trepidi, ſed parati: qui habens omnium temporum poteſtatem, oſtendit ſe moram non facere traditori, & ſic ad redemptionem mundi paternam exequi uoluntatem, ut facinus quod à perſequentibus parabatur, nec impelleret, nec timeret. Leo Papa. in ſer. de paſſ. Domini. Poſtquam igitur Iudas perſuaſus à Diabolo, diſceſſit à CHRISTO, ſeq; à corpore Apoſtolicæ unitatis abſcidit, nullo Dominus pauore turbatus, ſed de ſola redimendorum ſalute ſollicitus, commendat diſcipulis nouum alium de mutua dilectione mandatum, ſymbolum id eſſe ſignificans, quo diſcipuli ſui ab exteris dignoſcantur. Deindè, ad proxima pericula inſtruens animos, iubet mœrorem ac metum omnem deponere, iturum ſe præparatum illis locum, quo ſuos ad ſe recipiat. Et planè ſe uiam eſſe, ueritatem ac uitam: argumentum præterea uideri, quod ſe magiſtrum ament, ſi præceptis ſint morigeri. Nunquam ſe commiſſurum ut deſertos omni ſolatio relinquat, quando ſpiritum cœleſtem, conſolatorem in hoc illis mittendum deſtinarit: pacem interea ſuam impertiens. Ioann. 13. & 14. Dixit ei Simon Petrus: Domine quo uadis? Reſpondit IESVS: Quo ego uado nō potes me modo ſequi, ſequeris autem poſtea. Et omnes uos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte: fidei confeſſio de mea diuinitate deficiet in uobis, poſtquam tam ignominioſè à Iudæis me capi uideritis. Confirmat autem quæ dixerat per Prophetam Zachariam, ne putaretur ex imbecillitate pati, ſed ad complendū ſcripturas, cū inquit: Percutiā paſtorem, permittā ut percutiatur: & diſpergētur oues gregis, Apoſtoli. Paſtor enim qui paſcebat oues, erat CHRISTVS, ſed poſt reſurrectionē Petrus, quoniā illi oues paſcendæ ſunt cōmendatæ. Nec Petrus reſpectu aliorū ouis fuit, ſed reſpectu CHRISTI paſtoris ſummi. Et cōfortans eos CHRISTVS, ſubdit: Poſtquam reſurrexero, ſcilicet die tertia, ut prædixerat aliàs inducens figuram Ionæ, qui fuerat diebus tribus in uentre cæti, præcedam uos in Galilæam, apparens uobis. Cui reſpondit Petrus: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego. b IESVS autem ad Simonē Petrum, qui magis uidebatur de ſua uirtute confidere, ait: Simon, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribaret ſicut triticum, Sathanas quæſiuit, & licentiam accepit à DEO commouendi & ſeparandi uos à tritico electorum DEI, ego autem oraui pro te, ut non deficiat fides c tua, & tu aliquando conuerſus ad pænitentiam de lapſu tuo, confirma fratres tuos. Luc. 22. Ego rogaui pro Petro rectore, quid ergo uos ſolliciti eſtis de maiore inter uos? Dum Satanas uos cupiuit cribrare, ego rogaui pro Petro, ipſe uos confirmabit ne intretis in tentationem. Communē erat omnibus Apoſtolis periculum de tentatione, &

a Abſit igitur à Chriſtiano pectore uel cogitatio blaſphemiæ Lutheranæ, qui dicunt æquè eſſe Dei opus Iudæ proditionem ut Pauli eſt conuerſio.

b Si hic peccauit Petrus quo ſuam imbecillitatem non agnouit; quanto magis peccant hæretici, de gratiæ certitudine et fidei perſeuerantia dogmatizantes.

c Verbum Domini eſt non defecturā Petri fidem, nunquam igitur defecit nec deficiet in æternum.

ne,& diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam Diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere,& tamen ſpecialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, *b* (*Agnoſcis igitur hic ô hæretice Petri ſupra alios futurum primatum. Scandalizati ſunt omnes ut Chriſtus prædixit excepta B. Virgine, quod Eccleſiæ cæremonia deſignat, quando in hebdomata ſancta omnes cæreos extinguit, uno excepto: non tantum omnium fides defecit, ſiquidem pro Petri fide ſaltem Chriſtus orauerat.*) & pro Petri fide propriè ſupplicatur, tanquam aliorũ ſtatus certior ſit futurus, ſi mens principis uicta non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur,& diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per CHRISTVM Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur. Nam & poſt reſurrectionem ſuam, Dominus B. Petro Apoſtolo poſt regni claues, ad trinam æterni amoris profeſsionem, myſtica inſinuatione ter dixit: Paſce oues meas: quod & nunc procul dubio facit, & mandatum Domini pius paſtor exequitur, confirmans nos exhortationibus ſuis, & pro nobis orare non ceſſans, ut nulla tentatione ſuperemur. S. Leo Papa, in Sermo. de B. Apoſtolis, Petro & Paulo. Et Petrus: Domine, Paratus ſum tecũ in carcerem & in mortẽ ire. Cui IESVS: Dico tibi Petre, antequã gallus cantabit, antequã ſuũ cantũ abſoluat, gallicinio nondũ finito, ter me negabis. Et Petrus: Etiã ſi oportuerit me tecũ mori, non negabo. Promittebat quidẽ hæc Petrus de certitudine liberi arbitrij, ſed de certitudine gratiæ nihil. Et permiſit CHRISTVS negare Petrum, ut Pontificẽ haberemus iam tentatũ & lapſum, ſimilẽ, nobis ut eſſet miſericors cadentibus. Hoc diuina quadam diſpenſatione factum eſt, nè, ſi Doctores & Sacerdotes ipſi non peccarent, neq; uitæ huius affectibus ſubiecti eſſent, in humani & à uenia alijs danda eſſent abhorrẽtes. Succubuit Petrus peccato ob eam maximè cauſam, quod populorum multitudo illi credenda erat, ne ſeuerus & innocens, à uenia *a* proprijs fratribus impartienda eſſet, alienus. Succubuit peccato, ut delictum ſuum & Domini ueniam conſiderans, condonaret,& alijs benignitatis cauſa, iuxta diſpenſationem DEO congruentem. Petrus orbis terrarum magiſter peccare permiſſus fuit, ut eius indulgentia humanitatis argumentum alijs proponeretur. Propterea non Angelo neq; Archangelo ſacerdotium commiſſum eſt, (liberi enim ſunt à peccandi libidine, (ne uidelicet eos, qui ex populo peccarent, fulguribus tranſfigerent: ſed hominiã DEO cathedra hæc commiſſa eſt, qui & ipſe libidine & peccatis colligatus eſt, ut ſi quem peccantem inuenerit, ſuorum peccatorum conſcius in eum qui peccat benignus efficiatur. Nam ſi Angelus Sacerdos fuiſſet,& aliquem adulterium committentem inueniſſet, ſtatim eum de medio ſuſtuliſſet, cum ipſe libidini ſubiectus non ſit. Si *b* Angelus poteſtatem accepiſſet, peccantes homines non doceret, ſed in iram mortiferam concitatus, repentè illos perderet. Itaq; ob id homini commiſſa eſt Eccleſia, quod ſciat ſe delinquere,& peccata expertus, ijs qui peccant ueniam dare poſsit, ne iraſcente illo Eccleſia inanis fiat. B. Chryſoſto. in S. Petri Apoſtoli & Heli. Prophe. Quod Petrus, etſi omnes offendiculum patientur ſe tamen non pati uelle affirmat, non fuit in Petro temeritas, ſed dilectio, ut ibi dicit Hieron. Et occaſionẽ Lucas addit, dicens: CHRISTVM rogaſſe pro Petro nè deficeret fides illius, antequã prædixiſſet defectionem. Hinc animoſè Petrus: Si tu Domine, Creator cæli & terræ, filius DEI uiui oraſti pro me, non offendiculum patiar, ſum nũc contentus, nunc de me ſum certus. Denicq; ut omnem ſpem ſalutis non alio, ſed in ſe duntaxt collocent, uitam

a Ergo Petrũ Chriſtus cadere nõ permiſit quia nimium de ſe confideret ut Illyricus ſomniat. ſed ob cauſas hic poſitas, ſcilicet in maximam noſtram utilitatem.

b Rectè ergo Chryſoſtom. dixit Petrum Angelum & hominẽ fuiſſe non Angelum tantum.

uitam ſe CHRISTVS eſſe prædicat, à qua ſemotus palmes, ſterilis reddatur, & mox in flammas [a] poſtquam aruerit uideatur conijciendus. Non ſe item electum ab ijs fuiſſe, ſed cum delectu illos factos fuiſſe Apoſtolos. Magiſtro proinde hunc mundum tendere inſidias, ut Prophetæ oraculo continetur: Odio, inquit, habuerunt me gratis. Itaq; non mirum uideri, ſi idem accidat diſcipulis, qui dignitate cenſeantur inferiores. Ioann. 15. Cæterum ſpiritum conſolatorem, cuius pauld ante meminit, ſuo aduentu incredulum hunc mundum de peccato condemnaturum. Poſtremò pacem IESVS diſcipulis ſpondet, modo ſuo exemplo animentur, qui mundum uicerit. Ioan. 16. Fixis deinde in cœlum oculis, patrem orat, ut ſe clarum mundo reddat, diſcipulos & eos quoq; qui illorum uerbo credituri ſint, à malo ſeruet, unumq; faciat per dilectionem, ad eum modum (inquit) quo ego & tu unum ſumus. Ioann. 17.

a Aruiſtis uos heretici ſeparati ab arbore Eccleſiæ, eſtis igitur in ignem conijciendi.

Hæc Hieroſolymis, in domo B. Ioannis Euangeliſtæ, (quæ prima fuit Eccleſia [b] noui Teſtamenti) ad montem Sion, facta ſunt, quam ille poſſeſſione ſua (non exigua autem ea fuit) in Galilæa, Caiphæ, eius temporis Iudæo Pontifici uendita, (cuius gratia etiam illi notus extitit) in locis circum Sion montem ſitis comparauerat. Nicephor. ſacr. Hiſt. lib. cap. 3. ex Epiſt. S. Euodij quam Lumen (φῶς) inſcripſit. Damaſcen. lib. 4. cap. 14. de orthodo. fide. Habet traditio quædam apud Ludolphum de uita CHRISTI, quod diſcipuli alij, nominatim uero S. Martialis, in Paſchatis myſtico conuiuio, quod Dominus cum diſcipulis in domo Ioannis Euangeliſtæ inſtituerat, menſæ miniſtrarit.

b Prima Eccleſia noui Teſtamenti.

ITAQVE, cum quibus oportuit, cœleſtibus myſticisq; ſermonibus diſcipulos ſuos CHRISTVS inſtituiſſet, nouum deniq; poſtremo omnium teſtamentum expoſuiſſet, hymno dicto, urbem egreſſus eſt [c] in prædium Gethſemani, quod eſt ſitum ultra torrentem, qui à cedris nomen habet, & uallem Ioſaphat: undè hortus erat Iudæ proditori non ignotus. Solebat enim ſe plerumq; Dominus in ſemotum ab urbano ſtrepitu receſſum hunc orandi cauſa ſecretius cum ſuis recipere. In horto peccarat Adam, in horto recuperandum hoc idem. Illic accerſito ad ſe Petro, Iacobo & Ioanne Zebedæi filijs, ut qui uiderant transfigurationem, uiderent etiam ſudorem ſanguineum, cæteros iubet quietos paululum conſidere, quia precibus uelit inſiſtere. Atq; ibi humanam imbecillitatem declarans, mœſtum ſe eſſe indicat, taliq; triſtitia teneri, ut etiam mori uideatur, hortaturq; ut ſecum uigilent & preces ad DEVM faciant, ne in tentationem incidant. Ipſe ſolus non admodum longo ſpacio disiunctus, ſed quod iactu lapidis poſsis attingere, humi pronus [d] conſternitur, orans clara uoce, Pater, inquit, ſi eſt poſsibile, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego uolo ſed ſicut tu uis. Vbi non exiſtimandum eſt, quod Dominus IESVS paſsionem & mortem, cuius iam diſcipulis ſacramenta communicarat, uoluerit declinare, in ſaluandis enim hominibus per crucem CHRISTI, communis uoluntas erat patris & filij, communeq; conſilium: ſed noſtræ utitur uoce naturæ, & cauſam fragilitatis & trepidationis agit humanæ, ut in ijs quæ toleranda ſunt, & patientia roboretur & formido pellatur. S. Leo Papa in Serm. de Domin. paſsione. Et ſurgens à precibus, quos uigilare iuſſerat, ſomno oppreſſos inuenit, ſuorum

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

b Teſte Ioanne orãtes iuerunt per uiã ad montẽ, ergo fuit proceſsio, hoc nos imitamur quoque in proceſsionibus.

d Chriſtus oraturus procidit in faciem ſuam, nõ ergò ridendi qui cadunt tantũ in genua.

rum curam etiam in medijs tribulationibus habens. Simonem autem alloquitur, blandè increpans, quod nè una quidem hora ſecum poſsit ᵃ uigilare: qui una inquit hora non potuiſti uigilare mecum, quomodò mortem ſpernes? tu qui ſpondes mori mecum, non oſtendis tantum feruorem facto, quantum uerbo, in hoc apparet infirmitas tua. Et quia inter alios primus erat, ideò in ipſo alios reprehendebat, & mox omnes cohortatur ut iam orent, nè in tentationem cadant, ſpiritum quidem in ſe promptum eſſe, ſed carnem infirmam. Ac mox rediens ad preces, tertio eaſdem repetit, toties ſomnolentos increpans. Dum autem ita luctatur, ecce Angelus, princeps Michaël (ut tradit Ludolph. in uit. CHRISTI) è cœlo appareret, eum conſortans. Pergens autem in ſua acerrima lucta, prolixius & ardentius inuocat, ita etiam, ut iam ſanguinis guttæ ex eius corpore erumperent & in terram dimanarent. Iamq; aderat Iudas proditor cum cohorte, miſſa à Pontificibus, Magiſtratibus templi & ſenioribus, armatam gladijs & fuſtibus, laternis & facibus inſtructa: quibus in occurſum ueniens Dominus, oſcitantibus diſcipulis, ait: Dormite iam & requieſcite. Sponte uerò hoſtibus obuiam progreſſus, placidè affatur, Quemnam quærant? Et confeſſus ſe eſſe IESVM, ſtatim omnes ea uoce proſtrati, in terram cum Iſcariote corruunt exanimes: armatam ſic cohortem uox unius hominis terruerat, & latens in humanitate omnipotentia, CHRISTVM perſecutoribus terribilem exhibebat. D. Cyprian. de CHRISTI paſsione. Et rurſus humo ſe erigentibus illis, denuò CHRISTVS quærit quem uelint? At ipſi IESVM ſe dicunt quærere. Ibi iterum reſpondet ſe eſſe, ac præcipit eis ut ſe ſolum capiant, & diſcipulos ſuos liberè dimittant. Quo dicto Iudas impudentiſsima fronte accedit, ac oſculo uocecq; IESVM ſalutat: Aue, inquiens, Rabbi: acceſsit tanquam domeſticus, ſed fur erat: ſalutauit tanquam diſcipulus, ſed inſidiator erat: oſculatus eſt tanquam amicus, & inimicus erat. Hoc enim ſignum eis dederat, ut cum cui oſculum fixiſſet, quemq; Rabbi appellaſſet comprehenderent, & cautè ducerent. IESVS placidè Iudam alloquitur: Amice, ad quid ueniſti? ad quod ſcelus dilapſus es ut diſcipulus traderes Magiſtrum? & dum eſſes Apoſtolus, factus es traditor? Vide quid feceris? Num oſculo tradis filium hominis? in ſigno charitatis proditionem homicidij facis? infœlix ſignum, ubi per pacem bellum, per oſculum homicidium, per ſalutationem condemnatio procuratur. Proditio hæc oſculi, præfigurata eſt in lib. Regum, ubi Duces Ioab & Amaſa, dum alter alterum fratrem uocans oſcularetur, interfecit. Tunc demum cateruatim in IESVM irruunt, ac uincula inijciunt: raptus ut ouis innocens ad mortem. Habet traditio tres funes illi eſſe iniectos, quos ſignificant in Miſſæ ſacrificio ſtola, manipulus, & cingulum. Item quod proſtrauerint CHRISTVM in terram ut ſe uindicarent. At Petrus prolato in medium gladio, Malcho Pontificis miniſtro, dextram abſcidit auriculam: erat mens Petri findere caput Malchi, ſed gladius de galea in aurem eminentē cadens, nihil capiti nocuit. Habuit ᵃ autem Petrus multas occaſiones (ut Metaphraſtes ſcribit) cur gladio percuteret, paulo antè dixerat CHRISTVS: Nonne miſi uos abſq; gladijs? At nunc qui duas tunicas habet, uendat unā & emat gladium, cū diceret Petrus: Ecce

ᵃ *Hic iterū Illyrico grauiter peccat Petrus, cum & Marcus eos excuſet, Quia oculi eorum erāt grauati, Et Chriſtus, Spiritū promptū, ſed carnē infirmam eſſe cenſuerit.*

ᵃ *Doceat Illyricus, qđ cōtra Chriſti mandatū temerario & impio conatu Petrus ſit gladio uſus. Imò quæ ꝓhibere uidebantur, Chriſtus hic reuocauit.*

Ecce duo gladij hic, & reſponderet CHRISTVS, ſufficit: hinc planè Petrus putauit eſſe pugnandum. Deindè quia in Synagoga fuit educatus, audierat ſæpe quomodo Phinees in Deuteron. uidens Principem cũ ethnica mæchari, transfoderit utrumq́; & hoc illi reputatũ ſit ad iuſtitiam, & factus ſummus Sacerdos. Hac in re ſuæ in magiſtrum fidei ardorem oſtendit, ſuamq́; in eum, quam in animo accenſam habebat affectionem, & beneuolentiam patefaciens, magnum quiddam fecit, non ſuis uiribus fretus, ſed Magiſtri potentiam ſpectans: per quam auris illa, quæ abſciſſa fuerat, homini percuſſo reſtituta eſt, ut ex hoc ipſo furens illa Iudæorum multitudo ſectæ auris curationem repentè factã uidens, reſipiſceret, & à ſua in CHRISTVM rabie deſiſtens, ab eo prodendo abſtineret, ac re ipſa eius ipſius qui prodebatur, uim illam omnipotentem, & diuinitatis magnitudinem cognoſceret, deniq́; ut Pontifex ipſe à Iudaico ſeruo illo miraculum factum ediſceret, atq́; cognoſceret eum qui percuſſus fuerat, ita celerem curationem minimè aſſecuturum fuiſſe, niſi uerus DEVS eſſet ille, qui ab eo quæſitus iudicabatur. Aderat autem Apoſtolo gladius ille non ad proprios uſus, & manuum opera explenda ſumptus, (quomodo enim hoc feciſſet is, qui Magiſtri ſui præceptis obtemperans, non peram, non zonam, non gladium ferebat, ſed expeditus, & omni uitæ apparatu liber ab his cognoſcebatur, qui eius prædicationem accipiebant?) ſed quoniam tempus illud expectabatur, quo CHRISTVS paſſurus erat, et diſcipulorum de Magiſtro cogitationes adhuc uacillabant. Partim enim credebant, partim non credebant: quapropter neq́; ſublimius aliquid cogitare poterant, neq́; ad humiliorem omnino, & abiectum ſenſum deueniebant. Illis autem adhuc imperfectionibus, tutum non erat CHRISTVM apertè ſignificare, & prædicere quæ paſſurus eſſet. Cum igitur eorum timiditatem Dominus IESVS perſpiceret, manifeſtè quod futurum erat, non explicauit, ſed eorum quæ paſſurus erat mentionem obſcurè fecit, dicens: Et qui non habet gladium, emat. Prius, cum illis inopiæ ſemina insereret, ut ad Euangelij curſum conficiendum leuiores, & agiles, atq́; expeditos redderet, gladiorum et aliarum rerum poſſeſsionem interdixit: hoc autem [a] loco, tempore illo imminente, quo ſalutaris eius paſsio futura erat, tacito & myſtico quodam modo indicare uolebat, non dormiendum, neque animo decidendum, ſed quaſi contra Iudæos armari oportere, & aduerſus cæſores, tanquam in acie aliqua contraria ſtandum eſſe, & ijs reſiſtendum, qui DEVM interficere parati erant, eiuſq́; ſanguinem ac mortem ſitiebant. Nunc non eſt, inquit, doctrinæ tempus, non curandorum ægrotantium locus, neq́; miraculorum opportunitas. Armis opus eſt, gladijs, & huiuſmodi propugnaculis ad arma illa repellenda, quibus homicidæ ſceleſtiſsimi ad meam cædem utentur. Hac igitur ratione Petrus gladium attulit, cuius licet feruentem beneuolentiam, & ardens ſtudium IESVS ipſe cognoſceret, quodq́; eo gladio aurem illam abſciſſurus erat, non tamen prohibuit nè fieret, ut & eius in Magiſtrum ſuum ardor aperiretur, & curationis opus ad ingratos illos qui DEVM interficere aggrediebantur redarguendos patefieret. Quod autem non ad oppugnandum aut ulciſcendum Dominus IESVS diſcipulis ſuis gladiorum poſſeſsionem præceperit, ſed ad eorum quæ paſſurus erat ſignificationem, licet hoc apertè cognoſcere ex Euangelij uerbis, cum ipſe dicit: Mitte gladium tuum in uaginam, quaſi diceret:

[a] *Dicit Illyricus: Papiſtæ ſunt diſſecti, quia quod hodiè Papa decernit, ſequẽs abrogat. Cur idem hic non diceretur Chriſto?*

Non enim propterea iuſsi uos gladios poſsidere, ut illis ipſis inuaſores ulciſceremini. Non eſt mihi hoc optabile. Nam ſi deceret,& mihi opem ferri uellem,poſſem rogare Patrem meum,& daret mihi pluſquam duodecim legiones Angelorum. Sed quoniam uoluntariè me ipſum ijs tradidi,propterea & gladiorum poſſeſsionem, ad ea ſignificanda quæ paſſurus ſum uobis indicaui. Si enim permiſi paululum te Petre,gladio uti,ob eas cauſas feci quas prædixi,& ut diſcipulos ad pericula ſubeunda promptos efficerem. Sed conuerte gladium in uaginam, quod mihi fas non eſt gladrjs uti ad imminentes cruciatus auertendos. Nam licet antea gladios emendos Dominus præcepiſſet,& diſcipuli ſe duos habere dixiſſent, ſatisq́ illos eſſe, Magiſter ipſe reſpondiſſet, ea re ſignificauit paſsionis ſuæ tempus propè eſſe, quaſi gladrjs utendum eſſet ad inuaſores repellendos. Ita igitur gladium Petrus poſsidens,ſecum & in prædicatione adferebat,tum,ut ſicubi opus eſſet, illo uteretur,tum uel maximè ut ipſum uidens, ad Magiſtri admonitionem memoria tenendum reuocaretur,& eo modo tempus illud, quo IESVS crucem paſſus eſt,& ea quæ poſtea ſecuta ſunt,ſecum cogitaret,inuidiam ſcilicet,odium, inſidias, proditionem, iniuſtum iudicium, iniuſtiorem mortis ſententiam, crucem,ſepulturam,& reliqua omnia quæ homicidæ Iudæi facere auſi ſunt. Hæc, cum gladium illum Apoſtolus uideret, contemplabatur: hæc aſsiduè animo reuoluebat:hæc ſecum repetens,meditabatur,gladio memoriam ſuggerente,& ad prædicationem exequendam illum alacriorem efficiente. Hoc gladio & ad omne periculum pro CHRISTO ſubeundum armabatur Apoſtolus, & ad pericula omnia ſuſcipienda firmior ac promptior effectus eſt. Hic gladius ut res pretioſa,& omnino ueneranda, Apoſtolicisq́ manibus deſeruiens, ac eas tangens, in Regali palatio, ubi Apoſtolo Petro ſacrum templum erectum eſt, Romæ, uelut ſacratus quidam, & cœleſtis theſaurus,in intimo loco repoſitus ſeruatur, qui fidelibus Imperatoribus, & fidelium uirorum multitudini ad ſanctitatem proponi ſolet. Cœleſtem enim gratiam confert, uariarum curationum copiam ſuppeditat, ſui cultores ſalutariter cuſtodit,ſeq́ amplectentes erigit, animas ipſorum eleuans. Apoſtolicam miraculorum uim, & potentiam ſecum continet. Simeon. Metaphraſt. in adorat. uenerab. cathenar. & gladrj S.Petri ſub. 16. Ianuar.

Vide beneficia, quæ D.Petri gladius præſtat.

Diſcipuli paſtore capto in fugam ſe conijciunt, & unus apprehenſus ab hoſtibus, reiecta ſindone nudus aufugit. Iacobus ille fuiſſe uidetur frater Domini, qui nunquam lanea ueſte,ſed linea ſemper indutus fuit, ut ſuo loco part. 5. diſtinct. 7. dicemus ſub Martyrib. Hieroſol. in Syria. Tunc impletus eſt ſermo Domini quo dixerat, quod omnes diſcipuli ſcandalizarentur in illo in ipſa nocte. Adduxerunt autem CHRISTVM ligatum tanquam latronem & morte dignum,ad Annam primum. Erat illis tranſeundus torrens Cedrorum, qui quia anguſtum ponticulum habebat, milites eo euntes deiecerunt CHRISTVM in torrentem, ita ut immerſus, ex eo biberit coactè. Ad quod Propheta alludens Pſalm. 109. De torrente, inquit,in uia bibet,propterea exaltabit caput. Deindè ad Caipham qui eius anni Pontificatum Pſeudopontifex pecunia ſortitus fuerat,pertrahitur. Vbi & cæteri ſacerdotes,Scribæ & ſeniores conuenerant. Sequebatur autem IESVM

Petrus

Petrus è longinquo, quia feruentior alijs erat, & præ cæteris CHRISTVM diligebat, ſequebatur à longè ex timore, fugere tamen noluit: propter promiſsionem medius manebat ac ſi unus eſſet ambulantium, ſcire uolentium tumultus cauſam. Vbi Hieron. Admirandus ubiq́ eſt Petrus, nam quod timet naturæ eſt, quod ſequitur dilectionis: quod negat obreptionis eſt, quod pænitet fidei. Sequebatur & alius quidā diſcipulus Ioannes, Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 1. cap. 28. qui cum notus eſſet Pontifici ob diuenditas ædes in Galilæa, ut ſupra in cœna Domini myſtica oſtendimus, intromiſſus eſt. Euthymius Græcus author, eandem fuiſſe domum Annæ cū domo Cayphæ aſſerit; quia enim ſocer erat, potuerunt una habitare. Petro aūt ad oſtium pauliſper expectante, impetrauit ille alter diſcipulus, ut & ipſi Petro ingredi liceret. Interea coram toto cætu Princeps Sacerdotum inquiſitionem doctrinæ CHRISTI inſtituit, non obijciens ei falſa dogmata, ſed iubens eum indicare quid nam docuerit? IESVS de iniquo cum proceſſu redarguens, quod uinctum iudicio ſiſterent, nec haberent quod obijcerent, ait: Se palam in templo, in Synagogis ac cœtibus Iudæorum ſemper docuiſſe, & prouocat ad ipſos auditores, à quibus quid docuerit eſſet audiendum, cum manifeſta ſit ſua doctrina. Hoc reſponſo dato, miniſter aſsiſtens, qui dicitur à quibuſdam fuiſſe Malchus, cuius ſanauerat auriculam ingratus accepti beneficij, audiens negligentiam Iudaicorum Sacerdotū carpi, alapam IESV impingit, dicens: Siccinè reſpondes Pontifici? Alapam dedit cunctorum Domino, ſed ſeruus nequam factus eſt in æternum opprobrium, & abominatio omniū æterno damnatus incendio. D. Ephrem Eccle. Diacon. de paſsio. Saluatoris, ſeruus furit, Dominus patitur. Iraſcitur ſeruus, Dominus in ſua benignitate perſiſtit. Indignationis aculeos rixamq́ tumultuantis animi CHRISTVS Rex ac Dominus noſter perfert benignitate ſua, & palma cæſus à ſeruo, cum omni manſuetudine prudenter reſpondit: Si perperam locutus ſum, de hoc profer teſtimonium, ſin rectè, cur abs te uapulo? Impleta eſt autem Prophetia quæ dicit: Dabit percutienti ſe maxillam. Deniq́ quidam ſubornati [a] teſtes prodeunt in medium, qui affirmant CHRISTVM docuiſſe, ſe poſſe ac uelle templum hoc manu factum deſtruere, & in triduo reſtaurare ſine manibus factum. Verum neq́ in eo teſtimonio conſentiebant. À Principe tamen falſorum Synagogæ Sacerdotum iureiurando obſtringitur, ut profiteretur an ſit expectatus ille CHRISTVS. Nam inter inconditas & diſſonas uoces, hoc IESVS mirabiliter elegerat ut taceret, ſciebat enim omnia malè interpretaturos. Cayphæ autem dicenti, Adiuro te per DEVM uiuum ut dicas nobis ſi tu es CHRISTVS filius DEI, ita ueraci & prouida authoritate reſpondit, ut ijſdem uerbis & infidelium cōſcientias cæderet, & credentium corda firmaret, ad omnem interrogationem eius referens, Tu dixiſti, addenſq́ quod ſequitur: Verum tamen dico uobis: amodò uidebitis filium hominis ſedentem à dextris DEI, & uenientem in nubibus cæli. Cayphas autem, ad exaggerendam auditi ſermonis inuidiam, ſcidit ueſtimenta ſua, & neſciens quid hac ſignificaret inſania, Sacerdotali ſe honore priuauit: CHRISTVM impium atq́ blaſphemum uocat, dignumq́ morte præiudicat. Vbi eſt Caypha rationale pectoris tui? Vbi eſt cōtinentiæ cingulum? Vbi ſuperhumerale uirtutum? Myſtico illo ſacratoq́ amictu ipſe te ſpolias, & proprijs manibus Pontificalia indumenta diſcerpis, oblitus præcepti illius,

[a] Sic iniqui teſtes doctrinæ noſtræ ſunt hæretici in cōcionibus Baptiſta (aium) de merito Chriſti nihil tenent, ſuis meritis & operibus regnum Dei volunt mereri.

quod legeras de Principe Sacerdotum: De capite ſuo cidarin non deponet, & ueſtimenta ſua non diſrumpet. Tu uero, à quo alienabatur hæc dignitas, ipſe tibi es executor opproprij, & ad manifeſtandum finem ueteris inſtituti, pertinet eadem diruptio Sacerdotij. S. Leo Papa in Sermo. de paſsio. Domini. His à Caypha dictis, in caput ei plagæ impinguntur, (D. Bernhardus in domo Annæ tricies percuſſum CHRISTVM aſſerit, in domo uerò Cayphæ quadragies) facies conſpuitur, atq; per noctem totam omni ludibrij genere per uinum & temulentiam importunorum hominum probriſq; & contumelijs afficitur. Velarunt & faciem IESV, ut quia diceretur Propheta indicaret quis percuſsiſſet. Velarunt illum, non tam ut ſic illuderent ei, ſed propter reuerentiam faciei in quam nudam nemo poterat quamuis impius percutere. Prædixerunt autem multo plures calumnias Prophetæ, quã expreſſerunt Euangeliſtæ, crinibus enim tractus fuit: Vnde Dauid, Multiplicatæ ſunt manus ſuper capillos meos. Item barbam traxerunt, dicitur enim: Porrexi caput faciem ferientibus & genas meas uellentibus.

In inferiore interim atrij parte, miniſtri congeſtis & accenſis prunis, propter nocturnum frigus ſe calefaciunt. Ad eos Petrus rerum finem expectare uolens accedit calefaciendi ſui gratia. Eum conſpicata ancilla tanquam ignota alloquitur: Et tu IESV Galilæi es diſcipulus? Quid nunc hic agis? Vides quomodo tractent tuum Magiſtrum, quid putas de te futurum? Tu fuiſti cum illo, idem te manebit periculum. Ad ſimilitudinem hic Euæ, Petrum oſtiaria mulier decepit, & ſicut Adam primum hominem fœmina, ita & Apoſtolorum Petrum primum Pontificem Noui Teſtamenti fœmina circumuenit: Ambroſ. Sermo. 66. de B. Apoſtolo Petro. Petrus ſe neq; notitiam eius hominis habere ait, nec ſcire quid dicat, magno enim terrore perculſus erat, non tantum quia fœminam audierat loquentem, ſed quia circumſeptus erat periculis, ferire non licebat ex mandato Domini, fugere non potuit præpeditus à ſatellitibus, & percuſſerat unum de ſeruis illius, quã ob cauſam ſolam erat conijciendus in carcerem. Paululum itaq; in atrium excedit à colloquio militum abiens, ne daretur amplius negandi occaſio. Et alia ancilla Petrum uidens, (loquebantur quidem plures ut in tumultu fieri ſolet, ſed tamen illa ancilla præ cæteris eum accedens,) dicit ipſum cum IESV Nazareno fuiſſe, ſed Petrus iterum negat, ſe nõ eſſe, neq; hominẽ nouiſſe, addito etiam iuramento: interea gallus cantarat Petro non audiente. Poſt horæ interuallum, alij eum de eadem re inſimulant, idq; ex ſermone manifeſtum eſſe. Cognatus etiam Malchi, aſſeuerat ſe ipſum in horto conſpexiſſe, tunc deteſtari Petrus & iurare incipit, ſe non eſſe eius diſcipulum, neq; nouiſſe. Et continuò gallus ſecundò cantauit. Nec hac trina negatione Petrus amiſerat fidem pro qua orauit CHRISTVS, ſed fidei profeſsionem. Et conuerſus IESVS Petrum eſt intuitus, tum primũ CHRISTI uerbum agnoſcens Petrus quid euenturum ſuper cœnam dixerat, foras ſe conferens, amare fleuit. Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 18. Sic Helias in peccatum exiguum quidem permiſſus eſt incidere ut benignus eſſet quemadmodũ & eius Dominus; & quã indulgentiam in ſe fuerat expertus eandem & in alios oſtenderet. Et ita DEVS permiſit in peccatum quamuis exiguum incidere columnas illas Petrum & Heliam, propugnacula & turres, ne, ſi omnino fuiſſent iſti à peccatis liberi, omnes ab Eccleſia excinderent, neq; cum uiderent aliquem

peccantem,

peccantem, immites & inhumani eſſent, ſed ſuorum etiam peccatorum memores, quam illi à Domino benignitatem impetrarunt, eam & ipſi libenter alijs impartirent. B. Chryſoſtom. Homel. in S. Petr. Apoſt. & Heli. Prophetam. Eſt eadem ſimilitudo deceptionis in Petro quæ in Adamo fuit. Ibi diabolus Adamum per Euam ſuperat, hic Petrū uincit per oſtiariam. Fuit enim in Paradiſo delitiarum diabolus, nec defuit in prætorio Iudæorum. Ibi immittebat Sathanas ſerpens, hic Iudas coluber perurgebat. Accepit à Domino uterq; mandatum, Adamus ne tangeret, Apoſtolus ne negaret. Ille ne lignū ſcientiæ præſumeret, hic nec Crucem ſapientiæ præteriret, ſed transgrediens uterq; præceptū pari modo delinquunt. Guſtat ille quod non licet, loquitur iſte quod non decet: & tamen facilior negatio Petri quàm, Adæ præuaricatio, citius enim Apoſtolo quàm protoplaſto ſubuenitur. Hunc etenim DEVS ad Veſperum requirit errantem, illum Dominus pullorum cantu denegantem. Adam reus facti nudus erubuit, Petrus conſcius dicti correctus ingemuit. Ille tanquam deprehenſus feſtinat ad latebras, non quod conſpectum Domini latere potuerit, ſed quod peccatrici conſcientiæ nullus locus tutus uel certus ſit dum metuit deprehendi, hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrymas. Ambroſ. Sermo. 46. de B. Apoſtolo Petro. Cum Petrum inſtantis ſæuitiæ uehementior procella turbaſſet, ad reparationem, uigoris, celeri mutatione conuerſus eſt, ſumens de exemplo remedium, ut tremefactum repentè membrum, rediret ad ſui capitis firmitatem. Non enim poſſet Domino ſeruus, & magiſtro maior eſſe diſcipulus, qui humanæ trepidationem fragilitatis non uinceret, niſi uictor mortis ante triumphaſſet. Reſpexit ergo Dominus Petrum, & inter calumnias Sacerdotum, inter falſitates teſtium, inter cædentium & conſpuentium iniurias conſtitutus, illis turbatum diſcipulum oculis, quibus eum præuiderat eſſe turbandum, & in illum conuerſa eſt ueritatis inſpectio, ubi erat cordis facienda correctio, quaſi quædam illi uox Domini inſonaret, ac diceret: Quid habes Petre? Quid in tuam conſcientiam recedis? Ad me conuertere, in me confide, me ſequere, meæ paſsionis hoc tempus eſt nondum tuæ. Venit hora ſupplicij quid metuis, quod etiam ipſe ſuperabis? Non te confundat infirmitas quam recepi, ego de tua fui trepidus tu de mea eſto ſecurus. S. Leo Papa in Sermo. de paſsio. Domini. Reſpexit Dominus & apertis oculis Petri emendauit errorem, quia ſcriptum eſt. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Petrus prorupit ad lachrymas, fleuit & tacuit, quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari, & quod defendi non poteſt ablui, poteſt. Lauat enim lachryma delictum, quod uoce pudor eſt confiteri. Petrus iam non utitur ſermone quo feſellerat, quo peccauerat, quo fidem amiſerat, ne per id ei non credatur ad cōfitendum, quo uſus fuerat ad negandum, ac per hoc mauult cauſam ſuam flere quam dicere, & quod uoce negauerat, lachrymis confiteri? Tacuit Petrus, ne tam cito ueniæ poſtulatio per impudentiam plus offenderet quam impetraret, ſolet enim citius mereri indulgentiam qui uerecundius deprecatur. Nam in omni culpa (*Si in omni culpa ante flendum eſt, & ſic precandum, ergo in omni culpa requiritur ſatisfactio.*) ante flendum eſt, & ſic precandum. Nec nobis Apoſtolus nocuit, quod negabit, ſed plurimum profuit quod emenda-

emendauit: Ambroſ. Sermo. 46. de B. Apoſt. Petro. In ipſo autem loco, ubi poſt negationem fleuit Petrus & pœnitentiam fecit, in memoriam amari fletus & pœnitentiæ eius ædificata eſt Eccleſia S. Petri, qui locus eſt inter montem Syon & ciuitatem Hieruſalem, ut traditio habet. D. Clemens teſtatur Petrum habuiſſe ſulcos quoſdam oculorum pręnimio fletu, quotieſcunq́ enim audiuit gallum cantantem, fleuiſſe aſſerit in lib. Recognit.

Mane autem facto, Conſilium inierunt omnes Principes Sacerdotum & Seniores populi aduerſus IESVM, ut eum morti traderent. Hoc mane Iudæis non ortus lucis contigerat, ſed occaſus, nec eorum oculis ſolitus dies prodijt ſed impijs mentibus nox terrę cæcitatis incubuit. Hoc mane illis templum & Altaria diruit, legem & Prophetas ademit, regnum & Sacerdotium ſuſtulit, in luctum æternum omnia feſta cōuertit. Inire enim inſanū cruentumq́ conſilium tauri pingues, uituli multi, frementes beſtiæ, canes rabidi, ut morti authorem uitæ & Dominum gloriæ traderent, & tanquam eſſet furoris eorum immanitas, ſi eius ſententia qui prouinciæ eorum præſidebat uterentur. S. Leo Papa in Sermo. de paſsio. Domin. Et uinctum IESVM ad Pilati iudicium deduxerūt, cum ſe DEI filium profiteretur actionem abrumpentes, omneſq́ ſe nullo amplius teſtimonio indigere iudicantes. Tunc uidens Iudas quod IESVS damnatus eſſet, cum uidiſſet eum uinctum ex Cayphæ domo ad Pilatum duci, feria ſexta ſummo mane pœnitentia ductus quæ mortem operabatur, & pro ſpe miſericordiæ deſperationem incutiebat, non enim putarat eo rem uenturam, retulit precium (triginta argenteos) Principibus Sacerdotum & ſenioribus populi, uidens reſtituendum eſſe quod malè acquiſierat, & coniectis in templum argenteis: Peccaui, inquit, ſanguinem iuſtum uobis tradens. At illi deridentes eum dixerunt: Quid ad nos de peccato tuo, qui non ſumus rei in hoc facto? Tu uideris & ſenties te peccaſſe. Deſperatus itaq́ abiens, laqueo ſe ſuſpendit, crepanſq́ medius inteſtina effudit. Non enim debuit per os exire fœtida anima, quo oſculatus erat CHRISTVM. Nec debuit mori niſi in aëre, indignus qui cum cœleſtibus communionem haberet & cum terreſtribus. Hic adiungit Oecomen. Act. cap. 1. traditionem ex Papia diſcipulo Ioannis Euangeliſtæ, quod Iudas ſuſpendio non mortuus fuerit, ſed fracto laqueo palpitans uiuus iacuerit per aliquot dies, & intumuerit in agro ſui prædij, & quod uenerit quidam auriga qui grauem currum ſuper uentrem Iudæ direxerit, ut creparet medius. Et perijt memoria illius cum ſonitu, ſepultus ſepultura aſini & hæreticorum. In hunc locum Hieron. Plus peccauit Iudas ſuſpendendo ſe quàm tradendo CHRISTVM: Venditio enim aut traditio erat cōtra humanitatē CHRISTI, deſperatio contra diuinitatem: Venditio erat peccatum in filiū, deſperatio uero peccatum contra Spiritum ſanctum. Dixeruntq́ Sacerdotes, quia non liceret ipſos argenteos mitti in corbonam, ex eo enim quod mittebatur in corbonam ſiue gazophilatium, uiuebant Sacerdotes, nolebāt ergo lucrum iniquū in illam mittere, quia precium ſanguinis & mortis erat, hoc eſt, quod dicebat de illis CHRISTVS: Colantes culicem camelum deglutitis. Solliciti ualde erant nè mitteretur ſanguinis precium in corbonam, nè contaminarentur, & interim ipſum Meſsiam in Crucem tradebant. Hinc S. Leo Papa in Sermo. de paſsio. Domin. ad Iudæos uerba contorquens, Talis, inquit, illic ueſtra obſeruantia fuit, ubi precium quod uobis

CHRISTI

CHRISTI uenditor reportauit, mitti in gazophylacium noluiſtis, cauentes ſcilicet, ne ſacros loculos pecunia cruenta pollueret. Cuius cordis eſt iſta ſimulatio? Sacerdotum conſcientia capit, quod templi archa non recipit. Refutatur illius ſanguinis taxatio, cuius non timetur effuſio. Et concilio inter ſe habito emerunt ex eis agrum cuiuſdam figuli, in ſepulturam peregrinorum qui dictus eſt Achaldemach, ager ſanguinis in deteſtationem proditoris Iudæ, & memoriam paſsionis IESV CHRISTI. Non autem in hunc finem emerũt agrum Iudæi ut peregrini ſepulturam haberent, ſed ad infamandum CHRISTVM quod triginta argenteis uenditus fuiſſet, & pro ijs emptus ager, egregium in peregrinos opus. Recidit autem in illos infamia ipſa.

Iudæis prætorium non ingredientibus, ne aliquid impuritatis contraherent ob feſtum Paſchalis agni qui ſub ueſperam comedendus erat, foras Pilatus exijt, accuſationem in IESVM recepturus. O impia cæcitas, habitaculo contaminantur alieno, & non contaminantur ſcelere proprio. Alienigenæ iudicis prætorio contaminari timent, & fratribus innocentis ſanguinem effundere non timent, ut ibi Auguſtin. Et dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum, nos qui ſumus tantæ religionis & autoritatis, iam condemnatum tradimus tibi puniendum. Pilatus quaſi indignatus, ſciebat enim eos per inuidiam ipſum tradidiſſe, dixit eis: Accipite eum uos, & ſecundum legem ueſtram iudicate eum, ſi ſufficit ueſtra examinatio, ſufficiat ueſtra ſententia. Reſponderunt Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam propter poteſtatem ad alios tranſlatam. Verum accuſationem, nè in ea parte moremur paucis accipe: ſubuertit populum noſtrum, uetuit tributa pendi Cæſari, dixitq́ ſe CHRISTVM Regem eſſe. Præſes, recepta accuſatione prætorium ingreditur, & uocato ad ſe IESV, quærit an ſit Rex Iudæorum? timebat enim, nè Iudæi ſcriberent literas ad Tiberium, Pilatum dimiſiſſe ſeditioſum hominem qui ſe Regem facere uoluiſſet. IESVS reſpondet ſe eſſe Regem ſed non de hoc mundo. Nullo crimine deprehenſo, prodit iterum ad populum Pilatus, de innocentia IESV publicè teſtimonium perhibens. At illi ſeditioſum eſſe hominem prodiderunt, qui à Galilæa exorſus, doctrina ſua motus in populo ad Hieroſolymas uſq́ pertingentes, ſuſcitauerit. Pilatus audita Galilæa, eò quod CHRISTVS etiam Galilæus eſſet, mox occaſionem cœpit eum dimittendi, & iuſsit eum ad Herodem abduci, qui tum commodum Hieroſolymis erat. Fuit is magni Herodis filius, qui toto regno ſuo pueros ob CHRISTVM uno die ſuſtulit. Vbi expectatus IESVS ut portenta æderet, conticuit. Itaq́ indutus ueſte alba, ludibrio habetur ab Herode omniq́ exercitu, atq́ ad Pilatum Præſidem remittitur ac tum demum Herodes, cui haud obſcuræ cum Pilato inimicitiæ interceſſerant, in gratiam cum eo redijt. Myſticè hic obſeruandum occurrit, quod Pontifex noſter CHRISTVS, in ſua paſsione habuit omnia ᵃPontificalia, quæ in memoriam paſsionis CHRISTI hodiè geſtant Pontifices. Amictum ſuſcepit cum uelatus eſt coram Caypha à Iudæis. Albam habuit ueſtem, cum alba ueſte indutus eſt ab Herode. Caſulam accepit, cum milites circumdederunt ei purpureum ueſtimentum coram Pilato. Et ne quid ſibi deſit, cingulum habuit cum ad columnam ligatus eſt. Stolam habuit, quandò ad collum ligabatur. Manipulum habuit, quando cum fune manus eius conſtringebantur, ſed hic ſolutus eſt, quandò ei arundinẽ in dexteram dederunt,

ᵃ Heretice, ornatus ſacrificij Miſſæ à Chriſti paſsione originẽ habet. Fieri enim Miſſam in memoriam eius uoluit, id q̃d inuerſitate magis exprimi- tur, cũ exterior cultus ad interiorẽ accedit.

& funis manſit pendens in ſiniſtra, ad quod deſignandum manipulus ponitur in brachio ſiniſtro. Coronam ſpineam ſupra caput habuit, pro mitra pontificali, & arundinem in manu, pro baculo paſtorali. Chirotecas autem habuit & ſandalia, cum manus eius & pedes fuerunt ſanguine rubricati.

Pilatus innocuum liberare pro uirili adnitens, conſuetudinem Iudæis ſolennem, qua in Paſchali celebritate uinctum aliquem illis dimittere ſolebat, fauori ſuo prætexuit, offerens inſignem latronem ut CHRISTVM peterent. At illi in diuerſum nitentes, Barrabam quendam ob ſeditionem & homicidium carceri traditum, uinculis eximi cupiunt, IESVM uerò uoce increbeſcente, cruci affigi deſiderant. Præſes autem, lenire illorum ſæuitiam uolens, nudatum ueſte, ut quemadmodũ Adamus nudus peccaſſet, CHRISTVS nudus lueret & ſolueret peccatum, flagris cædi iuſsit. Numerantur ex quadam reuelatione ex uita CHRISTI 5490. fuiſſe uulnera ex ſingulis ictibus. Gabriel Bielus opinatur CHRISTVM bis flagellatum, & bis coronatum, & bis illuſum. Flagellatus primo ad columnam, deinde in terra iacens, ex Auguſtin. in Homel. de paſsio. Domin. hac ratione ut abſolueretur, ſi non à pœna, tamen à morte: quod cum monſtratum fuit Iudæis non contentis, crucifigendus erat. Erat autem mos Romanis, ut crucifigendi prius caſtigarentur. Atqui cum iam Pilatus caſtigaſſet CHRISTVM, et oſtenſo eo interceſsiſſet mora, caſtigatus iterũ, crucifigebatur, Corona ex ſpinis mox ceruici impreſſa quod ſe Regem dixiſſet, & arundo dextræ tradita, corpus multis atq; adeo horrendis plagis contuſum eſt, ſalutariq; à militibus Rex Iudæorum ceptus per ludibrium. Percutiebant arundine caput pauendum dæmonibus, tremendum ac reuerendum cunctis cœlorum uirtutibus, & uenerandum ſanctis omnibus, caput benedictum in ſecula, à quo omnis benedictio, non ſolum in barbam, uerum etiam in oram ueſtimenti totius Eccleſiæ manat.

Pars aliqua de columna flagellationis CHRISTI, in Cathedrali B. MARIÆ Deiparæ uirginis templo Spiræ in ſumma Ara cum multorum CHRISTI comitum ſanctiſsimis reliquijs repoſita colitur: Annal. Spiren. Vuoffgang **Baur** in uit Præſul. Nemetocernæ, Ioann. **Mütterſtatt** in Epiſc. Spiren. Oſtenditur & alia huius columnæ pars Romæ in Eccleſia S. Praxedis: maior uerò pars Hieroſolymis fertur eſſe in Eccleſia montis Syon, quæ ſecundum uenerab. Bedam, dominici cruoris uſq; hodiè cernentibus ueſtigia certa demonſtrat. Et (quod S. Gregor. Turonen. Archiepiſc. in lib. in glor. plurimor. Martyr. ædito cap. 7. aſſerit) ad hanc columnam multi fide pleni accedentes, corrigias textiles faciunt eamq; [a] circumdant, quas rurſum pro benedictione recipiunt, diuerſis infirmitatibus profuturas.

[a] Hanc Chriſtianã maiorũ noſtrorũ deuotionẽ, quã hodie in pleriſq; derident hæretici, gratiã Deo ſemper fuiſſe, docent miracula ſecuta.

Ipſas ſentes de ſpinea CHRISTI corona quaſi uirides apparere, & licet uideantur aruiſſe ſolijs, quotidiè tamen reuireſcere uirtute diuina S. Gregor. Turonen. Archiepiſc. lib. in glor. plurim. Martyr. edito affirmat cap. 7. Cum diſtraherentur hæ ſpinæ ad diuerſas mundi plagas, aliqua earum quam nos uidimus, ad præclarum S. Crucis intra muros Imperialis ciuitatis Donauerdæ ſitum, Danubianæ perinſulæ, Benedictinæ profeſsionis Monaſterium peruenit, quæ inſigni monumento argenteo magni ponderis, quod Monſtrantium uocant, à D. Maximiliano eius nominis

primo Imperatore incluſa, quotannis ferè ſexta feria Paraſceues, ſanguineis rubeſcere quaſi [b] guttulis apparet, ut à fide dignis accepimus, huius rei teſtimonium & totus Cœnobij conuentus, & urbis Senatores complures tibi perhibent. Fuit & una de ſpinis Rhodi, quæ floruit feria ſexta hebdomadæ ſanctæ, ut in theorematis fidei Picus Mirandula ſcribit. Reſeruantur quoq; Spiræ Nemetum in almæ Theotocu Virginis templo quatuor ſpinæ de corona CHRISTI. Annal. Spiren. Vuolffg. Baur inuit. Præſul. Nemetocernæ. Ioann. Mütterſtatt in Epiſc. Spiren.

[b] Quãdo igitur non ceſſat Deꝰ per iſtas ſanctas reliquias miraculũ agere, utiq; gratũ illi eſt eas in ſummo honore reſeruari.

Exuit ergò iterum Pilatus de prætorio ad Iudæos & dixit eis: Ecce adduco uobis eum foras ſatis ſuperq; caſtigatum, nihil in eo culpæ deprehendens: & commiſeratione motus dicit, Eccè homo. Si Regi inuidetis, iam parcite quia deiectum uidetis: flagellatus eſt, ſpinis coronatus eſt, ludibrioſa ueſte amictus eſt, amaris conuicijs illuſus eſt, alapis cæſus eſt, ferueat ignominia friGeſcat inuidia: ut ibi Auguſtin. Nam coniunx quoq; Præſidis Procle (Niceph. ſacr. Hiſt. lib. 1. cap. 30.) in ſomnis multa ob IESVM uirum iuſtum paſſa, de illo palam prædicabat. Cæterum obſtinati eiuſdem tenaces propoſiti, cruci affigendum clamant, & ſi hunc dimiſeris aiunt, non eris amicus Cæſaris. Lauit mox manus Pilatus, immunem ſe eſſe ab innoxio ſanguine conteſtatus. Verum illi, ſibi & filijs ſanguinem CHRISTI imprecati, ad condemnandum cruci IESVM Præſidem impulerunt. Pœnam debitam ſibi imprecantes. Si qua culpa eſt in illius damnatione, nos omnia feremus cum filijs noſtris & poſteris. Sed fruſtra funeſte Iudex manus in prætorio abluis, à ſanguine Domini te profitens innocentem. Tu ipſe cauſam mortis cum diligenter inquiſieris, te non inueniſſe in eo ſateris, ipſa coniunx tua, Nihil tibi & iuſto huic eſſe mandauerat, quod utiq; per os eius imminere ſibi iudicium dœmones teſtabantur nõ excuſas ſed accuſas, cauſam tibi ſacis cum Iudæis communem. Illi ſe proditione, tu parricidio te condemnas. Illi lingua, tu ferro occidis, tam te quam illos inauditæ crudelitatis ſcelus inuoluit. Venict anima tua in manus iudicis quem condemnas, fractiſq; tribunalibus tuis iudicaberis & demergeris in profundum inferni, eruntq; tibi & Iudæ ſcelerato in tenebris & gehennalibus flammis penæ immedicabiles, in conſumptibiles ignes, dolores perpetui & tormenta æterna. B. Cyprian. de CHRISTI paſsio. Itaq; lata de CHRISTO ſententia, indutus ſuis ueſtibus, eductus inter duos latrones Dominus, Crucem ipſe ſibi ad locum publici ſupplicij geſtare cogitur, ut impleretur dictum Prophetæ: Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Sed & cum penè uiribus deſtitueretur, Symonem quendam Cyrenenſem, Alexandri & Ruffi parentem fortè prætereuntem, apprehendunt, eumq; qui cogunt ut IESVM in portanda cruce iuuaret. Fuit autem ille Cyrenæus ex gentilibus factus poſtea diſcipulus Apoſtolorum. Sequebatur ingens multitudo, & inter eam matronæ quædam à Galilæa, hæ iunctæ Hieroſolymitanis, miſerè Domini uicem deplorabant. IESVS ſub Cruce ad eas conuerſus, iuſsit ut ſe ac ſuos magis lugerent liberos, qui ceu lignum aridum pœnis eſſent digniſsimi. Ventum eſt ad ſupplicij locum quem Golgotha, hoc eſt caluariæ ſeu craneorum locum appellauerunt: ibi milites IESVM ueſtibus ſpoliatum, crudeliſsimè expanſum ad crucem, extenſis neruis & uenis, ac protenſis oſsibus & iuncturis perforantes manus ac pedes affigunt. Præbent CHRISTO uinum myrrhatum

ac felle permixtum, moris enim erat in Palæſtina, ut ultimo ſupplicio afficiendi recrearentur optimo uino, ſed tortores ebiberant uinum, & dabant aliud myrrha & aceto mixtum. Verum eo guſtato, noluit bibere, nè ſolatij aliquid haberet, quod fit inter bibendum quamuis rem amaram: ſed uoluit pœnam ſentire peccati quod patrarant guſtu Adamus & Eua. Et quia peccarat uterq; ſexus & duo erant peccata, propterea bis guſtauit Dominus potionem. Traditio quædam habet, quod Crux iacuerit in terra, & CHRISTVS uno clauo in eam fixus non potuerit altera manu pertingere ad foramen factum: proindè funibus eum ita eſſe diſtractum ut omnia oſſa dinumerata illi fuerint ſicut eſt in Pſalm. 21. Affixus Cruci, inter duos latrones medius pendebat omnium iniurijs & probris expoſitus. Titulus à Pilato impoſitus eſt Cruci IESV Iudæis multum repugnantibus, idq; Hebraicis, Græcis & Latinis literis, ut diuerſarum linguarum homines, qui ad diem feſtum conuenerant, legere & intelligere poſſent cauſam mortis ipſius.

IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.

Crux ſancta quindecim erat longa pedes ex traditione & ex quatuor lignorum generibus confecta, Palma, Cedro, Cupreſſo & Oliua, undè uerſus antiquus:

Ligna Crucis palma, cedrus, cypreſſus, oliua.

Stipes ſiue truncus in rupe defoſſus, cui Crux erat infixa, de Cedro: palus ſiue lignum erectum, de Cupreſſo: lignum tranſuerſum, de Palma: tabula uero ad uerticem affixa, erat de oliua. Signat autem myſticè Cedrus, altitudinem contemplationis. Cupreſſus, famam bonæ conuerſationis. Palma, fructum iuſtitiæ. Oliua promptitudinem miſericordiæ. Hanc Crucem præfigurauit uitæ lignũ quod in paradiſo plantatum eſt à DEO. Nam poſteaquam per lignum mors allata eſt, oportebat per lignum donari uitã & reſurrectionem. Iacob adorans ſummitatem uirgæ alternatis cancellatiſq; manibus filios Ioſeph benedicens, ſignum Crucis manifeſtiſsimè deſcripſit. Virga Moſayca in ſimilitudine Crucis mare percuſsit, & ſaluauit Iſraël. Pharaonem autem ſubmerſit. Manus cruciformiter extenſæ, Amalech repulerunt. Ligno, amara aqua dulcis facta eſt, & petra rupta, & profundens fluenta. Virga Aaron, ſacri Pontificatus inſigne fuit. Magnus Moyſes clamauit: Videbitis uitam ueſtram pendentem in ligno ante oculos ueſtros. B. Damaſcen. lib. 4. cap. 12. de orthodoxa fide. De ligno ſanctæ & uiuificæ Crucis, & CHRISTI clauis ſuis dicturi ſumus Centenarijs.

Figuræ crucis in uete. Teſta.

IESV iam in Crucẽ acto, milites ueſtimenta ſibi rapiũt ſorte in ijs partiendis iacta. De tunica beati corporis non conſuta, deſuper contexta per totum, quæ iuxta Dauidicũ uaticinium ſub ſorte iacuerat, Greg. Turon. Archiep. in lib. in glor. plurimor. Martyr. edito cap. 8. hæc cõmemorat: Ferunt in Ciuitate Galathæ, in Baſilica quæ ad ſanctos Archangelos uocitatur, retineri, eſt enim hæc ciuitas ab urbe Conſtantinopolitana quaſi milibus centũ quinquaginta, in qua Baſilica eſt cripta abdiſsima, ibiq; in area lignea hoc ueſtimentũ habet incluſum. Quæ arca à deuotis atq; fidelib. cũ ſumma diligentia adoratur, non immerito digna quæ hoc ueſtimentũ retineat, qđ Dñicum corpus uel cõtingere meruit uel uelare. De Chr̃i tunica Treueris reperta ſuis dicem* Centenarijs.

Vide etiã arcam ligneam adorari quæ Dominicũ cõtinet ueſtimentum.

Nec CHRISTVS ſolitæ in omnes beneuolentiæ oblitus, orat pro ſuis hoſtibus.

hoſtibus. Pater, inquit, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Stabant autē iuxta Crucem mater eius, ſpectatrix horrendi ſupplicij & tormentorū in filio, ſoror matris IESV Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Adeſt & Ioannes quē diligebat, cui matrem ſuam commendabat, mulierem appellans, ne quid affectibus humanis tribuere uideretur, qui patris cæleſtis iam ageret negociū. Prætereuntes aūt conuicia in IESVM iaciebant dicentes, uah qualis templi deſtructor, ſi filius DEI es, de Cruce iam te libera; fecerunt aūt hoc diaboli inſtinctu, olſecerat enim quorſum CHRISTI paſsio tenderet. Vnus aūt de facinoroſis, qui ſimul erat crucifixus, & ipſe inter ſuum ſupplicium CHRISTVM ridet dicens: Si tu es CHRISTVS, libera te & nos. Sed alter pendens ex Cruce, increpat eum quod non timeat DEVM, ſe quidem iuſtè puniri, ſed CHRISTVM nihil mali feciſſe, & conuerſus ad IESVM, Domine, inquit, memento mei cū ueneris in regnum tuum. Cui CHRISTVS: Hodiè mecum eris in Paradiſo. Deputatus eſt inter impios CHRISTVS, quorum alter aſſumptus, alter reprobatus eſt, ut daretur exemplum & forma indiſſolubilis manans in poſteros, quia nec in ultimis DEI clementia pænitentes excludit, nec ulla hora ſera eſt cui compunctio diſtricta occurrit, nec eos, qui uitæ ſuæ quocunq; articulo temporis ueri ſunt iudices, iterū iudicari, quia cū iudicis & tortoris uices nō parcens peccator aſſumit, ſemetipſum perſequens dum confeſsionē confuſione honorat holocauſti huius incenſio in cōſpectu DEI ueniam impetrat. Neq; enim bis in idipſum iudicat DEVS, ſed impænitētes ipſe iudicat & damnat: pœnitētes uerò, quia à ſeipſis ſuſcipit, iudicatos abſoluit neq; iudicio quod pœnitētiæ humanæ ſeueritas protulit aliquid iuſtitia cœleſtis apponit. Iudicati ſunt Ægyptij, cū in redeuntibus ſuper ſe maris fluctibus inuoluerentur, iudicati Sodomitæ, cū ſubuerſis eorum Vrbibus flammis ſulphureis cremarentur, ſed in eiſdem ſubuerſionibus gemerent pœnitentes temporali pænæ æternalis non ſuccederet pæna, ſed eſſet eis pro remedio ſupplicium & pro abſolutione tormentum nec contritos corde æternum contereret & aggrauaret iudicium. Sic in Cruce latro confitens, nō tantum indulgentiā meruit, ſed CHRISTI familiaris effectus, præmiſſus eſt in Paradiſum, & factus eſt particeps regni, per cōfeſsionem, factus collega martyrij. Illi uerò blaſphemo, quia de Domini deſperauit potentia, nulla potuit ſubuenire clementia, nec potuit illi Crucis prodeſſe conſortium, cuius malitiam non expiabat pœnitentiæ lauacrum. Cypria. in Sermo. paſsio. Domini Latronū nomina fuiſſe, dicuntur Diſmas & Geſtas, hinc ille uerſiculus.

Diſmas & Geſtas medio in diuina maieſtas.

Diſmam dicit Auguſtin. Baptizatum aqua CHRISTI quæ effluxit ex latere, tangens corpus illius, ſuffeciſſet quoq; baptiſmus flaminis. Remiſcens latro deuotione fidei ſcelerum ſuorum & pænitudinem gerens, CHRISTVM in Cruce poſitum credit, & paſsio quæ alijs ſcandalum fecit, illi ad fidem proficit. Meretur Paradiſum, qui Crucem CHRISTI non putauit eſſe ſcandalum ſed uirtutem. Dominus huic donat Paradiſum, qui quem Iudas Iſcarioth in hortulo Paradiſi diſtraxerat, hic in Crucis patibulo confitetur. Confitetur latro quem diſcipulus abnegauit. Latro honorificat patientem, quem iudas prodidit oſculantem. Ab hoc pacis blandimenta uenduntur, ab illo Crucis uulnera prædicantur.

N 3 Cum.

Cum de uulneribus Domini profluens ſanguis cernitur, tunc de poteſtate eius uenia poſtulatur, tum uidetur eius humilitas, tunc magis timetur eius diuinitas. Cum morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia defertur. Iſte fidelis latro non credidit moriturum, quem annuntiat regnaturum: non putat ſubdendum inferis, quem Dominum confitetur in cælo: non arbitratur eum apud tartarū detineri, à quo etiam poſtulat liberari. Cernat licet hiantia uulnera, ſpectet ipſius ſanguinem profluentem, DEVM tamen credit, cum reum neſcit: iuſtum ſatetur, quem non meminit peccatorem. Intellexit quod pro alienis peccatis has plagas ſuſciperet, pro alienis ſceleribꝰ hæc uulnera ſuſtineret. Plus in Cruce latro CHRISTVM diligit, quam Iudas dilexit in cæna: ille per cibum ſupplantat magiſtrū, hic credidit Dominum per dolorem. Ambroſ. in uit. S. Latronis Sermo. 44. Chryſoſtom. in uit. S. Latronis. Euſeb. Emiſſen. de S. Latrone.

Melancthon blaſphemat hoc loco Chriſtum deſperaſſe atq; hinc in deſcenſu ad inferos paſſum ob hoc peccatū pœnas infernales ſicuti Caluinus & Schmidelinus in concione Auguſtæ excuſa ſcribunt.

Et circa horam nonam in Cruce CHRISTVS clamat Eli Eli Lamaſabathani, hoc eſt, DEVS meus DEVS meus, quarè me dereliquiſti in eo quod à tortoribus uexor, quod Iudæi me crucifigunt, cur non ex his cūpoſsis calamitatibus me eripis? Non loquebatur autem hic DEITAS quæ paſſa non fuit, quia diuinitas in CHRISTI paſsione ſemper illæſa manſit, ſed loquitur humanitas, quæ uidebatur derelicta & dolorem ſuſtinuit. Quidam uerò his auditis, putarunt eum Heliam inclamare, & eum irriſerunt. Hic colligunt expoſitores ea ætate fuiſſe in Eccleſiæ praxi Sanctorum inuocationem alias non ueniſſet illis in mentem dicere quod Heliam uocaret.

Cum uerò iam finem ſuum inſtare animaduerteret, IESVS ſe ſitire clamabat, ex quo mox quidā ſpongiam arundine impoſitam, aceto ac hyſſopo implet, ciq́ porrigit, guſtato aceto dicit, Conſumatum eſt, & iterum uoce magna, demiſſo capite in pectus, patrem affatus: In manus, inquit, tuas commendo ſpiritum meum, per quod uoluit nobis declarare quod Sanctorum animæ ſtatim in manus DEI aſcendunt, nam prius ab inferis omniū animæ tenebantur, donec uenit qui captiuis redemptionē prædicauit. Vnde in hunc locū Cyrill. Hæc uox edocet quod animæ Sanctorū non deinceps in inferno clauduntur ut prius, ſed apud DEVM ſunt huius rei facto CHRISTO principio. Et inclinato capite, tradidit ſpiritū. Hoc ſolius CHRISTI eſt, reliqui enim homines uelint nolint, coguntur pati ut ſegregetur anima à corpore. CHRISTVS autem, ut declararet ſe ultrò mori, emiſit ſpiritum, anteuertit enim eos qui uenturi erant & fracturi crura.

De ſpongia Domini noſtri IESV CHRISTI in Ara ſumā Cathedralis B. Virginis Nemetum urbis templi aliquid continetur. Vuolffg. Baur in uit. præſul. Nemetocern. Annal. Spireñ.

A ſexta aūt hora in meridie, diuidendo diem in duodecim partes, tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terrā, quia enim agnus innocēs & uerus ſol iuſtitiæ eclipſim patiebatur, ſol iſte uiſibilis clariſsimum mundi lumen, factori ſuo cōpatiens, lucis ſuæ radios retraxit & occultauit, nō ualens intueri pendentē Dn̄m ac mortis eius uilitatē & acerbitatē. Lucidus ſol ex alto cæli axe contumeliā Dn̄i pendentis in Cruce cōſpiciens, immutatus à facie cōtraxit lucis ſuæ igneos radios, iniuriamq́ Dn̄i uidere nō ſuſtinens, mœrore ſe ueſtiuit & tenebris. S. Ephrem Ediſſen. Diacon. de paſsio. Saluatoris, unde Chryſoſtom. ſup. Math. Sol obſcuratus eſt, nō enim ferre poterat creatura iniuriam creatoris,

retraxit

retraxit radios ſuos, celauit igneum iubar, ne uideret impiorũ facinora. Omnes Sancti patres, ſuper uniuerſam terram & totum mundum has tenebras fuiſſe diffuſas edocent. Teſtatur hoc Lucas Act. cap. 17. ubi cum Athenis fuiſſet Paulus, & uidiſſet ſtatuam ignoto DEO erectam, intelligunt expoſitores, Athenienſes Philoſophos ob iſtas tenebras non uulgares DEO alicui, tum cum pateretur CHRISTVS, erexiſſe ſtatuam. Quod in Bythinia fuerint, aſſerit Euſeb. in Chronic. explicans acta tempore Tyberij Cæſaris. Quod in Ægypto fuerint in Ciuitate Heliopoli teſtatur D. Dionyſ. Epiſt. 7. ad D. Polycarpum, inſtruens eum quomodò ad fidem conuertere deberet Philoſophum ſibi benè notum Appollophanem, ſcilicet, in mentem illi reuocandum eſſe, quomodo, cum Heliopoli eſſent, tenebræ illæ præter naturam acciderint, & ipſe Dionyſius ad Appollophanem dixerit, Aut natura patitur, aut tota hæc mundi machina corruet. Romæ ſimiliter apparuerunt, ut Oroſ. diſcipulus D. Auguſtin. lib. 7. cap. 13. refert. Quod pauci, apud Ethnicos huius Eclypſis meminerunt, contigit fortè ex eo, quod non auſus fuerit quiſquam Hiſtoricorum ſcribere quod ſpectaſſet in honorem Chriſtianorũ, niſi & ipſi Martyres eſſe uoluiſſent. Videbãt enim Imperatores tyrannicè cum illis agere, itaq; metu abſtinuerunt Origenes citat Phlegantem qui 14. de temporib. lib. tantas recenſet fuiſſe tenebras ut etiam interdiu ſtellæ cerni potuerint eadem Eutrop. lib. 7. rerum Roman. aſſerit. Accedit huc Cornelius Taritus qui lib. 2. ſuæ Hiſtor. eadem cõmemorat. Item Tertullian. in Apolloget. aduerſus gentes cap. 21. ubi adducens fidem Chriſtianorum per miracula uerã eſſe, Conſulite, inquit, ueſtras Annales & inuenietis CHRISTO patiente, fugato ſole, interruptum tenebris diem. Hierony. Hic maieſtate diuina impeditos eſſe radios ſolares quo minus lucem de ſe fundarent confirmat. Verum Dionyſ. in Epiſt. ſupradicta recenſet quomodò per interpoſitionem Lunæ factæ ſint, erat enim Aſtronomiæ peritus, & uidit ipſe quomodo acciderent: ſed dicit miraculoſè interpoſitã, nam decimaquarta Luna paſſus fuit CHRISTVS, & tum Lunæ & Solis eſt oppoſito non coniunctio. Primum igitur miraculũ eſt, quod Luna cõtra naturam uno momento medium orbem pegrarit, Secundum quod tribus horis ſub Sole conſtiterit, uelociſsima enim omniũ Planetarũ perficit ſuũ orbẽ Luna, nec unquã Eclypſis naturalis durat tres horas. Tertium, quod uno momento in rectum locũ & priorẽ redierit.

Cur igitur diſcedit à cõſenſu iſtorum patrũ Eraſmus: Exteruere hoc eſt Chriſti maieſtatem, non extollere.

Tũc & uelũ templi ad Sancta ſpectans, quod erat foris ante faciẽ & introitũ templi, non illud quod erat intra templum ad Sancta Sanctorum, ſciſſum eſt à ſummo uſq; deorſum, cuius ſciſsione figuræ ueteris Teſtamenti notabantur omnes apertæ, omnes Prophetiæ impletæ, Interius uero manſit integrũ: non enim rumpetur, niſi cum in extremo die omnes pij in uera Sancta Sanctorum, in Paradiſum cœleſtem perrecturi ſunt, ut in hunc locum Origen. Dicit Chryſoſtom. hoc uelum ſciſſum fuiſſe precioſiſsimum, de purpura, byſſo, cocco, auro, ſerico, & iacincto contextum, quod in diebus celebrioribus ſuſpendebatur. Et terra mota eſt, nõ ualens ferre Dominum ſuum pendentem, & ſuſtinere mortem CHRISTI. Contremuerunt cæli, fundamenta orbis terræ cõcuſſa ſunt, expauerunt Angeli oẽs atq; Archangeli, Gabriel & Michaël facies ſuas alis cõtexerunt, Cherubin trementia ſub rotis ſe abdiderũt Seraphin illa hora alas ad inuicẽ colliſiſſe uiſa fundamẽta terræmotũ atq; tremorem protulerunt cum cõtumelijs affici Creatorẽ ſuũ cernerent. S. Ephrem

Ediſſen.

Ediſſen. Diacon. de paſsio. Domini. Terræmotum hunc & in Aſiam ſe extendiſſe teſtatur Plinius lib. 1. cap. 17. referẽs Tiberij tempore tantum fuiſſe in Aſia terræmotum qualis à mortalium memoria non extitit atq; ſubuerſas 12. Vrbes quanquam Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 1. cap. 17. dicat. 14. urbes interijſſe his uerbis: ſub Tyberio quatuordecim minoris Aſiæ urbes terræmotu concidiſſe memoriæ proditum eſt quarum nomina ſunt Epheſus, Magneſia, Sardis, Moſthene, Hierocæſarea, Philadelphia, Tmolus, Timus, Myrina, Cyme, Apollonia, Hyrcania, Dia, Cibyra. Et Petræ ſciſſæ ſunt in ſignum conuerſionis gentilium, apparent adhuc ibi ſciſſuræ, & deponunt ibi peregrini cruces ſuas. Et monumenta aperta ſunt, ut ſignificaretur mortis clauſtra eſſe reſerata, in ſignum quoq; reſurrectionis quę expectatur futura, & multi Sanctorum ſurrexerunt à mortuis, nõ quando monumenta aperta ſunt hora mortis CHRISTI, ſed poſtquam reſurrexit, quia cum eo reſurrexerunt tanquam teſtes ſuæ reſurrectionis: ita enim aperte indicat Euangeliſta, exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius uenerunt in ſanctam Ciuitatem Hieruſalem, & apparuerunt multis, ad declarandam Dominicam reſurrectionem. Sic Hieron. Credimus autem probabilius, quod illi non fuerint poſtea mortui ſecundo, quia reſurrexerunt in teſtimonium futuræ reſurrectionis quam ſperamus in Chriſto.

a Hic ſecundo commendatur Romani Centuriõis fides & conuerſio præ reliquis.

Quæ res *a* Centurioni, qui tum aderat alijſq; complurimis, fidẽ de CHRISTO faciebat, tundentes enim pectora ſua domum reuertebantur, & uerè hunc eſſe DEI filium profitebantur.

Veſperè iam appropinquãte, Iudæi accedunt Pilatum, rogitantes ut quia iam Paſcha deberent comedere, ac Sabbatum aduentaret, corpora facinoroſorũ de Crucibus leuari permitteret. Miſsis igitur militibus, latronibus quidem crura comminuta ſunt CHRISTO uerò iam exanimi non fregerunt crura, ut adimpleretur quod dictum eſt in Exodo. Os non comminuetis ex eo, ex Paſchali ſcilicet agno qui uerum agnum DEI CHRISTVM præfigurabat. Ideo enim ordinatione diuina conſtitutũ eſt, ut oſſa agni Paſchalis non frangerentur, quia ueri agni oſſa in Cruce fracta non ſunt, ut ſic figura & ueritas correſponderent. Sed latus cuſpide cõfoſſum à milite Longino nomine, cruoris & aquæ Vbertim riuos edidit, ex quibus habent efficaciam Eccleſiæ Sacramenta. Hoc autem factum eſt ad oſtendendum, quod per paſſionem CHRISTI plenam conſequimur ablutionem à peccatis & maculis, per ſanguinem qui, eſt precium noſtræ redemptionis, ſecundum illud Petri: Non auro & argento corruptilibus redempti eſtis ſed precioſo ſanguine, per aquam, quæ lauacrum eſt noſtræ regenerationis, ſecundum illud Ezech. Effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Qui uero lancea latus Saluatoris aperuerat, cum ferè caligaſſent oculi eius præ ſenio, & nunc caſu, nutu diuino ſanguis CHRISTI per lanceam defflueret, oculos tanges, continuò clarè uidit, & protinus illuminatus in CHRISTVM credidit. Vnde & militiæ cedens, inſtructus ab Apoſtolis, in Cæſarea Cappadociæ 38. ann. Monachum egit, ut uidebis infra part. 5. diſt. 7. ſub Martyr. Cæſarien. in Aſia. De eo dicit Iſidor. Lancea Longinus latus Saluatoris aperuit & non tantum ueniam inuenit, ſed Epiſcopatus honorem & Martirij coronam promeruit.

De lancea Saluatoris CHRISTI, quam Norinbergenſes ſe habuiſſe cum

cum cæteris Caroli Magni inſignibus profitentur ſuis dicturi ſumus Centenarijs.

Inclinata iam die, Ioſeph de Arimathia, quod oppidum tribus germanicis milliaribus abfuit ab Vrbe ſancta, antea Ramatha dictum, in quo Samuel erat natus, in tribu Manaſſe, precibus à Pilato conceſſum corpus Domini cũ ſindone munda inuoluit (Hinc Siluester iamolim in Miſſa uoluit lintheũ illud, quod Corporale dicitur, tam mundum eſſe, ut nullis alijs coloribus intertextis commaculatum uideatur,) & in monumento nouo honorificè a ſepeliuit: obſeruato etiam Iudæorum in ungendo ritu, qua in re Nicodemus, allatis myrrhæ & aloës libris plus minus centum, ſuo non defuit officio. Tunc, ut ait Auguſti. illius exequias Angelorum millia millium decantabant, qui omnes conuenerant ad ſepulchrum Domini ſui. Sed & mulieres è regione monumenti ſedentes, diligenter ſpectabant, ubi & quomodo corpus CHRISTI ſepeliretur, ac poſtea domũ reuerſæ, parant aromata & unguenta, die autem Sabbati ſecundum legem quieſcunt. Marc. 16. Matt. 27. Luc. 23. Ioan. 19. Hæ mulieres ſecutæ ſunt ſemper CHRISTVM ut miniſtrarent illi de facultatibus ſuis, quod ipſum quoq; obſeruarunt Apoſtoli cum dicuntur circumduxiſſe mulierem ut ſororem, ſcilicet quæ miniſtrabat illis. *(a Laudatur ab Euangeliſta Ioſeph ab Arimathia, qui accepto corpore Ihesu mortui inuoluit illud in ſindone munda, & poſuit illud in monumento nouo quod exciderat in petra. Qui igitur ipſum corpus Chriſti uiuentis et ſanguinem in Altari mundo ac benè parato necnon uaſis ſanctis & precioſis ac mundis adminiſtrant, maiori laude honorandi ueniũt.)*

Ex eo tempore quo CHRISTVS expirauit, anima eius deſcendit ad inferos, eſt aũt infernus inferior ubi ſunt damnati in æternum, eſt infernus paruulorum priuatorum aſpectu diuino, eſt purgatorium & lymbus Patrum. Ex his tantum ad purgatorium et lymbum Patrum deſcendit Chriſtus, ut eos qui ibi detinebantur, liberaret. Vnde Eſai. cap. 9. Populus, inquit, qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnã ubi intelligitur lymbus Patrum. Habitantibus in regione umbræ mortis, id eſt in purgatorio, lux orta eſt eis. Item, Ero mors tua o mors morſus tuus ero inferne etc. Et Ioann. 12. Omnia traham ad meipſum: omnes electos, ut ibi Gregor. Electi aũt ſunt qui ſunt in purgatorio. CHRISTVS quidẽ triumphans ſoluit multos qui ob debitũ tenebantur, uerum enormes peccatores reliquit in inferno inferiori, cap. 2. Acto. dicit Petrus, Dñs ſurrexit ſolutis doloribus inferni, ſed non illorũ qui fuerũt in lymbo Patrum, tenent enim omnes Doctores Patres illos nõ habuiſſe dolores, illorum itaq; ſoluit qui in loco purgatorij tenebantur, ſic ſuper 13. diſti. lib. 3. Sent. ſcribunt Scholaſtici Theologi. Auguſtin. epiſt. 99. ad Euod. dicit non ſoluiſſe dolores Patrum in lymbo ſed aliorum quorundam.

Hæretici, qui præter infernum inferiorẽ nullum alium agnoſcunt, ab illis quos non credũterũt immunes, de inſi mo nihil audemus polliceri.

Forma ſepulchri Dominici, quę hodiè deſcribitur & monſtratur Hieroſolymis, eſt talis, quod oſtium ſpeluncæ ad Orientem ſpectauerit, ſpelunca uero alta fuit ut uix homo manu pertingere potuerit ad ſummũ, in qua uerſus Septentrionem, de eodem ſaxo cliuus fuit altus trium palmarum, & excauatus à parte meridionali, longus uero ſeptem pedes cũ dimidio, in quo ſanctũ corpus fuit poſitũ. De Dominico monumento Gregor. Turon. Archiep. in lib. in glor. plur. Martyr. edito cap. 7. hæc cõmemorat: Ex monumento quo Dominicum iacuit corpus, mira uirtus q̃d ſæpius terra naturali candore radiante repletur, & exindè iterũ ablata aqua conſpergitur prodit: de qua tortulæ paruulæ formantur, ac per diuerſas mundi partes tranſmittuntur, de quibus pleruncq; infirmi ſanitates hauriũt, Illud eſt mirum quo ſæpiſsime acceſſus ſer-

 pentium

pentium uitant. Sed quid ego temerarius de his loqui audeo cum fides retiſneat omne quod ſacroſanctum corpus attigit eſſe ſacratum?

Reſeruantur reliquiæ de ſepulchro Domini in Cathedrali Nemetum urbis templo Spiræ. Vuolffg. Batt in uit. Præſul. Nemeto ccrn. Annal. Spir.

Poſtero die, Iudæi redeunt ad Pilatum, & impetrant ut monumentum circumdet forti cuſtodia, nè furto corpus abripiatur. Datis autem militibus, ipſi ſimul egrediuntur ac ſignantes lapidem, in muniendo ſepulchro conſignanſdoque oſtio nihil prætermittunt. Matth. 27.

CHRISTI RESVRRECTIO. TERTIO autem die terræmotus ingens ad Domini reſurrectionem, aſpectuſque angelicus ceu fulgur cuſtodũ animos uſque adeo exterruit, ut à mortuis nihil uiderentur differre. Sicut enim in paſsione CHRISTI terra mota eſt in ſignum triſtitiæ, ſic in reſurrectione eius mota eſt in ſignum lætitiæ. Mortuus fuit CHRISTVS 40. horis, ut quatuor mundi partes quæ non ſeruando Decalogum legis mortuæ erant, uiuificaret. Prima quoque die hebdomadæ ſurrexit, ut ea die mundum innouaret, qua eum creauerat. Ideò poſt tres dies reſurrexit, ut in paſsione filij, totius trinitatis monſtraretur aſſenſus. Triduum enim legitur in figura, quia trinitas quæ in principio fecerat hominem, ipſa in fine hominem per CHRISTI reparat paſsionem. Auguſt. ſermo. de reſurrect. Saluatoris. Ideo autem reſurrectionem ſuam Dominus accelerare uoluit, nè turbatos diſcipulorum animos, longa mæſtitudo cruciaret, ut dum ad integrum ſecundũ diem pars primi nouiſsima, et pars tertij cum prima concurrit, & aliquantulũ de temporis ſpatio decideret, & nihil dierum numero deperiret. Reſurrectio igitur Saluatoris, nec animam in inferno, nec carnem diu morata eſt in ſepulchro, & tam uelox uiuificatio fuit incorruptæ carnis, ut magis ibi eſſet ſoporis ſimilitudo quã mortis. Quoniam DEITAS, quæ ab utraque hominis ſubſtantia nõ receſsit, quod poteſtate diuiſit, poteſtate coniunxit S. Leo Papa in Sermo. de CHRISTI Reſurrectione. Reſurrexit CHRISTVS corpore glorioſo, iam non moriturus, mors illi nõ dominabitur. Induit eum Dominus pater ſtola immortalitatis & gloriæ, & coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius, iocunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum. Renouata eſt ut aquilæ iuuentus CHRISTI, Leo ſuum catulum ſuſcitauit, Fænix reuixit. Ex eodem luto, fractis uaſis fecit aliud uas figulus ſicut placuit in oculis ſuis. Ionas de uentre ceti illæſus exiuit. Veſtitum eſt candelabrum auro. Suſcitatum eſt tabernaculũ Dauid quod ceciderat. Refulſit Sol qui prius erat in nubilo. Viuificatum eſt granum frumenti, quod cadens in terra mortuũ erat. Ceruus reſumpſit cornua. Sampſon tulit portas Ciuitatis & exiuit. Ioſeph eductus de carcere tondetur & conſtituitur Dñs Aegypti. Cõciſus ſaccus circumdatur lætitia. O dies quæ fuit prima dierũ, cœlum & terra ſunt in ea creata, Angelus eſt in ea creatus & ad DEVM cõuerſus. Primò data ſunt in ea filijs Iſraël mandata, CHRISTVS in ea natus eſt, CHRISTVS in ea ſurrexit. Spirituſſanctus in ea datus Apoſtolis, in ea oẽs reſurgemus atque iudicabimur. In hac ſynagoga finitur, & Eccleſia naſcitur. In huius diei numero octo animę ſeruatę ſunt in arca Noë. Chriſtus reſurrectionem ſuã per Samſonem fortiſsimũ olim figurauit, qui ciuitatem inimicorum ſuorũ introiuit, et ibidẽ nocte dormiuit, et cũ inimici portas ciuitatis cuſtodirent ut ipſum manè comprehenderent et occiderent, ipſe media nocte ſurrexit, et portã ciuitatis ſecũ detulit; ſic Chrs urbem hoſtiũ ſuorum, hoc eſt infernum

potentes

potenter intrauit, & deſtructa urbe media nocte ſurrexit. CHRISTVS etiam per Ionam reſurrectionem ſuam præfigurauit, quem in uentre ceti per triduum uiuum conſiderauit, & poſt triduum cete ipſum de ore in terram uiuum emiſit.

INTEREA Maria Magdalenæ, Iacobi & Salome, dum emerent aromata ad ungendum Dominum, illuceſcente Dominica, ut reliquis feruidiores, cœperunt ire ex deuotione & fide ad monumentum: & eccè (ut traditio habet) Domina lachrimis & orationibus uacante, ſubito uenit IESVS albis ueſtibus, gloriæ & reſurrectionis uultu ſereno, ſpecioſus, glorioſus, & gaudens, ac matri deſolatæ & mœrenti totus feſtiuus apparẽs, ac illa adorans & ſurgens cum lachrymis præ gaudio eum amplexatur, et tota acerbitas mœroris in lętitiam uertitur. Apparuit autem primò matri, quia optimus filius docuerat honorandos parentes, & quod maiorẽ fidem maioremq́ compaſsionem haberet. Et licet hanc apparitionem Euangeliſtæ ſubticuerint, piè tamen creditur non enim omnia (ut ipſe Ioan. ultimo teſtatur capite) CHRISTI facta ſunt ſcripta. Hanc tenent Ignatius Ioann. Euangeliſtæ diſcipulus, quem citat Ludolph. in uit. CHRISTI. Hanc Ambr. lib. 2. de uirginib. Idem Sedulius & Anſelmus in paſsio. Domini habent, qď apparuerit primo D. Virgini matri. Et Romæ in die ſancto, habetur prima ſtatio ad Mariam maiorem, qua uiſitatio CHRISTI ad matrem denotatur. Idem Bergomen. aſſerit in uir. B. Virginis de claris mulierib.

Prima apparitio Chriſti facta eſt Mariæ Matri.

Tum quoq́ ſanctæ mulieres quæ Dominum fuerant ſecutæ cum aromatibus ad monumentum uenerunt. Eccè autem lapidẽ conſpiciunt longè à foribus deuolutum, angelumq́ ei inſidentem alba ueſte, lucis ſulgore oculos perſtringentem, bonoq́ animo eas eſſe iubentem, atq́ è ueſtigio redeuntes, myſtis diſcipuliſq́ cum lætitia reſurrectionem nunciare iubentem Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24. Mulieres deſiderio tabeſcentes, ſtupore multo perculſæ redeunt ad diſcipulos, dicentes corpus Domini eſſe ſublatum, (ſomniũ autem ſeu uiſionẽ ſibi uidiſſe uiſæ fuerant) Petrus & Ioannes excitati hac relatione, ad monumentum celerrimè properant. Ioannes citius quidem præcurrit Petro, ut qui erat iunior & agilior illo, nõ tamen primus introiuit, propter Petri reuerentiam quẽ expectauit, quia ipſe ſenior & inter Apoſtolos principalior erat. Et intro euntes nõ inuenerunt corpus, ſed uiderunt ſola lintheamina repoſita, & ſudarium quo caput erat circumuolutum, ſeorſim collocatum eſſe. Digreſsis autẽ diſcipulis, Maria Magdalena ſtans ad monumentum, flere & dubitans ambigere cœpit, ubi nam corpus eſſet, & inclinans ſe in monumentum, uidit humana (*Quia hominibus humana ſpecie apparent Angeli, ideò eos ſic pingimus: Ita etiam, quia Deus pater Danieli, Ioanni in Apocalyp. ut uir ſenex dierum, & Spiritusſanctus in ſpecie columbæ uiſus eſt, ideo ſic efformantur, non quod diuinitatem aliquis efformare queat.*) ſpecie Angelos duos albis ueſtitos in eo ſedentes, alterũ ad caput, alterum uero ad pedes, qui eam alloquuntur quarè ſic ploret. Ipſa reſpondet, Nõ adeſſe eo loco Dominum, ſeq́ ubi nam poſitus eſſet neſcire. His dictis, à tergo ei præſto adeſt Saluator, uerum nõ agnoſcebat eum, & hortulanum eum exiſtimans, ad interrogationem eius modicę fidei profert uocem: Si tu, inquiens, illũ indè ſublatum quopiam deportaſti, quæſo mihi indices ubi locorũ ſit, & ego illum tollam. Tum IESVS eam nomine compellans, Maria, inquit. Ibi illa ſtatim conſuetam dulcemq́ agnoſcens uocem, læta exclamat: Magiſter. Et myſterio fidem adhibens,

Vnde ueſtis alba in baptiſmo traditur in ſignum glorioſæ reſurrectionis ad quam per baptiſmum peruenitur.

hibens, uitales pedes ſubito contingere parat. Verum prohibet eam CHRISTVS, ac nè ſe tangeret, donec ad patrem [c] reuerteretur inhibet.

Mox & aliæ mulieres ad monumentum redeunt, ac digredientibus prorſusq́ ignaris quid accidiſſet Magdalenæ, IESVS occurrit, eaſq́ ſalutat. Mulieres IESVM agnoſcentes accedunt, et in genua ruentes eius pedes apprehendunt ac tenent ipſumq́ adorant. IESVS hortatur, ut omnem pauorem ex animo ejiciant & abeant ad fratres ſuos, iſta eis exponentes & ſimul indicantes quod in Galilæa ſe ipſis manifeſtaturus eſſet, ſimulq́ de aſcenſione ſua glorioſa eos inſtructurus. Luc. 24. Marc. 26. Matth. 28.

Dum hæc ita geruntur, cuſtodes ueniunt in Ciuitatem, Principibus Sacerdotum omnia commemorantes ſicut audierant. Illi autem mox conuocata Synodo, cum militibus numerata pecunia copioſa agunt, ut rumorem fabuloſum ſpargant ac ſi IESVS ipſis dormitantibus furto ſurreptus eſſet, ac pollicentur eis ſe etiam ſatisfacturos Pilato nè in eos animaduertat. Milites pecunia conducti mendacium paſsim diuulgant. Matth. 28.

Simoni etiam Petro ut digniori & fideliori omnibus apparuit IESVS, quemadmodum in Luc. cap. 24. ſcribit Chryſoſtom. Quem Petrus uidens, ut traditio tenet, procidens in terram ueniā petijt de hoc quod eum dereliquiſſet & pluries negaſſet, Dominus autem peccata dimittens Simoni, & eū conſolando confortans, ut fratres cōfirmaret diſponit. Singulariter Petro apparuit qui ſingulariter eum negarat, & quidem primò ut qui primò confeſſus eſſet eum CHRISTVM eſſe, primò reſurrectionem eius mereretur uidere. Ve mentem eius qui in paſsione titubauerat reformaret, & qui timore paſsionis eius euidentius ceciderat, per ſpem reſurrectionis prior ſurgeret. Vt peccatum trinæ negationis ei indultum oſtenderet, conſolans eum ne deſperaret, et ut Apoſtolatus eius ordinem conſolidaret atq́ ipſum in eo roboraret. Petrus benedictione à Domino accepta rediens ad fratres quid uidiſſet expoſuit. Paulus 1. Corinth. 15. ait quod CHRISTVS uiſus ſit Cephæ quem Petrum eſſe alibi apparet.

Diſcedens Dominus IESVS à Petro, apparuit Ioſepho qui eum aromatibus conditum in ſuo monumento recondiderat. Nam cum audiſſent Iudæi, quod Ioſeph à Pilato corpus IESV petijſſet, & ipſum ita honorificè in monumento ſuo ſepeliſſet adprehenſum in cellulam incluſum ipſi Sacerdotum Principes cuſtodiunt, maiorem in eum habentes ſæuitiam, ut geſta Pilati ad Tiberium Imperatorem miſſa, referunt, quam in ipſum Dominum, ut cum ille à militibus, hic ab ipſis Sacerdotibus cuſtodiretur. Sed reſurgente Domino, cuſtodibus uiſione angelica territis, cum non inueniretur in tumulo, parietes de cellula in qua Ioſeph tenebatur ſuſpenduntur, in ſublimi. Dominus quoq́ ad eum intrauit, faciem extergens & oſculum præbens de cuſtodia abſoluente Angelo liberauit parietibus reſtitutis in locum ſuum. Cumq́ poſtea crucifigere uellent Ioſephum Iudæi & reperirent illum atq́ Pontifices cuſtodibus exprobrarent & ſanctum corpus ab eiſdem inſtanter requirerent, dicunt eis milites, Reddite uos Ioſeph & nos reddemus CHRISTVM, ſed ut uerum agnoſcamus neq́ uos benefactorem DEI neq́ nos filium DEI reddere nunc ualemus. Tunc illis confuſis milites ſub hac excuſatione liberantur. Gregor. Archiepiſc. Turonēn. Hiſtor. lib. 1. Ludolph. in uit. CHRISTI part. 2. cap. 75.

[c] Notet ſacramentarius hæreticus Chriſtum Dominū tūc velle tangi poſtquā ad patrē aſcendit.

Traditio

Traditio quædam habet apud Ludolphum in uit. CHRISTI quod IESVS apparuerit & Nicodemo ſocio Ioſephi in ſepeliendo Dominum, qui ab eo tempore latuerat quodam loco propter metum Iudæorum.

Apparuit etiã Dominus ipſo die ſancto, Iacobo minori, ut habetur in Epi. ad Corinth. Hic cum Dominum iam mortuum uidiſſet in Cruce iuraſſe fertur, nunquam ſe comeſturum panem niſi Dominum cerneret reſurgentem. Tertia itaq; die, rediens Dominus ſpoliato tartaro cum triumpho, Iacobo ſe oſtendens ait: Surge Iacobe, comede: quia iam à mortuis reſurrexi porrigens illi panem quem Euchariſtiam ſub una ſpecie fuiſſe piè credimus. Nam Iacobus ab infantia nunquam guſtauerat uinum. Hæc Egeſipp. lib. 3. Commentar. quem citat D. Hieronymus in lib. de Vir. illuſtr. Ioſephus quem citat Ludolph. in uit. CHRISTI. Gregor. Turoneñ. Archiepiſco. Hiſto. lib. 1.

Dominus igitur IESVS inde recedens, ut tenet traditio ex Ludolph. in uit. CHRISTI, quia nondum ſanctos patres poſt reſurrectionem uiſitauerat quos in Paradiſo deliciarum dimiſerat, proceſſit ad eos indutus ſtola candida Angelorum multitudine comitatus, quem ipſi à longè conſpicientes incredibili perfuſi gaudio, exultatione & iubilo, canticis atq; laudibus cum ſuſceperunt & procidentes in terram adorauerunt.

Ac mox eodem die in Emaus, quod caſtellum ſexaginta ſtadijs ab Hieroſolymis diſtabat, profectis duobus diſcipulis Luca & Cleopha (ut ſcribit Gregor.) cum Veſpere ad cœnam cum eis conſediſſet, per panis fractionem cognitus eſt, [a] qui cum è conſpectu eorum euanuiſſet, ipſi cœna relicta nulla q; mora interpoſita, quanta poterant feſtinatione Hieroſolymam reuerſi ſunt eadem Veſpera. Ibi eis apparitio CHRISTI Petro exhibito, aliaq; de ipſa Magdalena, de lapide, & de Angelis præſtantiſsimis ueſtimentis coruſcantibus cum magno gaudio renunciata ſunt. Et ipſi uiciſsim quod illis in itinere eueniſſet & ut eum panem frangentem cognouiſſent commemorarunt. Luc. 24. Marc. 16.

[a] Hoc etiam duos diſcipulos de manu Domini ſub una ſpecie cõmunicaſſe ſancti expoſitores intellexerunt. Chryſoſto. Theophilac. Bed. & Auguſtin.

Dum autem talia expendunt, Veſpera increbreſcente ianuis firmiter clauſis interuenit IESVS, in medio ipſorum ſicut Sol inter ſydera, Flos inter lilia, Princeps inter milites, & pater inter filios conſiſtens, & mox alloquitur: Pax uobis, ego ſum. Deindè rei nouitate obſtupeſcentibus, latus manus ac pedes præbuit contrectandos, iuſsitq; ſi quid in promptu eſſet cibi afferri, atq; ibi coram piſcis aſsi partem comedit ac fauum mellis, ex mortuis corporis reſurrectionem confirmans. Hinc plenam illis fidem certamq; facit ut firmiter credant ſe eum ipſum eſſe, qui clauis nuper transfixus fuerat, non ſpiritum eſſe, ſpiritus enim carnem & oſſa non habere. Itaq; ego, inquit, ſum, non prorſus ex omni parte mutatus, & ſicut miſit me pater ad ueritatem fidei docendam Iudæa, ita ego mittam uos ad hanc ueritatem publicandam per totum mundum. Meos Vicarios uos conſtituo, meas uices uobis mando, meum officium uobis commendo, ad docendum, ad prædicandum, ad baptizandum, & tunc quidem primitias Paracleti eis in faciem ſpirans, Accipite, ait, Spiritum ſanctum, ut ſeipſum oſtenderet eſſe qui in faciem primi hominis ſpiraculum uitæ ſpirauerat, uel certè ut oſtenderet Spiritum ſanctum à ſe procedere ſicut procedit à patre, & non patris

ſolius,ſed & ſuum eſſe. Hinc conſuetudo Eccleſiaſtica obtinuit ut in eorum faciem qui per gratiam Spiritus ſancti regenerãdi ſunt, à Sacerdotibus inſufflетur. Et quorum remiſeritis peccata remittuntur eis,& quorum retinueritis retenta ſunt. Vbi dedit eis poteſtatem ligandi & abſoluendi miniſterio non authoritate eos quorum peccata ipſi remiſerint uel retinuerint, hoc eſt retinenda iudicauerint uel non remiſerint. Et ſic Apoſtoli poteſtatem abſoluendi obtinuerunt ſimul cum iuriſdictione Eccleſiaſtica in utroq; foro. Hic quoq; Confeſsionis Sacramentum inſtitutum illis uerbis. Quorum remiſeritis &c. à CHRISTO Tertullian. lib. 1. de Trinitat. aſſerit. Non autem aderat Thomas cum iſta fierent,& reuerſus iſta audiens, ſe credere nõ poſſe dicebat, niſi manus ſuas in clauorum ueſtigia poneret.

Inſtitutio Sacramenti pœnitentiæ.

Inſtitutio Sacramenti Cõfeſsionis.

Poſt dies octo, foribus iterum clauſis, uenit IESVS,& in medio eorum aſtans pacem more ſuo precatur. Deindè Thomæ manus ſimul & pedes ipſumq; latus oſtentat, accurrateq; & diligenter contrectare iubet clauorum ueſtigia,& quæ ſatis alta erat lateris fiſſuram. Id cum feciſſet Thomas ait: Dominus meus & DEVS meus. Verum beatitudinis præconio commendantur à Domino, quicunq; non pietatis ſtudio crederent. Ioann. 20.

In mari poſt hæc Tyberiadis piſcantibus diſcipulis, Petro, Thomæ,& Nathanaëli cum Zebædei filijs, & duobus alijs qui ex traditione Philippus & Andreas fuiſſe uidentur, CHRISTVS manifeſtum ſe reddit, nocte autem tota nihil quicquam capere poterant. Manè facto IESVS in littore ſtetit nec fuit à diſcipulis agnitus interrogauit autẽ num quid haberent quod ederetur, illis negantibus, iubet in dextram nauigij partem mittere rete, quod cũ feciſſent, cœperunt grandes piſces 153. Hac re motus Ioannes, ait eſſe Dominum. Tunc Petrus, audito quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, ut cum maiore reuerẽtia accederet eum, erat enim nudus,& tranſiliens in mare, ad Dominũ properat, circiter enim ducentos cubitos à terra aberant. Ex deuotione autem ac dilectionis feruore miſit ſe in mare, ut citius ad eum ueniet, in ſignum ſingularis potentiæ, per quàm nõ nauem unam, hoc eſt, Epiſcopum unum, & cæteri quiq; ſuum, ſed ſeculum ipſum ſuſcepit gubernandum, ut docet Bernard. de conſid. lib. 2. Reliqui ad littus nauem trahunt, ubi pranſus cum illis, poſt ternam amoris Petri in CHRISTVM confeſsionem, ternis etiam uicibus paſcendos illi, concredidit oues ſuas & agnos. Ioann. 21.

Petri Pontificatus.

Atq; ſic ſolus Petrus à CHRISTO immediate, hoc eſt, illius ore, factus & conſecratus eſt Epiſcopus, ut teſtatur Anaclet. Petri diſcipulus, Epiſtola. 2. Cypr. lib. 1. Epiſt. 8. & Optat. Milenitan. Epiſcopus, quẽ citat Auguſtin. lib. 1. cap. 3. contra Epiſt. Parmen. in 2. lib. de ſchiſmate Donatiſtar. Et ex Auguſt. Sermo. 1. Dominicæ. 1. Poſt Paſcha. In ipſo Petro unitatem commendaſſe Dominum comprobatur, multi enim erant Apoſtoli, & uiri dicitur: Paſce oues meas. Hæc eadem apparent in lib. de paſtorib. cap. 13. In lib. quoque, de uinc. Petri ad Euſtachium: Nullus, inquit, Apoſtolorum, paſtoris nomen accepit, ſoli enim huius nominis poteſtatem poſt reſurrectionẽ ſuam Petro pœnitenti Dominus conceſsit, & rogatus quàm ſolus habuit Petro tribuit authoritatem. Grego. 3. Epiſtola. ad S. Boniſa. Archiepiſco. Magunti. Bene noſti ſatis, quia beatus Apoſtolus Petrus,& Epiſcopus principium extitit &c. D. Thomas lib. 4. contra Gentes, cap. 76. Hinc eſt, inquit, quod Petro dixit ante Aſcenſionem, Paſce oues meas. Ioan. ult. Et ante paſsionẽ, Ego rogaui

In Nouo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt.

pro

pro te &c. Et ei ſoli promiſit, Tibi dabo claues regni cœlorũ &c. Vt oſtenderetur, poteſtas clauium per eum ad alios deriuanda, ad conſeruandam Eccleſiæ unitatem. De his plura uidebis infra part. 5. diſt. 1. de Martyr. Roman. in Italia, in uita Petri.

Poſtquam Petrus Dominum ſe amare reſpondit, et hoc amoris ſui priuilegium confirmauit, mortẽ ſuam ei Dominus nuntians, ſuũ martyriũ prædixit, & ne dura Petri paſsio uideretur, ſubiungit: Sequere me, tanto tollerabilius Crucis paſsionem ſuſtinebis, quanto, ſicut ego pro tua ſalute crucis patibulum ſuſtinere non diſtuli, tu pro confeſsione nominis mei te pati debere feruentius memineris. Ipſe enim debebat præ omnibus animam pro grege ponere & ouibus. Vnde CHRISTVS dicit: Sequere me, te namq; cunctorũ fideliũ prælatũ inſtitui, ut ibi Theophil. Te nunc dirigo ad orbis Pontificatũ. Conuerſus Petrus & uidens Ioannẽ quem diligebat IESVS etiã ſequentem, quæſiuit Dominum dicens: Hic aũt quid? Ecce ego ſequar te in paſsione, hic aũt, quem ut me diligo, a nunquid morietur ſicut & ego? Et dicit hic Chryſoſtom. quod ualdè diligebat Petrus Ioannem, & audiens tam magni amoris indicia à Domino, quod uidelicet ſimili mortis genere ſecuturus eſſet Dominum, quo Dominus præceſſerat Petrum, cupiebat tam magnorum munerum habere ſocium. Cui IESVS. Sic eum uolo manere, quid ad te, tu orbis terrarum procurationẽ accepiſti, oportet de reliquo uos eſſe diſtunctos, tu ea quæ tibi commiſſa ſunt attende & perfice, de his ſollicitus ſis. Sic Chryſoſtom. ſuper cap. Ioan. 21.

(a Petrũ interrogaſſe oportuit Dominũ de Ioanne ſiquidẽ & ille una erat ex ouibus quas Petro paſcendas Dominus tradiderat, & Petrus tãtæ erat modeſtiæ, ut miraretur uehemẽter Ioannẽ nõ ſibi fuiſſe prælatũ.)

EVOCATOS poſteà undecim Apoſtolos in montem quendã Galilææ, peculiariter eos adhuc inſtruit, creditur ex traditione in Ludolph. de uita CHRISTI, quod ibi etiã fuerint quingenti fratres præter prædictos, & quod illa fuerit manifeſtatio, de qua ad Corinth. ſcribit Apoſtolus, dicẽs: Deinde uiſus eſt plus quã quingentis fratribus ſimul. Quod enim Euangeliſtæ undecim tantum fecerunt mentionem, facta eſt hac ratione, quia illis tantum locutus eſt Dominus, non reliquis; & quia principaliores CHRISTI diſcipuli erant. Euſeb. Sacr. Hiſt. lib. 1. cap. 14. Et aperit CHRISTVS, quod poſt reſurrectionem plus acceperit poteſtatis quatenus homo fuerat, quàm ante habebat, & quidem hoc expreſsit, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo & in terra, harum poteſtatum una erat, ut eſſet iudex uiuorum & mortuorum. Euntes *(En hæreticæ Eccleſiam antiquiorem eſſe ſcriptura, fidemq; proinde ac religionem ſine ſcriptura conſtare. CHRISTVS Dominus nihil ſcripſit, imo ne præcepit quidem ut ſcriberetur. Euntes, non ait ſcribite, ſed prædicate Euangelium. Lex ergo Euangelica, quæ lex ſpiritus eſt non literæ, non eſt à principio literis exarata, ſed in animis fidelium inſculpta. Nam & cæteri Apoſtoli una uoce Euangelium docuerunt, deinde aliqui ex ipſis pauciſsima quædam mandarunt literis, ut teſtes ſatis graues & idonei ſunt Iren. aduer. Valent. lib. 3. Euſeb. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 24. Chryſoſtomus Homel. 1. in Matth. Theophilact. in Matth. Hieron. de uir. illuſtribus in Matth. & Ioann.)* itaq; in orbem uniuerſum, docete, ait, omnes gentes, reuocans præceptum de non eundo in uias gentium & Samaritanorum, Sicut & illud reuocarat quod non deberent portare ſaccum &c. Item dixit ille, Omne quod apponitur uobis edite. Poſt Spiritus Sanctus, per Apoſtolos dixit: A ſanguine & ſuffocato abſtinete. Ita Eccleſia pro tempore quædam inſtituit

ASCENSVS CHRISTI SALVATORIS AD COELOS.

&

& abrogat, pro ut uidetur fidelibus conſultum. Dixit itaque Dominus: Docete omnes gẽtes, catechiſate, baptiſantes eos, in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti, ut indiuiduam trinitatem, unum DEVM eſſe inſinuaret. Loquitur autem hic CHRISTVS de baptiſmo Gentium, nam Iudæorum baptiſma prius erat inſtitutum, dicebatur enim Nicodemo: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare regnum DEI. Ante hoc uero tempus, non licebat baptizare gentes, dicente CHRISTO: In uias gentium non abieritis &c. Et oſtenditur hoc loco Catechiſmum debere præcedere baptiſmum. Sic docentur & catechiſantur hodie paruuli, reſpondentibus pro eis patrimis, qui enim crediderit fide formata & per dilectionem operante, ſiue per ſe ut adulti, ſiue per alium ut paruuli, & baptizatus fuerit baptiſmo aquæ, ubi neceſsitas baptiſmi copiam non excludit, ſaluus erit æterna ſalute à peccatis & pœnis liberante, niſi denuò in noua peccata inciderit. Non enim ſufficit fides abſq; baptiſmo, per quem aliquis incorporatur CHRISTO, ſi adſit facultas recipiendi baptiſmum ab aliquo. Si autem non adſit facultas, ſufficit baptiſmus ſanguinis, ut in martyribus qui pro CHRISTO interficiuntur antequam ſint baptizati: uel flaminis, ut in habentibus fidem CHRISTI, deſiderantibus baptizari, ſed præueniuntur morte antequam hoc poſsit impleri. Per alios ergo paruuli credunt in Eccleſia, ſicut ex alijs trahunt peccata, quæ illis in baptiſmo remittuntur confeſsione aliena. Pium eſt enim, ut id quod per alienum peccatum commiſerunt, per alienum auxilium ut Eccleſiæ & patrimorum, in quibus credere dicuntur, recuperare & recipere poſsint. Et mandat CHRISTVS, ut doceant ea quæ ipſis præcepit omnia. Pollicetur etiam ſe eis, quemadmodum iam uiſibiliter, ita poſtea inuiſibiliter affuturum ſemper, uſq; ad ſeculi conſummationem. Monet præterea, miracula eam doctrinam ſecutura eſſe. Math. 28. Marc. 16.

Catechiſmus præcedere debet baptiſmum.

Poſteà per Bethaniam eos in montem olearum [a] ducit, accepturos ipſos peculiare Spiritusſancti donum, promittens: & cum præcipua mandata & munera functionis Apoſtolicæ prædicans expoſuiſſet, benedictionemq; [b] eis pro eo ac decebat largitus eſſet, ſpectantibus eis lucidiſsima nube circumdatus in cœlos ſublatus ad dexteram patris conſedit. Eleuatis ita manibus, non manu facto uehiculo, nec auxiliaribus carpentis euectus eſt CHRISTVS, ſed naturæ diuinæ propria uſus uirtute, carnem cœlo intulit, & corpus glorificatum patris conſpectibus præſentauit. Non indiguit uectoribus Angelis, qui offendicula tollentes è medio, ferrent eum in manibus, ſed præcedentes & ſubſequentes applaudebant uictori, & concinentes in iubilatione modulabantur canticum nouum, & implebat cœlos conſonantiæ illius harmonia, thronis & dominationibus parantibus filio iuxta patrem conſeſſum, Cherubin & Seraphin, pedes pacificos ambientibus, radiantibus undiq; diuinis claritatibus & ſplendoribus ſuper cœleſtibus, quos nec ardor perſeuerans conſumit, nec turbinis alicuius afflatus extinguit, nec interpolatio caliginis ullius abſcondit. Cyprian. in Sermo. de Domini aſcenſione.

[a] Eſt alia quã cum diſcipulis habuit Chriſti proceſsio.

[b] Hinc oritur conſuetudo quod Epiſcopi in fine Miſſæ dent benedictionem.

Cumq; fixis oculis intuerentur in cœlum, ecce Angeli duo uirili ſpecie aſſiſtunt, albis ueſtiti, [c] qui reditum eius in cœlos indicant, ſic illum cum illuſtri magnificentia rediturum annunciantes. Dicit in fine Euangelij ſui Lucas, quod poſtq; recubuiſſet, deduxerit eos IESVS in Bethaniam & hinc in

[c] Hinc. Rom. Eccleſiis in Reſurrectione & Aſcenſione utitur ueſtibus albis.

montem

montem Olıueti,in quo cum aſcenderet,reliquit pedum ſuorū ueſtigia, quæ in hodiernum diem ibi manent,nec à quoquam tolli poſſunt. S. Paulin. epi. 11.ad Seuerum,dicit impreſsiſſe CHRISTVM ſua ueſtigia. Et Beda,cum terra eadem à credentibus quotidie minuitur, tamen eadem ueſtigia priſtinum ſtatum continuo recipiunt. Angelis itaq; diſparentibus, reuerſi ſunt Hieroſolymam cum gaudio magno,in cœnaculo montis Syon Paracleti expectantes aduentum,& perſeuerantes in oratione. Pium autem eſt credere Apoſtolos & CHRISTI diſcipulos tum ieiunaſſe,ſecundum illud Saluatoris: Venient dies in quibus auferetur ſponſus ab eis,& tunc ieiunabunt: iam uero CHRISTVS ſponſus ab eis ablatus carne receſſerat, hinc quidam à feſto Aſcenſionis uſq; ad Pentecoſten ieiunant exemplo Apoſtolorum. Marc.6.Luc.ult.Actor.1. *Cauſa ieiunij à feſto Aſcenſionis ad Pentecoſten.*

Effigies Domini noſtri IESV CHRISTI & ſtatura talis propemodum erat.Egregio is uiuidoq; uultu fuit. Corporis ſtatura ad palmos ferè ſeptem.Cæſariem habuit ſubflauam,ac non admodū denſam,leniter quodammodo ad criſpos declinantem:ſupercilia nigra,non perinde inflexa.Ex oculis ſubflaueſcentibus mirifica prominebat gratia.Acres ij erāt,& naſus longior. Barbæ capillus flauus,nec admodū demiſſus. Capitis porrò capillos tulit prolixiores.Nouacula enim in caput eius nō aſcendit,neq; manus aliqua hominis,præterquam matris,in tenera duntaxat ætate eius.Collum fuit ſenſim decliue,ita ut non arduo & extento nimium corporis ſtatu eſſet.Porrò tritici referens colorem,non rotundam aut acutā habuit faciem,ſed qualis matris eius erat,paulū deorſum uerſum uergentem,ac modicè rubicundam: grauitatem atq; prudentiam cum lenitate coniunctam,placabilitatemq; iracundiæ expertem,præ ſe ferentem.Perſimilis deniq; per omnia fuit diuinæ & immaculatæ ſuæ genitrici,Nicephor.Sacr.Hiſt.lib.1.cap.40. *Statura et effiges Chriſti Saluatoris.*

ROMANI PONTIFICES.

S. PETRVS.

S. PETRVS, dictus Simon Cephas, Ioannis filius,Andreæ Apoſtoli frater,natione Galilæus, ex Bethſaida ciuitate,Domini noſtri IESV Saluatoris diſcipulus,atq; ab eo Princeps Apoſtolorū deſignatus, quem his uerbis CHRISTVS allocutus eſt: Beatus es Simon Bar Iona,quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt: & tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cœleſtis, poteſtatemq; ligandi & ſoluendi. Matth. 16. Fortiſsimus fidei agonotheta, uerisſimus teſtis, Vicarius CHRISTI & ſynſtauromenos, cum omnium diligentiſsimus Aſiaticas Eccleſias ſatis confirmaſſet, confutatis eorum opinionibus qui Circumciſionem approbabant,in Italiam ueniens,primus Romanam Eccleſiam fundauit crexitq;,ac in ea Epiſcopus primus Tiberio Claudio Cæſ.Auguſto Germanico & Imp.Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſedit annos XXIIII. Menſes V. Dies XII. A die XV.Calend. Februarij,Tiberio Claudio Druſi filio Cæſ.Auguſto Germanico III.& L. Vitellio P.filio II.Coſſ.qui Annus erat poſt CHRISTI natalem XLIIII. quo primum ingreſſus eſt urbem.Romanum agens Pontificatum,cum ſolus quotidianis fidelis populi neceſsitatibus non ſufficeret,duos Chorepiſcopos *ANNO CHRISTI XLIIII.*

creauit, Linum in urbe, & Cletum in ſuburbĳs, quibus Sacerdotale miniſterium populo Romano, & aduenis qui ad ſe ueniebāt exhibentibus, ipſe orationi & prædicationi populum erudiens, uacaret. Paulò ante obitum ſuum, cum martyrĳ ſui tempus appropinquare Domino reuelante cognouiſſet, B. Clementem S.R.E. ueterem Presbyterum, Epiſcopum Romanum deſignatum, in ſucceſſorem ſuum per manuum impoſitionē conſecrauit, eiq́ꝫ cathedram Epiſcopalem & Romanam Eccleſiā poſt ſe ab eo regendam commendans: Ego (inquit) eandem tibi poteſtatē ligandi atq́ꝫ ſoluendi trado, quam mihi Dominus meus IESVS CHRISTVS reliquit: in qua (spretis ac contemptis rebus omnibus tum corporis tum fortunæ, oratione & prædicatione ſaluti hominum, ut bonum paſtorem decet conſule. His itaq́ꝫ diſpoſitis, cum ordinationes aliquot Romæ feciſſet, quibus Epiſcopos VI. Presbyteros X. Diaconos VII. creauit. III. Calend. Iulĳ, C. Fonteio L. filio Capitone & C. Iulio C. filio Rufo Coſſ. Anno CHRISTI LXVIII. Imp. Nerone Claudio Auguſto, Romæ, capite in terram uerſo, eleuatiſq́ꝫ in ſublime pedibus, Cruci affigitur, in loco quem Montem aureum nunc uocant trans Tyberim: ita enim uoluit, quod diceret ſe indignum eſſe qui mortem Saluatoris imitaretur. Sepultus eſt autem in monte Vaticano, uia Aurelia, ſecus hortos Neronis, non longè à uia triumphali quæ ad Apollinis templum ducit. Vbi nobiliſsima eius nomine procedente tempore Baſilica eſt conſtituta, loco pontificia domus accubat. Tertull. in lib. de præſcript. hæretic. Iren. lib. 3. contr. hæreſes cap. 1. & 3. Euſeb. Eccl. Hiſt. lib. 2. cap. 14. & lib. 3. cap. 2. & in Chron. Damaſ. Papa de uit. Pontific. Hieron. in lib. de uir. illuſtr. in Petro. Ioan. 3. Papa in epiſt. Decretal. Oroſ. Hiſtor. lib. 7. cap. 4. Ado Vienen. Archiepiſc. Chron. ætat. 6. Venerab. Beda de tempor. & in Martyrol. ſub 3. Calend. Iul. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 2. Gregor. Turonen. Archiepi. Hiſt. lib. 1. Iſidor. Iſpalen. in uit. Petri. Onuphr. de Pont. Roman.

S. LINVS.

ANNO CHRISTI LVII.

S. LINVS, Volaterranus, natione Italus, Etruſcus, patre Herculaneo genitus, è familia Maurorum, Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, & ab eo uiuente cum Cleto coadiutor Romanus ordinatus, ſedit Romæ abſente ut plurimum S. Petro annos XI. Menſes III. Dies XII. Creatus Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Q. Voluſio L. filio Saturnino, & P. Cornelio P. F. Scipione Coſſ. pridie Id. Iun. Anno ſalutis LVII. Sedit uſq́ꝫ ad Annum CHRISTI LXVIII. & diem IX. Calend. Octobr. in quo Imp. Nerone Cæſ. Auguſto C. Fonteio L. filio Capitone & C. Iulio C. F. Rufo Coſſ. cum eſſet etiam Clementis qui primus poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus Romanus fuit Coadiutor, altero menſe & die XXVI. à Petri morte capite cæſus eſt, atq́ꝫ iuxta ſancti Apoſtolorum Principis corpus in Vaticano ſepultus, cum ex mandato eiuſdem Apoſtoli ordinationes duas feciſſet, quibus Epiſcopos XV. Presbyteros XVIII. & Diaconos ordinauit. Iren. lib. 3. contr. hæreſes cap. 3. Tertullian. in lib. de coron. milit. Euſeb. Eccleſi. Hiſt. lib. 3. cap. 4. Zonar. Annal. part. 2. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 2. Damaſc. de uit. Pontif. Beda uenerab. in Martyrol. ſub. 6. Cal. Decembr. Ioann. 3. Papa in epi. Decret. Onuphr. de Pont. Roman.

S. CLE-

S. CLEMENS.

S. CLEMENS, Romanus, qui & uidit Apoſtolos,& conſuluit cum eis,patre Fauſtino,de regione ſecunda Cœlimontium,ex S.R.E.Presbytero primus poſt Petri Apoſtoli mortem Romanus Epiſcopus,pauló ante obitum ſuum ab eo cōſtitutus,Impp.Nerone,Galba,Othone,Vitellio & Veſpaſiano Auguſtis,Romæ ſedit Annos IX.Menſ.IIII.Dies XXVI. A die III. Cal. Iul.Anni LXVIII.uſq; ad Annum CHRISTI LXXVII.Diemq; IX.Cal. Decembr.in quo Imp.Cæſ.T.Flauio T.F.Veſpaſiano Cæſare V.Coſſ.cum in Ponto ubi relegatus fuerat occiſus fuiſſet, ibidem ſepultus iacuit, uſq; ad Nicolai Papæ tempora,ſub quo Romam translatus, in Baſilica ſuo nomini dicata conditus eſt.Ordinationes fecit duas menſe Decembri quibus Epiſcopos XV.Presbyteros X.& Diaconos duos creauit. Iren.lib.3. contr.hæreſ. cap.3. Epiphan. lib. 1.tom. 2. hæreſ. 27. Hieron.lib.1. aduerſ. Iouinian. Athanaſ.in lib.contr.Atticum. Abdias Epiſc. Babylon. Apoſt. diſcip. certamin.Apoſtolici lib.1. Clemens epi.1.ad fratr.Domini. Damaſ.de uit.Pont. Beda uenerab.ſub 4.Id.Iul.& 9.Cal. Decemb. in Martyrol. Ioann. 3. Papa in epi.Decret. Onuphr.de Pont.Roman. ANNO CHRISTI LXVIII.

S. CLETVS.

S. CLETVS, Romanus natione,de regione Eſquilina Vico patritij, patre Æmiliano,quartus in ordine Pontificum Romanorum addito Lino, ſecundus uero poſt Petrum Apoſtolum Papa, ſub Impp.Veſpaſiano, Tito & Domitiano,ſedit poſt Clementis mortem Annos VI.Menſes V.Dies III. Is cum coadiutor Clementis, quemadmodum etiam ante & Petri fuerat,remanſiſſet,Clemente in exilium acto,Romanam Eccleſiam rexit, atq; poſt eius obitum ut antiquior in diſciplina Chriſtiana diſcipulus, & de ea præ cæteris benè meritus,Pontifex Romanus omnium fidelium ſuffragijs,audita Clementis morte,confirmatus eſt: cum ante ſub Petro & Clemente coadiutor fuiſſet Annos XX.Menſes VIII.Dies XXIX.Sedit igitur ab obitu Clementis IX.Cal.Decembr.Anni LXXVII.uſq; ad VI.Calend.Maij anni CHRISTI LXXXIIII.in quo Cæſ.Flauio Domitiano Auguſto Germanico Imp. IX.& T.Virginio Rufo II.Coſſ.cum ordinationem unam XXV.Presbyterorum feciſſet, occiſus eſt,et in Vaticano iuxta S.Petri Apoſtoli corpus ſepultus.Sedit autem omnino Annis XXVII.Men.II.D.II.Mortuo Cleto Papa paſtore uacauit Romana ſedes Dies XX. Beda uenerab.in Martyrol. ſub 3. Cal.Maij. Damaſ.in uit.Pontif. Anaſtaſ. S. R. E. Bibliothec. in uit.Pontiſ. Method.in Hiſtor.Ioann.3.Papa in epi.Decret. Onuphr.de Pont.Roman. ANNO CHRISTI LXXVII.

S. ANACLETVS.

S, ANACLETVS, natione Græcus,ex parte Antiocho, Athenienſis,Apoſtolorum Principis diſcipulus,ab eoq; S.R.E.Presbyter conſecratus, quintus Epiſcopus Romanus, Imp.Cæſ.Fl. Domitiano Auguſto Germanico ſedit Annos XII.Menſ.I.Dies XXVII.Creatus XVI.Calend. Iun. Occiſus III.Id.Iul. Anno CHRISTI XCVI. C.Antiſtio L. F.uetere & C. Iulio ualente Coſſ.ac prope S.Petrum in uaticano ſepultus, cum ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, Epiſcoporum VI. Presbyterorum V. & Dia- ANNO CHRISTI LXXXIIII.

conor.IIII. Quo mortuo, uacauit ſedes Romana Dies XIII. Damaſ. de uit. Pont. Beda uenerab. in Martyrol. ſub 6. Calend. Maij. Naucler. part. 2. generat. 4. Onuphr. de Pont. Rom.

S. EVARISTVS.

ANNO CHRISTI XCVI. S. EVARISTVS, Iudæ filius, Bethleemites, Syrus, Impp. Domitiano, Nerua & Traiano, ſedit Romæ Annos XIII. Menſ. III. Creatus VI. Calend. Auguſti & cum ordinationes tres menſe Decemb. feciſſet quibus Epiſcopos V. Presbyteros VI. Diaconos II. creauit VII. Cal. Nouemb. Anno CHRISTI CIX. occiſus eſt & in Vaticano ſepultus App. Annio Trebonio Gallo & M. Atilio Metilio Bradua Coſſ. uacauit ſedes Romana eo mortuo dies XIX. Iren. lib. 3. cont. hęreſ. cap. 3. Euſeb. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 34. & in Chron. Niceph. Eccleſ. Hiſt. lib. 3. cap. 25. Beda uenerab. in Martyrol. ſub 6. Cal. Nouemb. Hermañ. Contr. in Chron. Naucl. part. 2. generat. 4. Onuph. de Pont. Rom. De cuius uita atq; Martyrio dicemus ſuis locis in Centenario ſecundo.

AQVILEIENSES EPISCOPI.

S. MARCVS.

ANNO CHRISTI XLIIII. S. MARCVS Euangeliſta, patria Hieroſolymitanus, matre Maria, unus ex LXX. B. Petri Apoſtoli ex ſorore nepos, eius in baptiſmate filius, atq; in diuino ſermone diſcipulus & interpres, in Iſraël ſacerdotium agens, ſecundum carnem Leuita, Tiberio Claudio Imp. Cæſ. Auguſto Germanico, à Simone Bar Iona præceptore, coryphæo Apoſtolorum, Aquileiæ deſignatus Epiſcopus, cum fœliciter negotium CHRISTI exequeretur, Hermagora ciue Aquileienſi diſcipulo ſucceſſore ordinato, Alexandriam euocatus, cum ſalutaribus conſilijs & paternis conſolationibus Chriſtianæ plebi plurimum profuiſſet, VII. Cal. Maij, Anno LXIIII. Domitio Nerone Cæſ. Auguſto Alexandrię ab idolorum cultoribus occiſus, ibidemq; ſepultus ad ea tempora, quibus à mercatoribus Venetis in patriam translatus, in Baſilica ſuo nomini dicata conditus eſt. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Volaterr. Commentar. lib. 15. Sabell. part. 4. lib. 3. de uetuſtat. Aquileiæ. Bergomen. Chron. lib. 8. Petr. de Natal. Epi. Equilin. lib. 4. cap. 86. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 16. Hartman. Scedel. Chron. ætat. 6. Annal. Aquileien.

S. HERMAGORAS.

ANNO CHRISTI XLV. S. HERMAGORAS, natione Italus, ciuis Aquileienſis, D. Marci Euangeliſtæ auditor atq; diſcipulus, ad CHRISTI fidem conuerſus, Tiberio Claudio Imp. Cæſ. Auguſto Germanico, à D. Marco, Petri Apoſtolorum Principis authoritate, Aquileiæ & totius Venetæ Prouinciæ Prothopræſul conſtitutus eſt. Occiſus IIII. Id. Iul. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto ſub Præſide Seuaſto. Beda uenerab. in Martyrol. ſub 4. Id. Iul. & prid. Id. Septēb. Volaterr. Commentar. lib. 15. Sabellic. part. 4. lib. 3. de uetuſtat. Aquileiæ. Hermann. Contract. in Chron. Bergomen. Chron. lib. 8. Petr. de Natal. Epi. Equilin. lib. 6. cap. 86. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 16. Erford. cap. 5. Vincent. lib. 9. cap. 116. & 117. Hartman. Scedel. Chron. ætat. 6. Annal. Aquileien.

PAPI-

PAPIENSES.

S. SYRVS.

S. SYRVS, B. Hermagoræ Aquilienſium Epiſcopi diſcipulus, atque ab eo Præſul deſignatus, primus apud Papiam, Pauiam ſiue Ticinum Vrbem, Epiſcopalem cathedram fundauit erexitque, ac in ea Pontifex Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſedit Annos LVIII. Conſecratus Anno Saluatoris LXI. Et cum diſcipulos Iuentium atque Pompeium Diaconos, Chryſantum quoque ac Fortunatum Presbyteros ordinaſſet, pridie Id. Septembr. Anno CHRISTI CXIX. Ætatis uero CXII. Imp. Cæſ. Traiano Hadriano Auguſto beato fine potitus moritur, Paduæ in Baſilica SS. Geruaſij quàm ipſe conſtruxerat & dedicauerat ſepultus. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub prid. Id. Septembr. Petr. de Natal. Epiſc. Equilin. lib. 1. cap. 50. & lib. 8. cap. 68. Bergomen. Chron. lib. 8. ANNO CHRISTI LXI.

MEDIOLANENSES.

S. BARNABAS.

S. BARNABAS Apoſtolus, cui Ioſepho cognomen fuit, unus ex LXX. de tribu Leui, Cyprius genere, Mediolanẽſis primus Eccleſiæ Antiſtes, cum uerbo & opere oues CHRISTI pauiſſet, III. Id. Iun. Annum circiter Saluatoris LXII. apud Salaminam Vrbem Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto martyrio coronatus eſt, ibidemque ſepultus. Clemens recognit. lib. 1. Metaphraſt. in uit. Barnabæ. Doroth. Epi. Tyri in Synop. de 70. Bergomen. Chron. lib. 8. ANNO CHRISTI XLVI.

FESVLANI.

S. ROMVLVS.

S. ROMVLVS, B. Petri Apoſtolorum coryphæi diſcipulus, Herculis portam ingredi iuſſus, cum Hetruriam primus ad fidem uocaſſet, Feſulas abijt, ac Vrbis utriuſque præſul conſecratus eſt, Annum circiter CHRISTI XLIX. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Volaterr. Commentar. lib. 5. & 19. Antoni. part. 1. Hiſtor. ANNO CHRISTI XLIX.

RAVENNATES.

S. APOLLINARIS.

S. APOLLINARIS, Antiochenus genere, (Volaterrano Commentar. lib. 13. Romanus) B. Petri Apoſtoli diſcipulus, Antiochia ueniens, à præceptore Rauennatum Vrbis, quæ tum in Italia magnitudine & populi frequentia poſt orbis caput Romam primas obtinebat, Epiſcopus conſtituitur. Anno CHRISTI XLIX. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſedit Annos XXVIII. D. IIII. Occiſus eſt iam ſenex Fl. Veſpaſiano Imp. Cæſ. Auguſto Germanico ſub Demoſthene patricio. X. Cal. Auguſt. ANNO CHRISTI XLIX.

Annum circiter Saluatoris LXXVII. Rauennæ ſepultus. Primitiuæ Ecclеſ. Prothonator. in uit. Apollinar. Petr. Chryſolog. Archiepiſc. Rauen. Sermo. 128. Ado Treueren. Archiepi. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 10. Cal. Auguſt. Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 2. Petr. de Natal. Epi. Equilin. lib. 6. cap. 28.

LVCENSES.

S. PAVLVS.

ANNO CHRISTI XLVI. S. PAVLVS, alijs Paulinus, uiri Conſularis filius, Tuſcus, Apoſtolorum diſcipulus, ad CHRISTI fidem conuerſus, Lucæ Epiſcopus conſtitutus eſt. Martyrij palmam IIII. Id. Iul. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſubijt in Vrbe ſua ſepultus. Iſuard. atque Caniſ. in Martyrol. ſub. 4. Id. Iulij.

PADVANI.

S. PROSDOCIMVS.

ANNO CHRISTI XLIX. S. PROSDOCIMVS, Græcus, B. Petri Apoſtoli diſcipulus, & ab eo Patauinus Epiſcopus primus ordinatus, ſedit annos XCIII. M. I. D. XV. Romæ conſecratus Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico Anno Salutis XLVIII. Qui cum ordinationes plures Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum feciſſet, VII. Id. Nouembr. Anno CHRISTI CXLI. Imp. Cæſ. T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio moritur, in Vrbe ſua ad Baſilicam DEI Genitricis MARIÆ, prope Iuſtinæ Virginis ſacratam ædem ſepultus. Volaterr. Commentar. lib. 4. Iſuard. atque Caniſ. in Martyrol. ſub 7. Id. Nouembr. Petr. de Natal. Epiſc. Equilin. lib. 10. cap. 33.

AMITERNÆ.

S. VICTORINVS.

ANNO CHRISTI LXX. S. VICTORINVS, primus Amiternæ in Italia Epiſcopus Imp. M. Cocceio Nerua Cæſ. Auguſto Non. Septembr. occiſus eſt. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub Non. Septembr. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 1. §. 8. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 39.

NEAPOLITANI.

S. ASPRENVS.

ANNO CHRISTI XLIX. S. ASPRENVS, Principis Apoſtolorum Simonis Barionæ diſcipulus, Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Neapolitanæ Vrbis primus ab eo conſecratus Epiſcopus, fœliciter Eccleſiam ſibi concreditam, docendo ac propagando CHRSTI uerbum, excoluit. Volaterr. Commentar. lib. 6.

PARTIS

PARTIS PRIMÆ.

DISTINCTIO II.

DE GERMANIS PONTIFICIBVS.

MOGVNTINI EPISCOPI.

S. CRESCENS.

SANCTVS CRESCENS, ſiue Creſcentius, unus ex primis Germaniæ Apoſtolis, D. Pauli auditor, comes atq; diſcipulus, à Magiſtro in Gallias miſſus, Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Moguntiaci ad Rhenum, principem fluuiorum Germaniæ, Epiſcopalem primus ſedem conſtituit: cumq; doctrina & exemplis ſuo gregi ut paſtor fidelis multum profuiſſet, ad Galathiam reuerſus, ubi ſpecialiter Pontifex conſtitutus, predicationis munere fœliciter peracto, in CHRISTO V. Cal. Iulij, placidè in finitis miraculis clarus obdormiuit. Annal. Moguntineñ. Clichtouæ, de Pont. Moguntiñ. Vuolfg. Bawr in uit. Præſul. Nemetocernæ. Ioann. Mutterſtat in Epiſc. Spiren.

ANNO CHRISTI LVIII.

S. BODARDVS.

S. BODARDVS, alijs Budibardus, natione Gallus, B. Creſcentis auditor atq; diſcipulus, Magiſtro in Epiſcopatu ſucceſsit. Annal. Moguntiñ. Clichtouæ. de Pont. Moguntiñ.

SVPHRONIVS.

SVPHRONIVS, tertius Moguntinæ ſedis celebratur Antiſtes. Annal. Moguntiñ. Clichtoue. de Pont. Moguntiñ.

COLONIENSES.

S. MATERNVS.

S. MATERNVS, unus ex LXX. B. Petri auditor atq; diſcipulus, qui filius ille unicus uiduæ creditur fuiſſe, qui defunctus à CHRISTO ſuſcitabatũ in ciuitate Naim. Luc. 7. (Antoni. tamẽ Monchiaceñ. Democar. lib. 2. cap. 36. de Miſſa cõtr. Caluin. ex Annal. Tungreñ. hunc Longobardũ, patre Comite Papiæ prognatũ aſſerit:) ultra Alpes ad Rheni ripam, ut Germanis CHRISTVM Dñm anunciaret, cũ complicibus Euchario & Valerio miſſus, Agrippinam Coloniã Vbiorũ oppidũ ingreſſus, primus Ann. Saluatoris LIIII. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico eiuſdẽ urbis Pontificatũ fundauit erexitq;. Et cũ in ea Antiſtes ſediſſet Ann. LXXVI. Imp. Cæſ. Traiano Hadriano Auguſto XVIII. Cal. Octobr. Anno CHRISTI CXXX. fœlici fine potitus, in Dño obdormiuit, Treueris in crypta ſubterranea præpotentis S. Matthiæ Cænobrij ſepultus. Beda uenerab. in Martyrol. ſub 18. Cal. Octobr. Method. in Chron. Volfg. Bawr. in uit. Præſul. Nemetocern. Ioan. Mutterſtat in Epiſc. Spireñ. Annal. Colonieñ. & Treuereñ. Eckius Homil. 4. de S. Apoſt. Petr. & Paul.

ANNO CHRISTI LIIII.

TREVEREN-

TREVERENSES.

S. EVCHARIVS.

ANNO CHRISTI LIIII. S. EVCHARIVS. ex LXX. B. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, Vrbe Roma in Gallias & Germaniam miſſus, cum ſocijs Valerio atque Materno, primus Treuericæ Vrbis factus eſt Epiſcopus Anno CHRISTI LIIII. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, ſedit Ann. XXVIII. Et cum populum gentilitatis errore liberaſſet, in pace Cōfeſſor Domini. VI. Id. Decembr. Anno Saluatoris LXXXII. Impe. Tito Cæſ. Veſpaſiano Auguſto obdormiuit, in magnifici S. Matthiæ Cœnobij Treueris crypta ſubterranea ſepultus. Annal. Colonień. & Treuireń. Vuolfg. Bawꝛ in uit. Præſul. Nemetocern. Ioann. Mutterſtat in Epiſc. Spireń. Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. Naucler. part. 21. generat. 2. Vnerner. Carthuſ. in faſc. temp. Eckius Homil. 4. de S. Apoſt. Petr. & Paul. Vicel. in Hagiolog.

S. VALERIVS.

ANNO CHRISTI LXXXII. S. VALERIVS, Petri Apoſtolorum Principis auditor, de numero LXX. Diſcipulorum, in Gallias miſſus, cura ſolerti doctrinæ Domini inuigilans, mortuo Euchario, in Treuerenſi ſucceſsit Epiſcopatu, Anno CHRISTI LXXXII. Imp. Tito Cæſ. Veſpaſiano Auguſt: cumque ſediſſet Ann. XV. tum uitæ morumque integritate, tum ſanctitatis fama clarus, Anno Saluatoris XCVII. Imp. M. Cocceio Nerua Cæſ. Auguſto uita exceſsit IIII. Cal. Febr. in potentiſsimi S. Matthiæ Monaſterij crypta ſubterranea Treueris ſepultus. Annal. Treueren. Iſuard. in Martyrol. ſub 4. Calend. Febr. Naucler. par. 2. generat. 2. Vuolfg. Bawꝛ in uit. Præſul. Nemetocer. Ioan. Mutterſtat in Epiſc. Spireń. Method. in Chron.

S. MATERNVS.

ANNO CHRISTI XCVII. S. MATERNVS, ille ex LXX. CHRISTI diſcipulis, & Simonis Barionæ Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, quem paulo ante Colonien. fundaſſe Pontificatum demonſtrauimus, mortuo Valerio, ſucceſsit in Epiſcopatu Treuerenſi, Anno Saluatoris XCVII. Imp. M. Cocceio Nerua Cæſ. Auguſto. ſimul quàm ante gubernarat Eccleſiam adminiſtrans. Sedis huius Anno XXXIII. ex hac luce ſubductus eſt. Authores qui ſup. in Colonień.

BARDOVICENSES.

S. ÆGISTVS.

ANNO CHRISTI LIIII. S. ÆGISTVS, unus de numero LXX. diſcipulorum CHRISTI, Petri Apoſtolorū Principis auditor, à quo Germaniæ prædicaturus, in Saxoniam Anno Saluatoris CHRISTI LIIII. Imp. Nerone Cæſ. Auguſto Germanico dirigitur, qui in Bardewick / ad fluuium Elmenow, non procul ab eo loco ubi nunc Luneburga ſita eſt, primus Apoſtolica autoritate Epiſcopalem Cathedram erexit: cumque nebulas gentilitiæ prauitatis effugare cæpiſſet, cum Mariano Diacono martyrio coronatus, migrauit ad Dominum. Henric. de Erford. cap. 5.

TVNGREN-

TVNGRENSES.

S. MATERNVS.

S. MATERNVS, quem ſupra Colonienſem ſimul & Treuerenſem Eccleſias gubernaſſe oſtendimus, Tungrorum primus Epiſcopatum inſtituit: Apoſtolica prouiſione tres coniunctim cathedras occupans. Anno Saluatoris CHRISTI XCVII. Imp. M. Cocceio Nerua Cæſ. Auguſto. Pontificatus huius Anno XXXIII. in pace quieuit. Annal. Tungren. & Authores qui ſupra in Colonien. ANNO CHRISTI XCVII.

PANNONIÆ.

S. ANDRONICVS.

S. ANDRONICVS, unus ex LXX. diſcipulis Dñi IESV CHRISTI, cuius Apoſtolus in ea quæ ad Romanos eſt meminit Epiſtola, Domitio Nerone Imp. Cæſ. Auguſto Germanico, Pannoniæ primus factus eſt Epiſcopus. Volaterr. Commentar. lib. 19. Doroth. Epiſc. Tyri in Synopſ. de 70. ANNO CHRISTI LIX.

PARTIS PRIMÆ.

DISTINCTIO III.

DE GALLICANIS PONTIFICIBVS.

PARISIENSES EPISCOPI.

S. DIONYSIVS AREOPAGITA.

SANCTVS DIONYSIVS Areopagita, Græcus, D. Pauli auditor atque diſcipulus, à B. Clemente Pontifice Romano in Gallias miſſus, Occidentis Apoſtolus factus, Pariſiorum primus Epiſcopus eſt conſecratus, Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpit. C. F. Galba Imp. Cæſ. Aug. ſedit Annos XXVII. cum commendatum atque concreditum ſibi munus firma cum mentis ratione adminiſtraſſet, à Præfecto Peſcennino, ſocijs B. Eleutherio Archipresbytero & Ruſtico Diacono, VII. Id. Octobr. Anno Saluatoris XCVI. Imp. Cæſ. Fla. Domitiano Auguſto Germanico martyrij palmam ſubijt, in Vrbe ſua ſepultus, & Imp. Arnulphi temporibus Ratiſponam delatus, nunc in D. Hemerani ſacrata æde religioſiſsimè colitur. Vt in ſuis dicturi ſumus Centenarijs. Metrodor. in uit. Dionyſ. Micaël Syngelus Presbyt. Hieroſol. in uit. Dionyſ. Metaphraſt. in uit. Dionyſ. ſub 3. die Octob. Ioan. S.R.E. Subdiacon. ad Carolum magnum Imp. de Dionyſ. Beda uenerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 7. Id. Octob. Greg. Turon. in lib. de laud. plur. Martyr. & Hiſtor. lib. 1. Volate. Comment. lib. 15. ANNO CHRISTI LXIX.

MALLO.

MALLO, ſubrogatus eſt in locum Dionyſij, Anno CHRISTI XCVI. ANNO CHRISTI XCVI.

Imp.Caeſ.Flauio Domitiano Auguſto Germanico. Annal.Pariſien. Anto. Monchiacen.Democar.lib.2.de Miſſa contr.Caluin.cap.18.

AGENENSES.

S. MARTIALIS.

ANNO CHRISTI XLVII. S. MARTIALIS, unus ex LXX. Stephani Prothomartyris conſanguineus, patre Marcello, matre Elizabeth, à tribu Beniamin ortus, D. Petri Apoſtolorum Principis in baptiſmate filius, Agenenſem Eccleſiam primus couſtruxiſſe fertur. Anton.Monchiacen.Democar.lib.2.de Miſſ.contr.Caluin.cap.25.

ARELATENSES.

S. TROPHIMVS.

ANNO CHRISTI LVI. S. TROPHIMVS, Epheſius, B.Petri & Pauli diſcipulus, cuius meminit Apoſtolus ſcribens ad Timotheum, Imp.Nerone Claudio Cæſ.Auguſto Germanico Anno Saluatoris LVI. ab Apoſtolis Romæ primus Arelatenſis conſecratus Epiſcopus, ſedit Ann. XIII. Obijt IIII. Calend.Ianuar.Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpitio C. F. Galba Imp. Caeſ. Auguſto. Ado Vienen.Chron. ætat. 6. Gregor. Turonen. Hiſtor. lib. 1. Beda uenerab.in Martyrol.ſub 4.Calend.Decembr.& 4.Calend.Ianuar.Petr.de Natal.lib.2. cap.18.Antonin.part.1.tit.6.cap.28.§.6.Vuerner.Carthuſ.in faſcic.tempor.

S. REGVLVS.

ANNO CHRISTI LXIX. S. REGVLVS, natione Græcus, ex Nicæa urbe, Ioannis Euangeliſtæ auditor atq; diſcipulus apud Epheſum, B. Dionyſij Areopagitæ comes ſocius q; peregrinationis ad Gallias, Anno CHRISTI LXIX. Ser.Sulpitio.C. F.Galba Imp.Caeſ.Auguſto poſt Trophimũ Arelaten. Præſul factus, III.Calend.April.obijt, in Apoſtolorum quam conſecrarat Baſilica ſepultus. Volaterr. Comment. lib. 19. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 15. Antonin. part. 1. tit. 6. cap.28.§.2.Vuerner. Carthuſ.in faſcic.temp.

REMENSES.

S. SIXTVS.

ANNO CHRISTI LVI. S. SIXTVS, B.Petri Apoſtolorum anteſignani auditor atq; diſcipulus, primus Remenſis in Gallia Archiepiſcopus eſt conſecratus. Occiſus Imp. Nerone Claudio Caeſ.Auguſto Germanico.Annal.Remen.Anton.Monchiacen.Democar.lib.2.de Miſſ.contr.Caluin.cap.14.

S. SISINNIVS.

S. SISINNIVS, & ipſe Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, ſubrogatus eſt in locum B. Sixti. Occiſus Imp. Nerone Claudio Caeſ.Auguſto Germanico.Authores qui ſupr.

S. AMANSIVS.

S. AMANSIVS, ille quoq; Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, ſucceſſit Siſinnio. Occiſus Imp. Nerone Claudio Caeſ. Auguſto Germanico. Author, qui ſupr.

PICTA.

PICTAVIENSES.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, ille ex LXX. quem prius Agenenſem Eccleſiam conſtruxiſſe oſtendimus, Pictauienſem Epiſcopatum in honorem S. Petri Apoſtoli erexit primus. Anton. Monchiace. Democar. lib. 2. de Miſſ. contra Caluin. cap. 25. ANNO CHRISTI XLVII.

VIENENSES.

S. CRESCENS.

S. CRESCENS, qui & Creſcentius, B. Pauli diſcipulus, Moguntinæ Vrbis (ut ſupra relatum eſt) Antiſtes, relicta Moguntia, Vienenſis in Gallia factus eſt Epiſcopus. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Beda uenerab. ſub 4. Cal. Ianuar. Petr. de Natal. lib. 2. cap. 15. ANNO CHRISTI LXVIII.

S. ZACHARIAS.

S. ZACHARIAS, Apoſtolorum diſcipulus, uir magnæ autoritatis & prudentiæ, cum Vienenſem poſt Creſcentium rexiſſet Eccleſiam, iam ſenex, Imp. Cæſ. Nerua Traiano Auguſto martyrio glorioſè defecit. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. cont. Caluin. cap. 29.

BITVRICENSES.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, is qui inter Agenenſes ſuperius cõnumeratur Epiſcopos, Bituricenſem primus Eccleſiam in honorem S. Stephani Prothomartyris conſtruxit. Antho. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. cont. Calu. cap. 25. ANNO CHRISTI XLVII.

S. APHRODISIVS.

S. APHRODISIVS, genere Ægyptius, totius Ægypti præfectus, eo tempore quo puero IESV in Ægyptum fugato, & in templa Deorum delato idola omnia corruerunt, B. Petri Apoſtolorum Coryphæi apud Antiochiam diſcipulus, Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Bituricen. Eccleſiæ conſecratus eſt Antiſtes, Anno CHRISTI XLVIII. ſedit Ann. VI. Moritur XI. Calend. April. Anno Saluatoris LIIII. apud Bituriges ſepultus. Volaterr. Commentar. lib. 13. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 218. ANNO CHRISTI XLVIII.

S. VRSINVS.

S. VRSINVS, aliis Vrſicinus, Apoſtolorum diſcipulus, à B. Petro conſecratus, Aphrodiſio in Epiſcopatu ſucceſsit, Anno CHRISTI LIIII. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſedit Ann. XXVII. Hunc quidam Nathanaelem dicunt, fratrem Philippi Apoſtoli. Obiit V. Id. Nouembr. Anno Saluatoris LXXXI. Imp. Tito Cæſ. Veſpaſiano Auguſto, requieſcit in Eccleſia ſui nominis. Beda uenerab. in Martyrol. ſub V. Id. Nouembr. Antonin. part. 1. tit. cap. 5. Anton. Monchiacen. Democ. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 24. ANNO CHRISTI LIIII.

S. SERVICIANVS.

ANNO CHRISTI LXXXI. S. SERVICIANVS, ſucceſsit poſt Vrſicinum, Anno ſaluatoris LXXXI. Imp. Tito Cæſ. Veſpaſiano Auguſto, ſedit Ann. XVI. Obijt Anno CHRISTI XCVII. Imp. Cæſ. Nerua Traiano Auguſto Germanico Daſ cico, ſepultus in Eccleſia S. Crucis. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 24.

S. ETHERIVS.

ANNO CHRISTI XCVII. S. ETHERIVS, Seruiciano ſubrogatus eſt Anno CHRISTI XCVII. Imp. Cæſ. Nerua Traiano Auguſto, ſedit Ann. XI. Moritur Anno Saluatoſ ris CVIII. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. cont. Calu. cap. 24.

BELVACENSES.

S. LVCIANVS.

ANNO CHRISTI LXIX. S. LVCIANVS, B. Apoſtolorum, Petri inprimis diſcipulus, à Cleſ mente Pontifice in Gallias una cum Areopagita Dionyſio miſſus, Beluacen. Præſul conſecratus eſt, Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpitio C. F. Galba Imp. Cæſ. Auguſto. Occiſus VI. Id. Ianuar. Imp. Cæſ. Flaui. Domitiano Auſ guſto Germanico. Beda uenerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub VI. Id. Ianuar. Martin. in Chron. Volaterr. Commentar. lib. 16. Petr. de Natal. lib. 2. cap. 55. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 3. Vuerner. Carthuſ. in faſc. temp.

CADVRCENSES.

S. MARTIALIS.

ANNO CHRISTI XLVII. S. MARTIALIS, cuius ſupra inter Agenenſes facta mentio, Cadurſ cenſem ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris conſtruxit Eccleſiſ am. Antho. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. cont. Calu. cap. 25.

METENSES.

S. CLEMENS.

ANNO CHRISTI XLIX. S. CLEMENS, cognomento Flauius, Conſul Romanorum, Patruus B. Clementis Papæ, Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, in Gallias una cum complicibus Cæleſto atq; Fælice miſſus, primus Metenſem rexit Eccleſiſ am, Anno Saluatoris XLIX. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſeſ dit Ann. XXV. Cumq; ordinationes Epiſcoporum, Presbyterorũ atq; Diaſ conorum plures feciſſet, fœlici fine potitus, IX. Calend. Decemb. in CHRIſ STO obdormiuit Anno Domini LXXIIII. Imp. Cæſ. T. Flauio Veſpaſ ſiano Auguſto. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 113. Anton. Monchiacen. Democ. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 33.

S. COELESTVS.

ANNO CHRISTI LXXIIII. S. COELESTVS, Simonis Bar Ionæ Apoſtolorum Coryphæi diſciſ pulus, mortuo Clemente ordinatur Epiſcopus, Anno CHRISTI LXXIIII. Imp. Cæſ. T. Flauio Veſpaſiano Auguſto ſedit Ann. XV. Obijt prid. Id. Oct. Anno Saluatoris LXXXIX. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Auguſto Germaſ nico. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. cont. Caluin. cap. 33.

S. FOEſ

S. FOELIX.

S. FOELIX, & ipſe Petri Apoſtoli diſcipulus, ſucceſsit in Epiſcopatu Anno Cœleſto, Anno Saluatoris LXXXIX. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Auguſto Germanico, ſedit Ann. XLII. Subductus ex hac luce Anno CHRISTI. CXXXI. Imp. Cæſ. Traiano Hadriano Auguſto. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contra Caluin. cap. 33. ANNO CHRISTI LXXXIX.

SANTONENSES.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, de quo ſupra inter Agenenſes, Eccleſiam primus Santonenſem in honorem S. Petri Apoſtoli erexiſſe creditur. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contra Caluin. cap. 25. ANNO CHRISTI XLVII.

S. EVTROPIVS.

S. EVTROPIVS, Perſa, Xerxis Adimundi Babyloniæ Perſarum Regis, & Gumæ Reginæ filius, B. Areopagitæ Dionyſij comes atque diſcipulus, Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpitio C. F. Galba Imp. Cæſ. Auguſto, à Clemente Pontifice, Pontificalis ordinis gratia conſecratus, Santonenſis Epiſcopus conſtituitur, ſedit Ann. XXVII. Occiſus prid. Calend. Maij Anno Saluatoris XCVI. Imp. Cæſ. Flauio Domitiano Auguſto Germanico. Ado Treueren. & Iſuard. in Martyrol. ſub prid. Calend. Maij. Beda Venerab. in Martyrol. ſub 3. Calend. Maij. Gregor. Turonen. lib. in glor. plurim. Martyr. edito. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 105. Anton. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 6. ANNO CHRISTI LXIX.

S. PALLADIVS.

S. PALLADIVS, ſucceſsit Eutropio, Anno CHRISTI XCVI. Imp. Cæſ. Flauio Domitiano Auguſto Germanico. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 26. ANNO CHRISTI XCVI.

ANICIENSES.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, cuius inter Agenenſes facta mentio, in honorẽ DEI & B. MARIÆ Virginis Epiſcopalem ſedem Aniciæ ædificaſſe ac dedicaſſe dicitur. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25. ANNO CHRISTI LXIX.

ROTHOMAGENSES.

S. NICASIVS.

S. NICASIVS Martyr, à B. Clemente Pontifice in Gallias miſſus, Rothomagenſis primus Eccleſiæ cõſecratus eſt Antiſtes Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpitio C. F. Galba Imp. Cæſ. Auguſto. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 20. ANNO CHRISTI LXIX.

AQVENSES.

S. MAXIMINVS.

ANNO CHRISTI XLVI. S. MAXIMINVS, ſiue Maximus, unus ex LXX. CHRISTI diſcipulis, qui cum S. Lazaro, Maria Magdalena, Martha ſororibus, & Cedonio, poſt aſcenſum Saluatoris in cœlum, claſſe Maſsiliam appulit, primus Aquenſis Antiſtes conſecratus eſt, Anno CHRISTI XLVI. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico & ſedit Ann. XL. Obijt VI. Id. Iun. Ann. Saluatoris LXXXVI. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Auguſto Germanico, ſepultus in Vrbe ſua, in monumento quod ipſe ſibi cōſtruxerat, iuxta corpus ſibi concreditæ Magdalenæ. Volaterr. Connuentar. lib. 17. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 101. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 19. §. 1. Vuerner. Carthuſ. in faſc. temp.

S. CEDONIVS.

ANNO CHRISTI LXXXVI. S. CEDONIVS, qui & Celidonius, CHRISTI Saluatoris diſcipulus, qui cæcus natus Domini beneficio lumen recepit, ſucceſsit Maximino in Pontificatu Anno CHRISTI. LXXXVI. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Auguſto, Anton. Monchiaceñ. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 32.

RVTHENENSES

S. MARTIALIS.

ANNO CHRISTI XLVII. S. MARTIALIS, quem ſupra inter Ageneuſes commemorauimus, Ruthenam ſedem Epiſcopalem in honorem DEI & B. MARIÆ Virginis ædificaſſe ac dedicaſſe dicitur. Antoni. Monchiaceñ. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25.

MASSILIÆ.

S. LAZARVS.

ANNO CHRISTI XLVI. S. LAZARVS, frater Marthæ & Mariæ Magdalenæ, unus ex LXX. quem Dominus ſuſcitauit à mortuis, patre Syro, matre uero Eucharia, ex tribu Iuda natus, Anno Saluatoris XLVI. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Maſsilienſis primus conſtituitur Epiſcopus. Vbi cum ſediſſet Annos XI. beato fine potitus. XVI. Calend. Ianuar. Anno LVII. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſanctè obdormiuit. Beda Venerab. in Martyrol. ſub 16. Calend. Ianuar. Hamular. Fortunat. Archiepiſc. Treueren. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 72. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 19. §. 1.

ENGOLISMENSES.

S. MARTIALIS.

ANNO CHRISTI XLVII. S. MARTIALIS, cuius inter Agenenſes mentio facta eſt, Engoliſmenſem Eccleſiam Epiſcopalem in honorem S. Petri Apoſtoli erexit. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25.

LEMO-

LEMOVICENSES.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, ille ex LXX. quem Agenenſem Eccleſiam conſtruxiſſe oſtendimus, primus Lemouicen. à D. Petro Epiſcopus & Aquitaniæ conſecratus primas, ſedit Ann. XXVIII. A die III. Calend. Iulij Anni XLVI. Vſq; ad Annum CHRISTI LXXIIII. diemq; II. Cal. Iulij in quo Imp. Cæſ. T. Flauio T. F. Veſpaſiano Auguſto, cum ordinationes Epiſcoporum, Presbyterorum atq; Diaconorum plures feciſſet, ſancto fine potitus, placidè obdormiuit, intra Vrbis ſuæ mænia ſepultus. Beda Venerab. ſub prid. Cal. Iul. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 29. Iſuard. in Martyrol. ſub prid. Cal. Iul. Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 2. Martin. in Chron. ANNO CHRISTI XLVI.

S. AVRELIANVS.

S. AVRELIANVS, ſucceſsit Martiali in Epiſcopatu Lemouicenſi, Anno CHRISTI LXXIIII. Imp. Cæſ. T. Flauio T. F. Veſpaſiano Auguſto. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contra Caluin. cap. 25. ANNO CHRISTI LXXIIII.

S. EMILIVS.

S. EMILIVS, poſt Aurelianum ſucceſsit. Anton. Monchiacen. Democares ibidem.

TVLLENSES.

S. MANSVETVS.

S. MANSVETVS, natione Scotus, ex nobili prognatus familia, Simonis Barionæ Apoſtolorum coryphæi diſcipulus, ſocius B. Clementis Epiſcopi Metenſis, à Petro Leucorum in Vrbe Tullenſi primus Antiſtes conſecratus eſt, Anno CHRISTI XLIX. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Petr. de Natal. lib. 11. cap. ult. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 33. ANNO CHRISTI XLIX.

S. AMON.

S. AMON, uacante ſede Epiſcopatum accepit. Anton. Monchiacen. Democar. ubi ſupra.

S. ALCHA.

S. ALCHA, ſiue Altha, ſucceſsit Amoni. Idem ibidem.

GEBENNENSES.

S. NAZARIVS.

S. NAZARIVS, B. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, primus Gebennenſium factus Apoſtolus, fidei fundamenta iecit, Epiſcopi munus fideliter adminiſtrans. Anton. Monchiacen. Democor. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 30. ANNO CHRISTI LVIII.

NARBONEN-

NARBONENSES.

S. PAVLVS SERGIVS.

ANNO CHRISTI XLVIII. S. PAVLVS Sergius, Gentium Doctoris & CHRISTI Apoſtolorum diſcipulus, de Ciuitate Papho inſulæ Cypri, à Paulo Apoſtolo Narbonen. conſecratus eſt Epiſcopus, Anno Saluatoris XLVIII. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico: Vbi fœlici fine potitus, in Domino obdormiuit Id. Decembr. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub. 11. Calend. April. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 60. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 6. Gregor. Turonen. Hiſtor. lib. 1.

S. STEPHANVS.

S. STEPHANVS, Pauli Sergij auditor atq; diſcipulus, à præceptore Narbonenſis Pontificatus ſucceſſor ordinatus adeoq; conſecratus, maxima ſanctitatis opinione deceſsit. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 60. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 6.

AVINIONENSES.

S. RVFVS.

ANNO CHRISTI LXIIII. S. RVFVS, Pauli Sergij diſcipulus, primus Auinionenſis Eccleſiæ creatus atq; cõſecratus eſt Antiſtes. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 60. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 6. Caniſ. in Martyrol. ſub prid. Id. Decembr.

SENONENSES.

S. SAVINIANVS.

ANNO CHRISTI LIIII. S. SAVINIANVS, ſiue Sabinus, unus ex LXX. CHRISTI diſcipulis, à B. Petro Apoſtolo primas totius Galliæ & Senonenſis Archiepiſcopus conſecratus eſt, Anno CHRISTI LIIII. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſedit Ann. XX. M. IIII. D. III. Occiſus eſt XIIII. Calend. Nouembr. Anno Saluatoris LXXIIII. in Vrbe ſua ſepultus. Bed. in Martyrol. ſub prid. Cal. Ianuar. Petr. de Natal. lib. 2. cap. 25. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 3. Martin. in Chron. Vicel. in Hagiolog. Vuerner. Carthuſ. in faſc. temp.

S. POTENTIANVS.

ANNO CHRISTI LXXIIII. S. POTENTIANVS Martyr, & ille ex LXX. Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, B. Sauiniani in itinere comes & ſocius peregrinationis, Epiſcopatũ Senonenſem accepit Anno Saluatoris LXXIIII. Imp. Cæſ. T. Flauio Veſpaſiano Auguſto ſedit Ann. IIII. Occiſus prid. Calend. Ianuar. Anno CHRISTI LXXVIII. Beda Venerab. in Martyrol. ſub prid. Calend. Ianuar. Et Authores qui ſupra &c.

S. LEONTIVS.

ANNO CHRISTI LXXVIII. S. LEONTIVS, ſubrogatus eſt in locum Potentiani, Anno Saluatoris LXXVIII. Imp. Cæſ. T. Flauio Veſpaſiano Auguſto ſedit Ann. XXVIII. Obijt Ann. CHRISTI CVI. Imp. Cæſ. Nerua Traiano Auguſto Dacico, Parthico. Annal. Senonum. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 17.

MIMIATENSES.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, cuius inter Agenenſes meminimus, in honorem DEI & B. MARIÆ Virginis Epiſcopalem ſedem Mimiatenſem ædifi- caſſe ac dedicaſſe dicitur. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. cont. Caluin. cap. 25. ANNO CHRISTI XLVII.

CATHALANENSES.

S. MENNIVS.

S. MENNIVS, nobilis Romanus, B. Areopagitæ Dionyſij ad Galli- as itineris comes & ſocius peregrinationis, Apoſtolorum Coryphæi diſcipu- lus, ab eoq; Cathalanenſis primus cõſecratus Epiſcopus, ſedit Ann. LXXX. Ab Anno poſt CHRISTI Natalem LVIII. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico uſq; ad diem XII. Calend. Ianuar. Anni CXXXVIII. in quo Imp. Cæſ. Traiano Hadriano Auguſto beato fine potitus in Vrbe ſua quieuit. Volaterr. Commentar. lib. 17. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 25. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 27. §. 1. Placent. in Catalog. Epiſc. Tungren. ANNO CHRISTI LVIII.

MELDENSES.

S. DIONYSIVS AREOPAGITA.

S. DIONYSIVS Areopagita, Pariſienſium primus Epiſcopus, ut ſu- pra eius meminimus, Meldenſes ad fidem conuertit, Pontificiam eis cathe- dram conſtituens, Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpitio C. F. Galba Imp. Cæſ. Auguſto. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 19. ANNO CHRISTI LXIX.

S. SANCTINVS.

S. SANCTINVS, B. Dionyſij Areopagitæ diſcipulus, à præceptore Meldenſium conſecratus eſt Antiſtes, Anno CHRISTI XCVI. Imp. Cæſ. Flauio Domitiano Auguſto Germanico ſeditq; Ann. XXII. Obijt X. Calend. Octobr. Anno Saluatoris CXVIII. Imp. Cæſ. Nerua Traiano Au- guſto Dacico Parthico, in urbe ſua ſepultus. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 19. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 108. Henric. de Erford. cap. 9. Vincent. lib. 10. cap. 22. Vuerner. Carthuſ. in faſc. temp. Anton. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 1. ANNO CHRISTI XCVI.

EBROICENSES.

S. TAVRINVS.

S. TAVRINVS, à B. Clemente Pont. Max. in Gallias miſſus, Ebroi- cenſium primus conſecratus eſt Antiſtes, Anno CHRISTI XCIIII. Imp. Cæſ. Flauio Domitiano Auguſto Germanico. Anton. Monchiacen. De- mocar. lib. 2. de Miſſa contr. Caluin. cap. 21. ANNO CHRISTI XCIIII.

SVESSIONENSES.

S. SIXTVS.

ANNO CHRISTI LX. S. SIXTVS, Petri Apoſtolorũ coryphæi diſcipulus, [illegible] Sueſsionum conſecratus eſt Antiſtes. Occiſus Anno CHRISTI LXIIII. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Annal. Sueſsion. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 15. Vuerner. Carthuſ. in faſc. temp.

S. SIMISIVS.

ANNO CHRISTI LXIIII. S. SIMISIVS, alijs Simitius, & ipſe Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, Sixto mortuo Sueſsionum Præſul ordinatur, Anno Saluatoris LXIIII. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Occiſus eodem anno quo aſcendit cathedram. Authores qui ſupr.

DIVITIANVS.

ANNO CHRISTI LXV. DIVITIANVS, ſublato Simiſio ordinatus eſt in locum ipſius, Anno CHRISTI LXV. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Ex Archiuis Sueſsion. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 15.

CENOMANENSES.

S. IVLIANVS.

ANNO CHRISTI XLVI. S. IVLIANVS, qui Simon ille leproſus fuiſſe dicitur, quem Dominus à lepra ſanauit, poſt Domini Aſcenſionem ab Apoſtolis Cenomanenſis Epiſcopus eſt conſecratus, Anno CHRISTI XLVI. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſedit Ann. XLVII. Menſ. III. Dies X. Obijt prid. Non. Martij Anno Saluatoris XCIII. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Aug. Germanico. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 23. Volaterr. Comment. lib. 3. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 35. Iſuard. in Martyrol. ſub prid. Non. Mart. Vuern. Carthuſ. in faſc. temp.

TRECENSES.

S. AMATOR.

ANNO CHRISTI LIIII. S. AMATOR, à B. Petro Apoſtolo cum ſocijs Potentiano atq; Sauiniano in Gallias miſſus, Trecenſis conſecratus eſt Epiſcopus, Anno CHRISTI LIIII. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 19.

PETRAGORICENSES.

S. FRONTO.

ANNO CHRISTI LIIII. S. FRONTO, Gallus, Petri Apoſtolorum Principis in baptiſmate filius, Petragoricenſis primus ordinatus eſt Antiſtes, Anno Saluatoris LIIII. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Obijt VIII. Calend. Nouembr. Petragoricæ ſepultus. Beda uenerab. in Martyrol. ſub 8. Calend. Nouembr. Volaterr.

Volaterr. Commentar. lib. 3. & 16. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 1.

BAIOCENSES.

S. EXVPERIVS.

S. EXVPERIVS, à B. Clemente Pont. Max. Baiocenſis ordinatus eſt Epiſcopus, Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpitio C. F. Galba Imp. Cæſ. Auguſto. Anto. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. cont. Calu. cap. 21. ANNO CHRISTI LXIX.

S. ROGNOBERTVS.

S. ROGNOBERTVS, Exuperio ſucceſsit in Pontificatu, conſecratus à S. Saturnino Epiſcopo Toloſano, præfuit Ann. XC. Ibid. Democar.

TOLOSANI.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, qui inter Agenenſes connumeratur, ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris Eccleſiam Toloſanam conſtruxit. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25. ANNO CHRISTI XLVII.

VIRDVNENSES.

S. SANCTINVS.

S. SANCTINVS, quem ſupra Meldenſium conſecratum oſtendimus Antiſtitem, Virdunenſium quoq; primus rexit Epiſcopatum Annis XXII. Ab Anno Saluatoris XCVI. Ad diem X. Calend. Octobr. & Annum CHRISTI CXVIII. quo Imp. Cæſ. Nerua Traiano in Domino ſanctè obdormiuit. Anton. Monchiac. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 33. ANNO CHRISTI XCVI.

ARVERNENSES.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, cuius inter Agenenſes facta mentio, Epiſcopalem ſedem Aruernam in honorem DEI & B. MARIÆ Virginis ædificaſſe ac dedicaſſe dicitur. Anton. Monchiac. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25. ANNO CHRISTI XLVII.

S. ASTREMONIVS.

S. ASTREMONIVS, ſeu Auſtremonius, alijs Stremonius, quem inter LXX. commemorant, Apoſtolorum diſcipulus, Aruernenſem rexit Pontificatum Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Gregor. Turonen. Hiſtor. lib. 1. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Calu. cap. 25. ANNO CHRISTI LVII.

VRBICVS.

VRBICVS, ſucceſsit Aſtremonio. Ibidem Democar.

SILVANECTENSES.

S. REGVLVS.

ANNO CHRISTI LXIX.

S. REGVLVS, natione Græcus, qui & Epiſcopus Arelatenſis poſt Trophinum, Siluanectenſem primus Eccleſiam fœliciter gubernauit. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſa contr. Caluin. cap. 15.

NICENVS.

NICENVS, Siluanectenſium Præſul, demortuo Regulo in Epiſcopatu ſuccedit, Democar. ubi ſupr.

CARNOTENSES.

S. ADVENTINVS.

ANNO CHRISTI XXXVI.

S. ADVENTINVS, Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, SS. Potentiani, Sauiniani, Odoaldi, Altini Martyrum ſocius, à Magiſtro Carnotenſium conſecratus eſt Antiſtes, Anno CHRISTI XXXVI. Claudio Tiberio Nerone Imp. Cæſ. Auguſto ſedit Ann. XXVIII. Obijt Anno Saluatoris LXIII. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 18.

S. OPTATVS.

ANNO CHRISTI LXIII.

S. OPTATVS, ſubrogatus in locum Aduentini, ſedit Antiſtes Ann. XL. Ab Anno Saluatoris LXIII. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Aug. Germanico ad Annum CHRISTI CIII. Imp. Cæſ. Nerua Traiano Aug. Germanico Dacico, in quo uitam morte placida commutauit, Democar. ibidem.

AVRELIANENSES.

S. ALTINVS.

ANNO CHRISTI LIIII.

S. ALTINVS, ille ex LXX. SS. Sauiniani & Potentiani collega, Epiſcopus conſecratus, Aurelianenſem primus Eccleſiam in honorem B. Stephani Prothomartyris dedicauit, Anno CHRISTI LIIII. Tiberio Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Vbi & Cleri uarios inſtituit ordines, Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 18.

BVRDEGALENSES.

S. MARTIALIS.

ANNO CHRISTI XLVII.

S. MARTIALIS, cuius inter Agenenſes meminimus, Eccleſiam Epiſcopalem Burdegalenſem in honorem S. Stephani ac S. Andreæ Apoſtoli conſecrauit primus. Anton. Monchiac. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25.

PAR-

PARTIS PRIMÆ

DISTINCTIO IIII.

DE HISPANIS PONTIFICIBVS.

TOLETANI EPISCOPI.

S. EVGENIVS.

ANNO CHRISTI LXIX.

SANCTVS EVGENIVS, B. Dionyſij Areopagitæ diſcipulus, comes ſociusq́ peregrinationis ad Gallias, à Magiſtro Toletanus primus conſecratus eſt Epiſcopus, Anno CHRISTI LXIX. Ser. Sulpitio C.F. Galba Imp. Cæſ. Auguſto. Prope Pariſios Galliarum urbem XVII. Calend. Decembr. martyrij palmam accepit, ubi & ſepultus fuit, ad Annum CHRISTI M D L X V. quo die Nouembr. XIX. Toletum ſacratũ corpus translatum accepimus. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 62. Anton. part. 1. tit. 8. cap. 28. §. 4. Vincent. lib. 10. cap. 35. Vuerner. Carthuſ. in faſc. temp. Translationem B. Eugenij, D. Areopagitæ Collegæ, primi Epiſcopi Toletani, ex Lutetia Pariſeorum in ædem Toletanam, miſſam ex Hiſpania Romam ad Illuſtriſsimum Principem D. Ottonem, S. R. E. Epiſcopum Cardinalem Sabinum & Auguſtañ. Præpoſitum Elwangeñ. ſubijcere libet, quæ talis eſt:

ANNO Domini M. D. LXV. die Nouembr. XIX. corpus ſancti introductũ eſt, ad quod excipiendum ciues frequentes, arcus publicæ lætitiæ cauſa fieri curarunt. Primo ſe obtulit arcus ad portam crucifixi, D. Dionyſij effigiem continens, cum hac inſcriptione: B. Dionyſio Areopagitæ, quod Eugenium diſcipulum Euangelici uerbi nuncium in hanc urbem miſerit, eamq́ Chriſti fidem ſemel ſuſceptã in hanc uſq́ diem conſeruarint, Toletani, D. Ad portam. B. Virginis ad Stellam, alius erat arcus, D. Eugenij martyrium indicans, cum hac inſcriptione: Hercoldo ciui Romano, Diuum interpreti, quod S. Eugenij corpus ad aquas Marcheſias deliteſcere indicauerit, Diuorum erga eum charitatem recolentes, Toletani, D. In primo fori ingreſſu alius arcus ſtabat, in quo, ad primam faciem depictum erat funus D. Eugenij, quod à multis principibus uidebatur duci, cum imaginibus ab utroq́ arcus latere Sanctorum Helladij & Iuliani, Archiepiſcoporum poſtea Toletanorum. In ſecunda arcus facie, forum uerſus, hæc legebantur in acroterijs arcus, additis inſignibus regijs: Alphonſo VII. Hiſpaniarum Regi, Raymundo Archiepiſcopo Toletano, quod hic Eugenij notitiam dederit, ille brachium eius ad nos detulerit, Toletani, utriuſq́ pietatem ſuſcipientes, D. Ingreſsis forum, ſpectabatur inſignis ſtatua equeſtris Philippi Imperato. ad imitationem æreæ illius Romæ, in

Stylobata quadrangula, quæ circumcirca tali inſcriptione cingebatur, in primo eius latere: Imp. M. Iulio Philippo, quod primus ex Romanis Impp. CHRISTI myſterijs initiatus, Fabiano Pontifici Maximo ad pauperes ſubleuandos diuitias contulit, quas Decius parricida, à Xiſto Fabiani ſucceſſore, qui D. Laurentio Hiſpano Archidiacono diſtribuendas dederat, extorquere conatus eſt, Toletani maiorum ſuorũ exemplar renouantes. P. In ſecundo latere, erat ſequens inſcriptio, ex marmore uetuſto deſumpta, quod nuper Toleti effoſſum, Rex ab eo qui inuenit 200. aureis coronatũ emptum, in arce collocari iuſsit: Imp. Cæſ. M. Iulio Philippo, Pio, Fœlici, Auguſto, Parthico, Max. Tribunitiæ poteſtatis, patri patriæ, cõſuli, Toletani deuotiſsime, nomini maieſtatiq́ eius. D. In tertio latere: Multum Eugenio me debere profiteor, qui Toletanos deuotos mihi reddidit, multum Philippo II. Regi potentiſsimo, qui monumentum mihi ab illis dicatum inſtaurauit, non tam ego Parthorum uictorijs, quam eorum patrocinio fœlix ſum. In quarto latere: Quam liberet in præſentia uiuere, ludos ego ſecularibus apparitiores, quos Romæ exhibui Milleſimo ab urbe condita anno, ad te Eugeni, excipiendum edidiſſem. Ad fori exitum, alius arcus occurrebat, qui ipſam pompam, qua D. Eugenij corpus à Rege & à Toletanis intra urbem excipiebatur, continebat, obuiam prodeuntibus VII. Epiſcopis, quorum nomina inſraponuntur. Adiecti erant ſequentes uerſus:

Quam decet hoc Reges, ſubmittere colla ferendis,
Relliquijs diuum, turba Luthera freme:

Nimis honorati ſunt amici tui DEVS, Magnificaſti eos, in conſpectu Regum. In aduerſa facie eiuſdem arcus: Philippo II. Hiſpanorũ Regi, cuius in tuenda religione ſtudium, in defendenda Repub. uigilantia, profligatis nuper è Melita inſula Turcis, mari noſtro ſecuritate parta, palam innotuerunt, quod tam ſeduló, S. Patris Eugenij ſacrum exuuium, in urbem noſtram reducendũ curauit, Toletani. D. In uico Quadriuio conſpiciebatur alius arcus, ſic notatus: Carolo Philippi filio, principi iuuẽtutis, cuius excellens uirtus & magnanimitas, in magnã ſpem Remp. erigunt, Si P. Auguſtiſsimus, in reducendis. B. Ildefonſo & Leocadia, ob rerum molem quam ſuſtinet ceſſauerit, ut incumbat, Toletani multum obteſtantes, D. In loco, quem à la lonſa appellant, erat alius arcus prægrandis, qui quatuor columnis inſtar Iaſpidis conſtabat, in cuius prima facie hæc legebantur: Philippo Hiſpaniarum Regi, Reipub. reſtitutori, religionis uindici, diſciplinæ militaris reparatori, Iuſtitiæ cultori, Britannico, Africo, Turcico, Max. quod eius cauſa S. Eugenij brachium, reliquo corpori coniunctum fuerit, templi Toletani patres eius maieſtatis dediciſsimi, D. In ſecunda facie hi uerſus continebantur:

Dum das Eugenium nobis Rex magne, Salutem,
Et pacem donas, & ſecula læta reducis:
O nos fœlices, queis nunc datur oſſa tueri
Paſtor ſancte tua, & noſtram deducere in urbem
Vota antiqua patrum feres uidiſſe nepotes.

Erat

Erat in ingreſſu ſummi templi porticus ſeptem arcuum, in quorum medio & maximo hæc legebantur: B. Eugenio, S. Dionyſij Areopagitæ collegæ, primo Toletano Pontifici, quod à Clemente poſt Petrum ſecundo Pontifice Maximo in Hiſpaniam miſſus, hanc potiſsimum urbem elegerit, in qua ſacrum primatum conſtitueret, ad Eccleſiam ſuam, poſt mille quadringentos & amplius annos, inſigni Regum noſtrorū beneficio redeunti, templi Toletani patres religioſiſsimis animis, D.

In ſecundo arcu ad dextrū latus, cū armis ſeu inſignibus regijs: Philippo II. Regi religioſiſsimo, D. Erat infra hos uerſus pictura quædam tam obſcura, ut argumentum eius conſequi non licuerit, & uerſus etiam ipſi difficulter legebantur.

Quod tu Herocolide facis, immobilis ordo eſt,
Hunc Tagus expectat reducem, regnante Philippo.

Inter hunc & ſequentem arcū ad, conſpiciebatur ſtatua D. Leocadiæ palmæ ramum dextra tenentis, cum ſequente inſcriptione. S. Leocadia tutelare numen. Quod meo nomine Toletum protegitur, Tu pater optime cauſa es. In tertio arcu, cum armis & inſignibus: Carolo principi iuuentutis, quem pater Philippus religioni conſecrat, Carolus auus ad omnia magna uocat, D. In quarto arcu, una cum inſignibus: Iſabellæ Alfonſi VII. Hiſpaniarum Regis filiæ, cuius coniugium. S. Eugenij brachium Eccleſiæ Toletanæ olim dedit, D. Claudebat hos arcus dextri lateris, ſtatua D. Paſtoris, palmæ ramum dextra tenentis, & in faſtigio præfatorum arcuum, una cum inſignibus legebantur ſequentia: Gometij Telli Gironis, Toletani Archiepiſcopatus moderatoris digniſsimi, amore & Imperio. In ſecundo autem arcu, à ſiniſtro latere, poſt medium illum & magnum cum armis & inſignibus regijs.

Ergo agedum Diuum ducunt quo iuſſa ſequamur
Vlterius tentare, uoto ſententia cedet.

Iſabellæ, V. Reginæ Sereniſsimæ, D. Inter hunc & ſequentem arcum, erat ſtatua diuæ Eulaliæ, ramum palmæ dextra tenentis. In tertio arcu, una cū armis & inſignibus Galliæ: Carolo IX. Gallorum Regi, cuius immortale beneficiū Eccleſia Toletana perpetuo agnoſcet, D. In quarto arcu, additis inſignibus: Catharinæ, Gallorū Reginę, quod reliquū corpus Eugenij Brachio coniungendum Philippo genero donauerit, D. Claudebat hos arcus lateris ſiniſtri ſtatua D. Iuſti, palmæ ramum dextra tenentis: ac in faſtigio horum arcuum, una cum armis & inſignibus ſequentia exprimebantur: Domini Gartziæ Manerici Sacri ærarij & fabricæ Toletanæ Eccleſiæ præfecti max. conſilio & opera. Stabat è regione præfatorū arcuum, in medio plateæ uerſus publicas urbis ædes, Stylobata quadrangula, quæ indutum pelle leonis Herculem, clauaq́ armatum, ac circumcirca hoc diſtichon continebat:

Fortis ut Alcides, terrarum monſtra Philippus,
Sic ferus Eccleſiæ monſtra ſuperba domat.

Per integram hebdomadam, ſingulis diebus nouum imponebatur monſtrū Stylobatæ, ex quo nocte imminente nō pauca ſigna igniuoma, igneſq́ uolatiles

uolatiles magno ſtrepitu eiaculabantur, donec totum concremaretur, erat enim foris intuſq; ſulphure illitum. Porro in porticu ædium publicarum, quæ contra Eccleſiam ſpectat, ter interdum ipſius ſancti uita, prædicatio doctrinæ, & genus mortis, modo planè admirabili ædebantur. Omnia nimirum paruis quibuſdam imaginibus, quæ per ſe ipſæ moueri uidebantur, artificioſè exprimentibus, atq; ob oculos ponentibus.

ORDO QVO DIVI CORpus ſuſceptum fuit.

Rex una cum filio Principe, Vngariæ quoq; principibus Rodolpho & Erneſto, Maximiliani II. Imperatoris filijs, permultiſq; alijs Proceribus, & nobilibus ſuis domeſticis, ad hoſpitale quod eſt antè portam uiæ ſacræ, ingentibus ſumptibus à Ioanne Tauera Cardinale, Archiepiſcopo Toletano ædificari ceptum, prima luce ſe contulit. Quo in loco tabulatum inſtar ſacelli ſtructum erat, & Altare aulæis præcioſiſsimis & imaginibus exornatum, ubi dum S. Corpus appropinquaret, comitatusq; eius ferè omnis prætereuheretur, expectans ſacrum audiebat. Cæterum hoc ferè ordine Vrbem ingreſsi ſunt. Antecedebat magnus Sacerdotum numerus ex pagis, locisq; urbi uicinis, adeſſe iuſſus, geſtantium cruces & ſuarum Eccleſiarũ ſigna, quibus ſuccedebant ſocietates omnis generis, quas confraternitates appellant, Collegia item ciuium, & Senatus inquiſitionis contra hæreſes. Singulis ſua erant uexilla ſerica, uarijs coloribus diſtincta ac fulgentia. Deinde omnium ordinum monachi, quos clerus urbis, & præcipuè patres ſummi templi ſequebantur, à quibus miſsi fuerant ſub canonici in Galliam, qui horas Canonicas, apud S. Reliquias, per totũ iter pſallerent. Prælatæ ſunt ad XCIIII. argenteæ Cruces prægrandes, exceptis alijs CHRISTI Crucifixi imaginibus, ſignis atq; uexillis ſocietatum atq; collegiorum, quorum ingens numerus, & ut quidã affirmare auſi ſunt, ferè 500. fuit. Hiſce omnibus miſcebantur. LIIII. Chorearum genera, quæ ab utroq; ſexu, tum ſaltantium agilitate, tum peregrini ritus & habitus, cantantium deniq; & manibus plaudentium diuerſitate, pro uetere more gentis, hinc inde per pompæ ordinẽ uolitando ducebantur. Quorum plurimi ex circumiacentibus oppidis euocati fuerant Quibus etiam, urbis pueri atq; puellæ ex omnibus ludis literarijs adiungebantur: Vtriq; ſua præmia ac Iudices prout ſe geſsiſſent, cõſtituta habebant. Quod in ijs quoq; obſeruatum eſt, qui de propoſito themate, quod ad hanc ſacram rem pertinebat, meliores uerſus, Latinè uel Hiſpanicè compoſuiſſent. Poſt urbis Clerũ & Canonicos, lectica, in eaq; S. Corpus in arcula argentea deaurata, uariegatoq; opere incluſum uehebatur. Quam, cum ij, quorum curæ demandata erat, apud ſacellum in quo Rex operiebatur depoſuiſſent, Hiſpani proceres, humeris reuerenter impoſitam, & à dextro latere Rege ipſo, quem quidem Vngariæ principes, cum ob teneram ætatem aliter non poſſent, antecedebant, à ſiniſtro uero Hiſpanorum principe manus ſolummodo admouentibus, uſq; ad urbis portam geſtauerunt, ubi à ciuium ſupremo magiſtratu, & præcipuis Senatoribus ulterius portanda in humeros ſuſcepta eſt. Porro ſequebantur Epiſcopi, quorum Concilij prouincialis cauſa, quod hoc tempore in ea urbe celebrebatur, VII. aderant, Cordubenſis

nimirum

nimirum,ſuffraganeorum antiquiſsimus,& Præſes Concilij,quod Archiepiſcopus adhuc erat in uinculis: Palenninus, Conchenſis qui eſt Franciſcus Frexneda, Regis Philippi confeſſarius, Seguntinus, Oxomenſis, Gerundinus,et alij multi proceres ac nobiles,cum longè maxima turba,ſingulis binos cereos albos manu geſtantibus. Poſtquam ad ſummum templum uentum eſt,rurſus magnates illi,Rege & Principe Carolo, uti antea utrinque manum adnitentibus,arculæ ferendæ ſubiere,atque eam ſuper Altare maius, decenter depoſuerunt,peractiſque pro more à clero ſacris laudibus,Rex cum ſuis in Regiam regreſſus eſt.Ex qua die ſequente cum filio & Vngariæ principibus, reliquaque comitatu mane iterum in templum uenit.Vbi magna ſolennitate celebrato ſacro,Rex ipſe argenteam illam arculam,ruptis ſignis,quibus muniebatur,aperuit,ac patribus Eccleſiæ tradidit aſſeruandam,non ſine quibuſdam ritibus,qui ad eiuſmodi actus plerunque adhiberi ſolent.Lecta eſt inter alia iuſſu Regis forma quædam,ſcripto concepta,qua patres templi Toletani confiterentur,ſe recepiſſe integrum D. Eugenij corpus, ſeque obſtringerent, quod illud nō ſolum fideliter cuſtodiri,uerumetiam in nullius alterius poteſtatem, ſine Regis uel eius in regno ſucceſſoris conſenſu, deuenire paſſuri eſſent. Poſtea Epiſcopi,qui ſacris frequentes interérant, arculam cum ſacro exuuio in ſacellum,quod antiquitus in hoc templo illi Diuo conſecratum fuit,religioſiſsimè deportarunt,Rege,Principibus, ac reliqua multitudine comitantibus.

Per totam Vrbem uidere licuit,omnia loca,præſertim, per quæ pompam illam duci oportuit,aulæis,ſtragulis,& diuerſarum picturarum artem oſtentantium tabellis & imaginibus,multaque inſuper prætioſarum rerum ſuppellectile ornata,innumerabilem ferè geſtientis populi turbam,atque plurima alia publicæ piæque lætitiæ ſigna, quod quidem per integros quindecim dies ex publico decreto,cum ſacrarum in templo cæremoniarum,tum ludorum, & ſpectaculorum per Ciuitatem uarietate,noctu atque interdiu, in magno ſumptu,ac incredibili hilaritate celebrata ſunt.

ACCII.

S. TORQVATVS.

S. TORQVATVS, Hiſpanus genere,Iacobi maioris Apoſtoli diſcipulus,primus Accij à B. Apoſtolis Romæ conſecratus eſt Epiſcopus,Anno CHRISTI XLV. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Beda uenerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub Id. Maij. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 3. Vincent. lib. 8. cap. 6. ANNO CHRISTI XLV.

VERGII.

S. CTESIPHON.

S. CTESIPHON, uel Iſeſon,alijs Xenophon, & ipſe Hiſpanus, Iacobique Zebedæi Apoſtoli diſcipulus, primus Vergij conſecratus eſt Antiſtes, Anno Saluatoris XLV. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Authores qui ſupr. ANNO CHRISTI XLV.

S ABVLÆ.

ABVLÆ.

S. SECVNDVS.

ANNO CHRISTI XLV. S. SECVNDVS, Hiſpanus, Iacobi Zebædei auditor atq; diſcipulus, primus ordinatus eſt Antiſtes Abulæ, Anno CHRISTI XLV. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Ibidem.

VRCI.

S. INDALECIVS.

ANNO CHRISTI XLV. S. INDALECIVS, Hiſpanus patria, Iacobi maioris Apoſtoli diſcipulus, primus Vrci conſecratus eſt Epiſcopus, Anno XLV. Tiber. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Qui ſupr.

HELIBERRI.

S. CÆCILIVS.

ANNO CHRISTI XLV. S. CÆCILIVS, Hiſpanus, Iacobi Apoſtoli diſcipulus, Heliberri conſtitutus eſt Epiſcopus, Anno Domini XLV. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Vide ſupr.

CARCESÆ.

S. HESYCHIVS.

ANNO CHRISTI XLV. S. HESYCHIVS, uel Eſicius, Iacobi Zebedæi Apoſtoli auditor atq; diſcipulus, Hiſpanus genere, primus Carceſæ conſecratus eſt Antiſtes, Anno XLV. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Ibidem.

ELITVRGI.

S. EVPHRASIVS.

ANNO CHRISTI XLV. S. EVPHRASIVS, uel Euſtachius, Hiſpanus, Iacobi Zebedæi Apoſtoli auditor atq; diſcipulus, Eliturgi ordinatus eſt Epiſcopus, Anno CHRISTI XLV. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Vbi ſupr.

SIRMII.

S. EPÆNETVS.

ANNO CHRISTI XLVIII. S. EPÆNETVS, Petri Apoſtolorum Coryphæi auditor atq; diſcipulus, Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Sirmij primus à Magiſtro conſecratus eſt Antiſtes. Metaphraſt. in uit. Apoſtol. Petr. & Pauli.

PARTIS

PARTIS PRIMÆ.

DISTINCTIO V.

DE GRÆCIS PONTIFICIBVS.

BYZANTINI EPISCOPI.

S. ANDREAS.

SANCTVS ANDREAS, CHRISTI Apoſtolus, fra= ANNO
ter Simonis Petri, Byzantinam primus fundauit Eccleſiam, CHRISTI
Anno CHRISTI XLV. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Ger= XLV.
manico, ſeditq́ in ea Pontifex Ann. II. Nicephor. Sacr. Hiſt.
lib. 2. cap. 39. et lib. 8. cap. 6. Beda uenerabilis in Martyrol. ſub
Non. Febr.

S. STACHYS.

S. STACHYS, uel Stacteus, unus ex LXX. B. Pauli & Andreæ diſci= ANNO
pulus, de quo ad Roman. cap. 16. meminit Apoſtolus, Conſtantinopolitanus CHRISTI
Epiſcopus ab Andrea eſt conſtitutus, Anno Saluatoris XLVII. Tib. Claudio XLVII.
Cæſ. Auguſto Germanico, ſedit Ann. XVI. Obijt CHRISTI Anno LXIII.
Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Doroth. Epiſc. Tyri in Sy=
nop. de 70. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 8. cap. 6. Volaterr. Commentar. lib. 19.
Petr. de Natal. lib. 6. cap. 100.

S. ONESIMVS.

S. ONESIMVS, ſucceſsit Stacteo, Anno CHRISTI LXIII. Imp. ANNO
Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico ſedit Ann. XIIII. Obijt Anno CHRISTI
Saluatoris LXXVII. Imp. Cæſ. T. Flauio T. filio Veſpaſiano Auguſto. Ni= LXIII.
cephor. Sacr. Hiſt. lib. 8. cap. 6. Anton. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ.
cont. Caluin. cap. 10.

S. POLYCARPVS.

S. POLYCARPVS, ſubrogatus in locũ Oneſimi, Anno LXXVII. ANNO
Imp. Cæſ. T. Flauio T. filio Veſpaſiano Auguſto, ſedit Ann. XVIII. Subdu= CHRISTI
citur ex hac luce Anno CHRISTI XCV. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Aug. LXXVII.
Germanico. Vbi ſupr.

S. PLVTARCHVS.

S. PLVTARCHVS, ſuffectus in Epiſcopatum Anno CHRISTI ANNO
XCV. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Auguſto Germanico, ſedit Ann. XVI. CHRISTI
Obijt Anno Saluatoris CXI. Imp. Cæſ. Nerua Traiano Auguſto Dacico XCV.
Parthico. Ibidem.

CORINTHII.

S. SILAS.

ANNO CHRISTI XLIII.

S. SILAS, uel Syleas, unus ex LXX. CHRISTI diſcipulis, Verbi

cum Paulo & Barnaba miniſter, à Petro Apoſtolorum Principe Corinthiorum primus Antiſtes conſecratus eſt in Macedonia, Tib. Claudio Caeſ. Auguſto Germanico. Doroth. epi. Tyri in Synop. de 70. Metaphraſt. in uit. Petri. Iſuard. in Martyrol. ſub 3. Id. Iul. S. Stephan. epi. græc. in uit Petri, quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſſ. Spirit. ſanct.

BERRHOEÆ.

S. CARPVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. CARPVS, cuius recordatur Paulus, Berrhoeæ in Thracia conſtitutus eſt Epiſcopus, Caio Claudio Caligula Germanici filio Imp. Cæſ. Auguſto. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70.

HERACLIÆ.

S. AQVILA.

ANNO CHRISTI XLIII. S. AQVILA, qui & ipſe à Paulo commemoratur, Heracliæ fuit Epiſcopus Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Doroth. epiſc. Tyri in Synop. de 70.

ATHENIENSES.

S. DIONYSIVS AREOPAGITA.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. DIONYSIVS Areopagita, Græcus, D. Pauli auditor atque diſcipulus, ipſius Gentium Doctoris manibus Athenienſium primus conſecratus eſt Epiſcopus, C. Claudio Caligula Germanici filio Imp. Cæſ. Auguſto. Metrodor. in uit. Dionyſ. Michaël Syngel. Presb. Hieroſol. in uit. Areopag. Metaphraſt. in Paul. Apoſtol. Vit. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 20. Beda uenerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 5. Non. Octobr.

S. PVBLIVS.

S. PVBLIVS, Princeps Inſulæ Melitæ, Romanus patria, natione Italus, D. Pauli auditor atque diſcipulus, ſecundus poſt Areopagitam Dionyſium Athenarum Præſul conſtitutus eſt. Dionyſ. Corinth. epi. in epiſt. ad Athenien. Euſeb. Sacr. Hiſt. lib. 4. cap. 23. Beda uenerab. Ado Treueren. & Iſuard. in Martyrol. ſub 15. Calend. Febr. Petr. de Natal. lib. 2. cap. 109.

GAZÆ.

S. PHILEMON.

ANNO CHRISTI XXXVIII. S. PHILEMON, Coloſſenſis, ut teſtatur Hieron. in enarrat. epiſt. ad Philemonem, Oneſimi Dominus, & CHRISTI diſcipulus ex LXX. Cui & Paulus peculiarem Epiſtolam ſcripſit, Gazæ factus eſt Epiſcopus C. Claudio Caligula Imp. Auguſto. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70.

PATRA-

PATRARVM.

S. ANDREAS.

S. ANDREAS Apoſtolus, frater Simonis Petri, Patrarum primus fundauit Eccleſiam, ut author eſt Nicephor. Sacr. Hiſt. lib.8.cap.6. Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Et Beda Venerab. in Martyrol. ſub Non. Febr. ANNO CHRISTI XLVII.

S. HERODION.

S. HERODION, uel Erodiana, CHRISTI diſcipulus, à Petro Apoſtolorum Principe Patrarum Epiſcopus factus eſt, meminit eius Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos. Doroth Epiſc. Tyri in Synop. de 70. S. Stephan. Epiſc. græc. in uit. Petri, quem citat Hugo Eterian. lib.3.cap.17. de proceſſ. Spirit. Sanc.

S. NARCISSVS.

S. NARCISSVS, ille ex LXX. quem etiam ad Romanos commemorat Apoſtolus, mortuo Herodiane, Patrarum Epiſcopus conſtitutus eſt. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70.

SARDICÆ.

S. CLEMENS.

S. CLEMENS, C. Claudio Caligula Imp. Auguſto, qui primus ex Gentibus & Græcis in CHRISTVM credidit, Sardicæ quæ poſt Triaditza uocata factus eſt Epiſcopus, nec multò poſt Romanus conſecratus Pontifex. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. Volaterr. Commentar. lib. 19. ANNO CHRISTI XXXIX.

THESSALONICENSES.

S. SOSIPATER.

S. SOSIPATER, unus ex LXX. CHRISTI diſcipulis, à B. Paulo Apoſtolo Theſſaloniceñ. primus Antiſtes eſt conſecratus ſecundũ Origen. quem citat Petr. de Natal. lib.6.cap.6. ANNO CHRISTI XXXIX.

S. IASON.

S. IASON, B. Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, Vir moribus atq; doctrina ſpectatus, à Magiſtro ſuo Theſſalonicæ conſtitutus eſt Epiſcopus mortuo Soſipatro, Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Metaphraſt. in uit. princip. Apoſt. Petri. S. Stephanus Epiſc. Græc. in uit. Petri, quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſ. Spirit. ANNO CHRISTI XLIII.

MARATHONENSES.

S. PHLEGON.

S. PHLEGON, CHRISTI diſcipulus, ab Apoſtolo ad Romanos recenſitus, Epiſcopus Marathonenſis cõſtitutus eſt Claudio Tiberio Nerone Imp. Cæſ. Auguſto, Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. ANNO CHRISTI XXXVII.

PHILIPPENSES.

S. OLYMPVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. OLYMPVS, ſiue Olympas, ille ex LXX. Petri Apoſtolorũ Principis diſcipulus, Philippenſis primus in Macedonia conſecratus eſt Epiſcopus C. Claudio Caligula Imp. Auguſto, Metaphraſt. in uit. Princip. Apoſt. Petri. S. Stephan. Epiſc. Græc. in uit. Petri, quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſſ. Spirit.

THEBARVM.

S. RVFVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. RVFVS, CHRISTI diſcipulus, Petri Apoſtolorum corphæi auditor, ex LXX. cuius Apoſtolus in ea quæ ad Romanos eſt recordatur, Thebarum Epiſcopus factus eſt C. Caligula Cæſ. Auguſto Metaphraſt. in uit. Petr. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. Volaterr. Commentar. lib. 19.

PARTIS PRIMÆ

DISTINCTIO VI.

DE AFRICANIS PONTIFICIBVS.

CYRENENSES EPISCOPI.

S. LVCIVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. SANCTVS LVCIVS, Pauli cognatus, cuius in Epiſtola ad Romanos meminit Apoſtolus, à Sanctis Apoſtolis apud Cyrenenſes primus Epiſcopus eſt cõſecratus, C. Claudio Caligula Imp. Auguſto, Hieron. in Martyrol. ſub prid. Non. Maij. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 136.

CARTHAGINENSES.

S. CRESCENS.

ANNO CHRISTI XLVIII. S. CRESCENS, Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, Carthaginis in Africa à præceptore conſecratus eſt Epiſcopus Tib. Claudio Cæſ. Auguſto Germanico, Metaphraſt. in uit. Petri.

PARTIS

PARTIS PRIMÆ

DISTINCTIO VII.

DE PONTIFICIBVS ASIATICIS.

ANTIOCHENI EPISCOPI.

S. PETRVS.

SANCTVS PETRVS, Ioannis filius, Bethſaidenſis, Galilæus, Andreæ Apoſtoli frater, Ieſu Chriſti diſcipulus, atq; ab eo princeps Apoſtolorum deſignatus, Antiochenã primus fundauit Eccleſiam, Anno CHRISTI XXXVII. Claudio Tiberio Nerone Imperatore Cæſare Auguſto, ubi & Pontificem egit Annos VII. Obijt Romæ, crucifixus Anno Salutis LXVIII. Nerone Cæſ. Imp. Auguſto, in Vaticano ſepultus. Ado Vienẽſ. Chron. Ætat. 6. Platina de uitis Pontificũ. Euſeb. Eccleſ. Hiſtor. lib. 3. cap. 4. & 22. Nicepho. Sacr. Hiſtoriæ. lib. 2. cap. 35. Euſeb. in Chron. Hieron. de uiris illuſtri. in uit. Petri. Iſidor. in lib. de ort. & obitu Sanctorum. Leo Papa in Scr. de B. Apoſt. Petro & Paulo. Clemens recog. lib. 7. & 10. & in Epitom.

ANNO CHRISTI XXXVII.

S. ZACHEVS.

S. ZACHEVS, Petro Apoſtolo in Epiſcopatu ſucceſsit, ubi beato fine potitus in pace quieuit, X. Calen. Septembr. Hic in Eccleſiaſtica hiſtoria non ponitur, fortè quia non uerè ſucceſſor fuit Petri, ſed quaſi Vicarius, eius tamen meminit Clemens in itinerario, & Petr. de Natal. lib. 7. cap. 97.

ANNO CHRISTI XLIIII.

S. EVODIVS.

S. EVODIVS, Anno CHRISTI XLV. Claudio Imperato. Cæſ. Aug. Antiochiæ ordinatus eſt Epiſcopus, ſedit annos XXVI. Obijt pridiè Non. Maij. Anno Saluatoris LXXI. Fl. Veſpaſiano, Imp. Cæſ. Augu. Euſeb. in Chron. & Sacr. Hiſto. lib. 3. cap. 22. Niceph. Eccle. Hiſtor. lib. 2. cap. 35. Metaphr. in uit. Petri.

ANNO CHRISTI XLV.

S. IGNATIVS.

S. IGNATIVS, Ioannis Apoſtoli auditor quondam atq; diſcipulus, in Antiochena Eccleſia, Petri tertius ſucceſſor fuit, Anno CHRISTI, LXXI. ſedit Ann. XXXVIII. Romæ, Anno Saluatoris CIX. Traiano Imp. Auguſto. Calend. Februa. cum prius uaria tormenta pertuliſſet, in medio theatro duob⁹ leonibus obiectus, martyrio eſt defunctus: Carnes quidẽ eius, & oſſa teneriora beſtiæ deuorarunt, quæcunq; aũt firmiora reliqua fuerunt, multo deinceps tempore à ſectatoribus eius Roma Antiochiã delata, & extra portã Daphnicã ſunt ſepulta. Ado Vienen. Chron. Ætat. 6. Gregor. Turon. Hiſto. lib. 1. Platina. de uit. Pontificũ. Volaterr. Cõmentar. lib. 16. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 64. Euſeb. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 36. Beda Venerab. 8. Calen. Decemb. & 16. Calen. Ianuar. in Martyrol.

ANNO CHRISTI LXXI.

HIERO-

HIEROSOLYMITANI.

S. IACOBVS.

ANNO CHRISTI XXXIII. S. IACOBVS, cognomento Iuſtus, frater Domini, filius Alphæi, & Mariæ ſororis matris Domini, Epiſcopus Hieroſolymor. ab Apoſtolis eſt conſecratus, Anno CHRISTI, XXXIII. Claudio Tiberio Nerone Imp. Cæſ. Augnſto, primuſq; rem diuinam, ritu Apoſtolico facere cæpit. Cum XXX. annis Hieroſolymor. rexiſſet Eccleſiam, VII. Neronis Anno, qui fuit CHRISTI LXII. perimitnr à Iudæis, uindicantibus in illo, quod Paulum interficere nequiuerant. Abdias, Apoſtol. Hiſtor. lib. 6. Euſeb. Sacr. Hiſtor. lib. 4. cap. 5. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 108. Platina de uit. Pontif. Volaterr. Cõmentar. lib. 11. Epiphan. Hæreſ. 66. lib. 2. Tom. 2. Beda Venerabil. ſub 6. Cal. Ianuar. in Martyrol.

S. SYMEON.

ANNO CHRISTI LXIII. S. SYMEON Cleophæ, frater Ioſephi Iuſti, propinquus Saluatoris ſecundum carnem, poſt Iacobum fratrem Domini Hieroſolymor. Epiſcopus eſt conſtitutus, Anno Saluatoris LXIII. Imp. Nerone Claudio Cæſ. Auguſto Germanico. Traiano demum aduerſum CHRISTIANOS perſecutionem mouente, crucifigitur, XII. Calen. Mart. cum centum & uiginti ætatis compleuerat annos, Petr. de Natal. lib. 3. cap. 135. Ado Vien. Chron. Ætat. 6. Gregorius Turonenſ. Hiſt. lib. 1. Euſeb. Eccle. Hiſtor. lib. 3. cap. 1. & in Chron. Niceph. Sacræ. Hiſt. lib. 3. cap. 9.

ALEXANDRINI.

S. MARCVS.

ANNO CHRISTI XLV. S. MARCVS Euangeliſta, Barnabæ conſobrinus, Petri Apoſtolorũ Principis diſcipulus & interpres, ex Aquilegien. quod ſupra demonſtrauimus Antiſtite, Alexandrinorũ primus conſtituitur Pontifex. Anno CHRISTI. XLV. Impera. Domitio Nerone. Cæſ. Auguſto, ſedit annos XX. ac uerbo & opere oues Chriſti pauit, & numerum earum indies auxit. Iren. contra hæreſ. lib. 3. cap. 1. Euſebius. Sacr. Hiſt. lib. 3 cap. 39. & libro 2. cap. 16. & 24. & in Chron. Beda Venerabilis de temp. Metaphraſ. in uit. Apoſtolorum. Petr. & Paul. Iſidor. Epiſcop. Hiſpal. in lib. de Patrib. N. teſtam. Hieron. de Marco in Script. Eccle. Beda Venerabilis, Iſuard. & Ado Treueren. in Martyrol. ſub 7. Calend. Maij. Volaterr. Comment. lib. 12.

S. ANIZANVS.

ANNO CHRISTI LXIIII. S. ANIZANVS, ſiue Anianus, uel (ut alijs) Ananus, ex Africa nobili prognatus familia, Ciuis Alexandrinus, D. Marci Euange. auditor atq; diſcipulus, Memmio Regulo & Virdinio Ruſo Coſs. Domitio Nerone Cæſare Auguſto, ſedit annos XXII. A die VI. Calen. Maij Anni LXIIII. uſq; ad annum LXXXVI. diemq; IIII. Non. Octob In quo Impera. Cæſare Flauio Domitiano Auguſto, fœlici fine potitus in domino obdormiuit, cuius ſacratiſsimũ corpus Venetijs, in ſacrata D. Clementis æde religioſiſsime colitur. Euſeb. Eccle. Hiſt. lib. 2. cap. 24. et lib. 3. cap. 13. & 2. Hieron. ad Euge. Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 2 Zonaras Annal. lib. 2. Petr. de Natal. li. 9. cap. 19. Herman. Contrac. in Chron. Plati. de uit. Pon. Beda Venerabilis in Martyrol. ſub 7. Calend. Maij.

S. ABILIVS.

S. ABILIVS.

S. ABILIVS, Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex ſedit annis XIII. A die IIII.Non.Octob.anni LXXXVI.uſq; ad annum CHRISTI XCIX.diemq; Calend.Martij.In quo Imp.Cæſare Nerua Traiano Auguſto, Dacico, Parthico,deceſsit.Euſebius,Eccl.Hiſt.lib.3.cap.3.& 21.& in Chron.Niceph.Sac. Hiſt.lib.3.capite 2.Zonar.Annal.Tom.2.Petr.de Natal.lib.3.capite 143. ANNO CHRISTI LXXXVI.

COLOSSENSES.

S. EPAPHRAS.

S. EPAPHRAS, cuius meminit plurima laude pietatis & ſtudij in miniſterium Paulus,in epiſt.ad Coloſſenſes, & Philemonem, à B. Paulo Coloſſenſis Epiſcopus eſt ordinatus, Anno Saluatoris LVIII. Imperato. Nerone Claudio Cæſa.Auguſto Germanico. Beda uenerabilis & Iſuard.in Martyrol.ſub 13.Calend.Auguſti. ANNO CHRISTI LVIII.

DAMASCENI.

S. ANANIAS.

S. ANANIAS, Apoſtolorum auditor atq; diſcipulus,qui B. Paulum baptiſauit, Damaſci primus ordinatus eſt Epiſcopus. Quieuit in pace apud Damaſcum, VIII. Calend. Februa.Petr.de Na.lib.3.cap.21.Doroth.Epiſc. Tyri in Synop.de 70.Volat.commen.lib.19. ANNO CHRISTI XL.

NICÆNI.

S. CALISTVS.

S. CALISTVS, B.Andreæ Apoſtoli auditor atq; diſcipulus, primus Nicææ à Magiſtro creatus eſt Epiſcopus, uir ſapiens & irreprehenſibiliter cuſtodiens quæ à Doctore ſuſceperat. Abdias Apoſtolicæ hiſto.lib.3. ANNO CHRISTI XLV.

BABILONIS.

S. ABDIAS.

S. ABDIAS, Apoſtolorum Simonis & Iudæ in Perſide diſcipulus,qui Saluatorem in carne uiderat, primus Babyloniæ eſt conſecratus Epiſcopus. Abdias Apoſto.his.lib.6.Iulius Africanus in Hiſtor.Apoſtolicæ præfatione. ANNO CHRISTI XLV.

INDIÆ.

S. POLYMIVS.

S. POLYMIVS, ex Rege Indiæ D. Barthplomæi Apoſtoli auditor atq; diſcipulus, CHRISTI cultor effectus,relicto regno,uniuerſo populo acclamante, à Magiſtro Pontifex eſt conſecratus Indiæ, ſedit annis XX. & demum perfectis omnibus,ac bene compoſitis,& ſtabilitis. IX. Calend. Se- ANNO CHRISTI XLV.

ptembr. migrauit ad Dominum. Abdias Apoſto. hiſt. lib. 8. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 104.

CÆSARIENSES.

S. ZACHÆVS.

ANNO CHRISTI XXXVI. S. ZACHÆVS, Petri Apoſtolorum coryphæi diſcipulus, à Magiſtro primus Cæſarienſ. ordinatus Epiſcopus, Cl. Tiberio Nerone Imperatore Auguſt. Clemens lib. 3. Recogn. & in Epitom. Metaphraſt. in uita Petri.

S. CORNELIVS.

S. CORNELIVS Centurio, quem B. Petrus baptizauit, mortuo Zachæo, apud præfatam urbem, Epiſcopali honore ſublimatus, fidei Catholicæ cuſtodiuit intemerata conſortia. Beda uenerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 4. Non. Februarij.

BERYTI.

S. QVARTVS.

ANNO CHRISTI XXXVI. S. QVARTVS, unus ex LXX. cuius recordatur Paulus in ea quæ ad Roma. ſcripta eſt epiſtola, à B. Petro Apoſtolo, Beryti factus eſt Epiſcopus, Cl. Tiberio Cæſ. Auguſt. Clemens lib. 4. recog. & in Epito. Metaphraſt. in uit. Petr. Doroth. Epiſco. Tyri in Synop. de 70.

TRIPOLITANI.

S. MARO.

ANNO CHRISTI XXXVI. S. MARO, Petri Apoſtolorum principis diſcipulus, qui eum hoſpitio receperat, à Magiſtro Tripolitanus conſecratus eſt Antiſtes, Cl. Tiberio Cæſ. Auguſto. Abd. Apoſto. Hiſto. libro 1. Clemens lib. 6. recogni. & in Epito. Metaph. in uit. Petri.

LAODICENSES.

S. LVCIVS.

ANNO CHRISTI XXXVI. S. LVCIVS, Apoſtolorum anteſignani diſcipulus, cuius etiam recordatur Paulus, Laodiceæ Syriæ conſtitutus eſt Epiſcopus à D. Petro. Cl. Tiberio Nerone Imp. Cæſ. Auguſto. Clemens lib. 10. recognit. & in Epit. Metaphr. in uit. Petri. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. Volaterr. Commentar. lib. 19.

S. SAGARIS.

S. SAGARIS, Pauli gentium Doctoris diſcipulus, mortuo Lucio ſucceſsit in Epiſcopatu, Beda uenerabilis & Iſuard. in Martyrolo. ſub Non. Octobr.

EPHESI.

EPHESI.

PHIGELLVS.

Phigellus, Philetus, uel Philebus, hic à recta uia diuertit, & ſenſit cum Simone Mago, & ideo non recenſetur ab aliquibus in Catalogo Epiſcoporum. Metaphraſt. in uit. Petri. Doroth. Epiſc. Tyri in Sinop. de 70. Volaterr. Comment. lib. 19. ANNO CHRISTI XXXIX.

S. ONESIMVS.

S. ONESIMVS, Pauli Apoſtoli auditor atque diſcipulus, ſeruus Philemonis, nobilis Coloſſenſis, primus Epheſi Epiſcopus eſt ordinatus, poſt Magiſtri obitum Romæ occiſus XIIII. Calend. Martij. Domitio Nerone Cæſare Auguſto, corpuſque eius, indè ad locum ubi Epiſcopus fuerat conſtitutus, delatum eſt. Petr. de Nat. lib. 3. cap. 130. Ado Vieneñ. Iſuard. Beda uenerab. ſub 14. Calend. Martij.

S. TIMOTHEVS.

S. TIMOTHEVS, diſcipulus ſancti Pauli Apoſtoli, patre Græco, matre uero fideli muliere Eunica appellata, Lyſtris Lycaoniç natus, quem fratrem, miniſtrum Dei, & adiutorem operis in Euangelio Chriſti, Paulus ad Theſſalonicenſes uocat, Imp. Nerone Auguſto. Epheſiorum Antiſtes à Paulo, conſecratus eſt. Martyrij palmam ſubijt, XI. Februa. Imp. Cæſ. Flau. Domitiano Auguſto, Germanico, Epheſi ſepultus. Petr. de Nat. lib. 3. cap. 17. Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 34. Doroth. epiſ. Tyri in 70. Beda uenerab. ſub 9. Calend. Febr. in Martyrol.

S. IOANNES.

S. IOANNES, Apoſtolus & Euangeliſta, dilectus ille qui ſupra pectus Domini recubuit diſcipulus, Zebedæi filius, frater Iacobi Apoſtoli, cum prius paſsim in alijs locis miniſterio ſuo functus eſſet, poſt Timothei obitum Epheſum commigrauit, & Eccleſiam ibi tanquam paſtor gubernare cœpit: ſenio confectus, eo qui iuſtis debetur, ſopitur ſomno. Anno CHRISTI CII. Abd. hiſt. Apoſt. libro 5. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 17.

MYRMENÆ.

S. PLATO.

S. PLATO, Matthæi Apoſtoli diſcipulus, primus in oppido Myrmene apud Anthropophagos conſecratus eſt Epiſcopus. Nicepho. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 41. ANNO CHRISTI XLVI.

S. FVLVIANVS.

S. FVLVIANVS, Princeps terræ Anthropophagorum, Platonis auditor atque diſcipulus, Magiſtro ſuo, per nocturnam uiſionem à B. Matthæo Pontifex conſecratus, in Epiſcopatu ſucceſsit. Nicepho. lib. 2. cap. 41. Sacr. Hiſt.

NICOMEDIÆ.

S. PROCORIVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. Procorius, uel Proculus, cuius Lucas Actorum 6. meminit, Diaconus de VII. primis, qui ab Apoſtolis electi ſunt, nepos S. Stephani Prothomartyris, & comes S. Ioannis Euangeliſtæ: Nicomediæ in Bithinia Epiſcopus conſecratus, Moritur Antiochiæ, V. Id. Aprilis. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. Volater. Commen. lib. 19. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 39. Metaphr. in uit. Apoſtolorum Petri & Pauli.

COLOPHONIÆ.

S. TITICVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. TITICVS, alijs Tychicus, B. Pauli ſectator & ſocius, quem fratrem & fidelem miniſtrum uocat in Epiſtola ad Epheſios, unus ex 70. ab eodem Apoſtolo Colophoniæ Epiſcopus eſt conſecratus. In Papho oppido Cypri moritur III. Calend. Maij, ibidem ſepultus. Doroth. in Sinop. de 70. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 99.

TARSENSES.

S. VRBANVS.

ANNO CHRISTI XLIII. S. VRBANVS, Petri Apoſtolorum principis diſcipulus, primus apud Tarſenſes conſtitutus eſt Epiſcopus. Metaphraſ. in uit. Petr. & Paul. S. Steph. Epi. Græci. in uit. Petri, quem citat Hugo Etetian. lib. 3. cap. 17. de proceſsione. Spirit.

ANDRIACÆ.

S. EPAPHRODITVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. EPAPHRODITVS, Coryphæi Apoſtolorum, Petri diſcipulus, Andriacæ in Lycia Epiſcopus eſt ordinatus. Metaphraſt. in uit. Pet. & Paul. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. S. Stephan. Epi. Græci. in uit. Petri, quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſs. Spiritus.

SMYRNENSES.

S. APELLES.

ANNO CHRISTI XLIII. S. APELLES, frater Polycarpi, cuius mentionem Apoſtolus ad Romanos facit, apud Smyrnam à Petro Apoſtolo Epiſcopus eſt conſtitutus. Metaphr. in uit. SS. Petr. & Paul. Doroth. Epi. Tyri in Synop. de 70. S. Stephan. Epi. Græci. in uit. Petri, quem citat Hugo Etetian. lib. 3. cap. 17. de proceſsio. Spiritus.

GALA-

GALATHIÆ.

S. CRESCENS.

S. CRESCENS, ille ex LXX. diſcipulus Pauli Apoſtoli, cuius & in poſteriore ad Thimotheum epiſto. meminit, apud Galathiam, primus conſecratus eſt Antiſtes, Nerone. Cæſ. Auguſt. Germanico. Bed. Venerabi. & Iſuard. in Martyrol. ſub 5. Calend. Iulij. ANNO CHRISTI XLIX.

HYRCANIÆ.

S. ASYNCRITVS.

S. ASYNCRITVS, CHRISTI diſcipulus, ab Apoſtolo ad Romanos recenſitus, Hyrcaniæ factus eſt Epiſcopus, Doroth. Epiſc. Tyri, in Synop. de 70. Volaterr. Commen. lib. lib. 19. ANNO CHRISTI XLIIII.

BETHANIÆ.

S. ARISTOBVLVS.

S. ARISTOBVLVS, & ipſe ab Apoſtolo ad Romanos commemoratus, unus ex LXX. Epiſcopus Bethaniæ factus eſt, Dorothe. Epiſc. Tyri, in Synop. de 70. Volaterr. Commen. lib. 19. ANNO CHRISTI XXXIX.

EDESSÆ.

S. AMPLIAS.

S. AMPLIAS, ſiue Ampliatus, de quo meminit Apoſtolus ad Roman. CHRISTI diſcipulus, Epiſcopus Edeſſæ ciuitatis factus eſt. Doroth. Epiſc. Tyri, in Synop. de 70. Voler. Comm. lib. 19. ANNO CHRISTI XL.

PARTIS PRIMÆ

DISTINCTIO. VIII.

DE INSVLARIBVS PONTIFICIBVS.

SICILIÆ EPISCOPI.

S. PANCRATIVS.

SANCTVS PANCRATIVS, Tauromenij in Sicilia primus à Petro Apoſtolorum principe conſtituitur Epiſcopus. Metaph. in uit. Petri & Pauli. Niceph. Sacr. Hiſto. lib. 2. cap. 35. ANNO CHRISTI XXXIX.

S. MAXIMVS.

S. MAXIMVS, & ipſe Petri Apoſtolorum Coryphei diſcipulus, ab ipſo baptiſatus, Pancratio in Epiſcopatu ſuccedit. Meta: in uit. Petri & Pauli Sanct. Stephanus Epi. Græ. in uit. Petri quē citat Hugo. Etecian. lib. 3. cap. 17. de proceſsio. Spiritus.

CRETENSES.

S. TITVS.

ANNO CHRISTI XLVI. S. TITVS, ex LXX. Apoſtolorum diſcipulus, quem Paulus dilectum filium ſecundum fidem, & fratrem, ſocium item & adiutorem nominat, cui ſcripſit Epiſtolam omni Eccleſiæ DEI utiliſsimam, ordinatus ab Apoſtolo Paulo Cretenſium primus eſt Epiſcopus, ubi diem ſuum obijt pridie Non. Ianuarij, ibidē ſepultus. Doroth. Epiſc. Tyri. in Synop. de 70. Volaterr. Commen. libro. 19. Beda Venerabilis ſub pridie Non. Ianuarij. in Martyrol.

SYRACVSANI.

S. MARCIANVS.

ANNO CHRISTI XXXIX. S. MARCIANVS, B. Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus Syracuſis in Sicilia primus conſecratus eſt Antiſtes. Metaphras. in uit. Apoſtolorum Petr. & Pau. Nicephorus Sacr. Hiſto. lib. 2. cap. 35.

FINIS PARTIS PRIMÆ, CENTENARII PRIMI, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ.

GVILIELMI EYSENGREINEI DE NEMETO SPIRENſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

CENTENARIVS I.

PARS. II.

DISTINCTIO I.

DE SYNODIS SACRIS ASIAE.

HIEROSOLYMITANA SYNODVS I.

ANNO CHRISTI XXXIII.

CELEBRATVM EST CONcilium Hieroſolymis ab Apoſtolis atq; diſcipulis CHRISTI, ſtatim poſt Aſcenſionem Dominicam in cœlum, cum Matthiam in numerum duodecim coaptarunt: ut ex Actor. cap. I. apparet. Reuerſi enim Hieroſolymam à monte Oliueti, manebant in cænaculo Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi: perſeuerantes unanimiter in oratione & obſecratione cũ mulieribus, & MARIA matre IESV, et fratribus eius. In diebus illis, Apoſtolorũ Coryphæus, principalis & caput Petrus, exurgens [a] in medio fratrũ, dixit: (erat aũt turba hominũ ſimul ferè CXX.) Viri fratres, oportet impleri ſcripturam quã prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt IESVM; qui comuneratus erat in nobis, & ſortitus erat ſortem [b] miniſterij huius.

[a] Petrus tacẽtib. reliquis ſolus loquitur quid fieri uelit definiẽs, omnino ſubrogandũ eſſe uult Iudæ aliquẽ quicquid alij ſentiãt. Ipſe eligere poterat, ſed ut ſe à cõtẽtione liberaret, multitudini cõcedit. Sic ibi Chryſo.

[b] Iudas uerus fuit Apoſtolus licet malus, nihil ergo Sacerdotio detrahit uita mala, quãuis cæteris paribus grauius peccat Sacerdos malus quã Laicus.

Et notũ factũ eſt omnibus habitantib⁹ Hieruſalẽ: ita ut appellaretur ager ille lingua eorũ Acheldemach, hoc eſt, ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorũ: Fiat cõmoratio eorũ deſerta, & nõ ſit qui inhabitet in ea. Et Epiſcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his [c] uiris qui nobiſcũ ſunt congregati in omni tẽpore, quo intrauit & exiuit inter nos Dñs IESVS, incipiẽs à baptiſmate Ioannis uſq; in diẽ qua aſſumptus eſt à nobis, teſtẽ reſurrectionis eius nobiſcũ fieri unum ex iſtis. Er ſtatuerunt duos, Ioſeph qui uocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus: & Matthiam. Et omnes [d] dixerunt. Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus unum accipere locũ miniſterij huius & Apoſtolatus de quo præuaricatus eſt Iudas, ut abiret in locũ ſuũ. Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis. Tomus. I. Concil.

[c] Viris ait, non fœminis: ergo, nõ omnes ſunt Sacerdotes, ut Lutherus uolebat.

[d] Orandum ante electionem prælatorum, ut uidimus in Chriſto.

HIEROSO-

HIEROSOLYMITANA. II.

ANNO CHRISTI XXXIII.

SECVNDA in Hieruſalem Apoſtolorum & Diſcipulorū CHRISTI Synodus facta, cum VII. Diaconos elegerunt, ut legimus Actor. cap. 6. In diebus illis, creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Græcorū aduerſus Hebræos,[c] eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano uiduæ eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, ac cæterorum credentium, dixerunt: Non eſt æquum, nos derelinquere uerbum DEI, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres, uiros ex uobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos uero orationi & miniſterio uerbi inſtantes erimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum uirum plenum fide, & ſpiritu ſancto, Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum [d] aduenam Antiochenum. Hos à multitudine electos ſtatuerunt ante conſpectum [e] Apoſtolorum, qui erant Epiſcopi fidelium: & ipſi Apoſtoli orantes impoſuerunt eis manus, per orationem & manus impoſitionem [f] ipſos Diaconos ordinando.

c Abſq; dubio ſicut primi Cōcilij autor fuit Petrus, ita & ſecundi & tertij, ſed per Apoſtolos conuocatur ut hodie per legatos Apoſtolicos, non per principes.

d Nicolaus hic factus eſt hæreſiarcha, ergo Laicorum electio non melius cedit quam Sacerdotum.

e Licet multitudo eligendi Diaconos hic habuerit poteſtatem, tamen ante conſpectum Apoſtolorum, hoc eſt, Epiſcoporum erant ponendi, ut ſi uellent uel reijcere uel admittere poſſent.

Et Verbum DEI creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Hieruſalem ualde. Multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei.

f Nota hæretice Sacramenti ordinis ceremoniam, manus impoſitionem.

HIEROSOLYMITANA III.

ANNO CHRISTI XXXIII.

TERTIA CHRISTI Diſcipulorum cōgregatio celebrata eſt, quando miſsi ſunt Petrus & Ioannes ad confirmandos Samaritanos. De hac legimus Actor. 8. Cum autem audiſſent Apoſtoli qui erant in Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria Verbum DEI, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum ueniſſent orauerunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctū,[g] nondum enim in quenquam illorum uenerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini IESV. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Ex prima enim perſecutione Hieroſolymis facta cum diſperſi eſſent diſcipuli manentibus Apoſtolis, contulit ſe in Samariam Philippus Diaconus, cuius concionibus cum illa Euangelium reciperet, & id Apoſtolis ſignificaretur, omnino neceſſarium [h] eſſe arbitrati ſunt, mittere Epiſcopos qui eos perfectos (ut Clemens ait) Chriſtianos efficere poſſent, qui Sacramentum Confirmationis illis conferrent. Et illi quidem teſtificati & locuti Verbum Domini redibant Hieroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum Euangelizabant.

g Apoſtoli conferunt Sacramentum Confirmationis Samaritanis baptizatis

h Hæc miſsio nō fuit facta per modū præcepti ſed per modū Conſilij, nec ſtatim qui mittit maior eſt quam is qui mittitur ſicut pater & filius non ſunt maiores ſpiritu Sancto.

HIEROSOLYMITANA IIII.

ANNO CHRISTI XXXIII.

QVARTA Synodus celebrata eſt ab Apoſtolis pro conſtituendo Symbolo, nam poſt Aſcenſionem Domini, cū per aduentum Spiritus ſancti ſuper ſingulos quoſq; Apoſtolos igneæ linguæ ſediſſent, ut loquelis uerſis uarijſq; loquerentur, per quod eis nulla gens extera, nullæ linguæ bar-

barae

baræ in acceſſæ uiderentur & inuiæ, præceptũ eis à Domino datum, ob prædicandum Verbum DEI, ad ſingulas quaſcꝫ proficiſci nationes. Itacꝫ normam prædicationis in commune conſtituunt, ne fortè alius ab alio abducti, diuerſum [b] aliquid, his qui ad fidem CHRISTI mutabantur, exponerent. Et omnes in uno poſiti, ac Spiritu ſancto repleti, breue iſtud futuræ ſibi prædicationis indicium, conferendo in unum quod ſentiebat unuſquiſcꝫ componunt: Et quidem primo loco Apoſtolorum ſummus.

[b] De hoc uideatur pars 6. de ſcriptor. Roman. ſub Clemente.

Petrus. Credo in DEVM patrem omnipotentem.
Andreas. Et in IESVM CHRISTVM filium eius.
Iacobus Maior. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto.
Ioannes. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus.
Thomas. Deſcendit ad inferna: tertia die reſurrexit à mortuis.
Iacobus minor. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram DEI patris omnipotentis.
Philippus. Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos.
Bartholomæus. Credo in Spiritum ſanctum.
Matthæus. Sanctam Eccleſiam Catholicam.
Simon. Remiſsionem peccatorum.
Iudas. Carnis reſurrectionem.
Matthias. Et uitam æternam.

Clemens epiſt. 1. ad fratrem Domini. Rufin. Aquileien. in expoſit. Symbol. Hieronym. in epiſt. ad Pammachium. Ambroſ. ſermo. 38. de Ieiun. & Quadrageſ. Auguſtin. lib. 1. ad Catechumen. de Symbol. & lib. 3. ad eoſdem.

HIEROSOLYMITANA V.

QVINTA Synodus habita eſt Hieroſolymis ab Apoſtolis pro conſtituendis cæremonijs Sacramentorum, nam ut diuinum cultum conſtituerent, & Euangelicas leges ſtabilirent poſt Domini Aſcenſcionem, fidelium cætu in ordines diſtributo, ſingulis ordinibus officia, & propriam uiuendi normam dederunt: ſacra, cæremonias, [a] preces, ieiunia, ritus, ſolennia omnia inſtituerunt: fidem, hoc eſt credendi legem, pro ratione temporum explicauerunt. Hæc uero omnia Apoſtoli in Eccleſijs in quibus Euangelium nunciauerunt, uoce ac uerbis tradiderunt. Has igitur traditiones, quæ nullis literarum monumentis ab Apoſtolis commendatæ ſunt, ſed ſermone & non ſcripta inſtitutione ad Eccleſias peruenerunt, collegit in unum Clemens, Pauli familiaris ac comes, atcꝫ octo libris quos Conſtitutiones Apoſtolicas uocauit, non ex uno ſed diuerſis Concilijs congeſsit, quaſi quidam Apoſtolorum Symmiſtes. De iſtorum librorum autoritate, & à quibus ſemper recepti fuerint, uideatur pars 6. de ſcriptorib. Roman. ſub Clemente. Cumcꝫ totius Eccleſiæ Romanæ conſenſu Apoſtolicæ conſtitutiones ſint approbatæ, eæ præſertim quæ ab hæreticis non ſunt corruptæ, ſelectiſsimos quoſcꝫ Canones, pro Catholicorum aſſertione dogmatum, contra noſtri temporis hæreticos adſcribere placuit.

ANNO CHRISTI XXXIII. & XLVIII.

[a] Iã enim uenerat ille paracletus, qui docere debebat Apoſtolos omnẽ ueritatẽ. Vnde quæ ceremoniæ uidebantur ad ædificationẽ fideliũ facere, tũ ſunt inſtitutæ ad plenum.

CANON I.

De Epiſcopis audiuimus à Domino noſtro: Paſtorem qui conſtituitur Epiſcopus per Eccleſias, in omni paræcia, non minorem annis quinquaginta eſſe oportet, quod quodammodo in hac ætate iuueniles perturbationes, & externas calumnias ſuperauit. Sit igitur, ſi fieri poteſt, eruditus, & peritus in ſcientia uerbi conuenienter ætati. Quod ſi in parua parœcia grandior natu aliquis non reperitur, qui teſtimonio probatus, et ſapiens in Epiſcopum conſtitui poſsit, iuuenis uerò ibi eſt, teſtimonium habens eorum, qui cum eo uixerunt, Epiſcopatus munere illum dignum eſſe manſuetudine, & modeſtia ſenectutem [a] præ ſe ferens, & probatus talium teſtimonio commendetur, is conſtituatur in pace. Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap. 1.

[a] Mentis canities in Epiſcopo necceßitatis tempore potior eſt canitie corporis.

CANON. II.

Talem oportet eſſe Epiſcopum, qui ſit unius uir [b] uxoris, quæ quidem ſemel nupſerit. Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap. 2.

[b] Vnius uxoris uirũ ſancti Patres exponũt, continentem quidẽ illum, ex ca. 1. epiſt. ad Tit. Sed non bigamum, qui aliquando matrimonium repetierit.

CANON. III.

Sit facilis ad communicandum Epiſcopus, ſtudioſus uiduarum hoſpitalis, promptus ad ſuppeditandum, ac miniſtrandum paratum ſe exhibens, ſine pudore inſeruiens, noſcens quis nam dignior ſit, ut accipiat. Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap. 3.

CANON. IIII.

Ne fideiubeat Epiſcopus pro ullo, nec ſit Aduocatus in pecuniarum litibus. Ad feſta gentium ne accedat, uanis deceptionibus non utens. Clemens Conſtitution. Apoſtolicar. lib. 2. cap. 6.

CANON. V.

Epiſcopus ſtudeat munditiæ operum excellere, cognoſcens locum ac dignitatem ſuam, tanquàm locum DEI obtinens, eo quod præeſt omnibus Dominis, Sacerdotibus, Regibus, Principibus, [c] Patribus, filijs, magiſtris, atq; ſubditis ſimul omnibus. Sicq; in Eccleſia ſedeat cum ſermonem facit, ut poteſtatem habens iudicandi eos qui peccauerunt, quoniam Epiſcopis dictum eſt: Quodcunq; ligaueritis ſuper terram & in cœlo ligatum erit, quodcunq; ſolueritis ſuper terram erit ſolutum in cœlo. Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap. 11.

[c] Si Epiſcopus præeſt omnib. Principibus, doctrina ergo illius à nemine horum iudicari debet.

CANON. VI.

Paſtorem bonum laicus honoret ut Dominum, ut Pontificem DEI, ut magiſtrum pietatis. Nam qui illum audit CHRISTVM audit, & qui illum ſpernit CHRISTVM ſpernit: qui uero CHRISTVM non recipit, non recipit eius DEVM ac patrem. Epiſcopus laicos ut filios diligat, fouens ac

complectens charitatis ſtudio tanquam oua ad pullos procreandos, uel tanquam pullos in ulnis tenens ad educandas gallinas. Clemens conſtitut. Apoſtol.lib.2.cap.23.

CANON VII.

Quæ ex [a] decimis & primitijs ſecundum mandatum DEI dantur, ut DEI homo conſumat uoluntaria, quæ occaſione pauperum offeruntur recte diſpenſet orphanis, uiduis, afflictis, & peregrinis egentibus, ut qui habet DEVM habet rerum rationem ab eo repoſcentem, qui hanc diſpenſationem illi commiſit. Conuenit enim, ut quemadmodum onus ſuſtinet ipſe, ita quoque fructuumprimus particeps ſit, & egentibus partem ſuppeditet, ut qui rationem redditurus ſit ei, qui falſas rationes non eſt accepturus. Oportet enim eos qui Eccleſiæ aſsident ali de Eccleſia. Clemens Conſtitut. Apoſt. lib.2.cap.29.

[a] Decimas Eccleſiarū miniſtris eſſe dandas & primitias Apoſtolici eſt inſtitutū; quiſquis ergo huic cōtradicit nihil præter ſeditionem mouet.

CANON VIII.

Epiſcopi populo ſuo ſint Sacerdotes. Leuitæ qui miniſtrant ſacro tabernaculo ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ, atque aſsiſtentes ad Altare Domini & DEI noſtri, & adducentes ei rationales & incruentas [b] hoſtias, per IESVM magnum Pontificem. Audi ſacra Catholica Eccleſia, quæ decem plagas effugiſti, & Decalogum accepiſti, & legem didiciſti, & fidem adepta es, & in IESVM credidiſti, & de nomine eius appellata es, & in conſummatione gloriæ ipſius firmata, quæ tunc uictimæ erant nunc orationes ſunt, preces & gratiarum actiones, quæ tunc primitiæ & decimæ, partes & dona, nunc oblationes [c] quæ per ſanctos Epiſcopos offeruntur Domino DEO per IESVM CHRISTVM, qui pro ipſis mortuus eſt. Ii enim ſunt Pontifices ueſtri, Sacerdotes ueſtri, Presbyteri ſicut Leuitæ ueſtri, qui nunc ſunt Diaconi, [d] Lectores, Cantores, Oſtiarij. Diaconiſſæ [e] ueſtræ, Viduæ, Virgines, orphani ueſtri, ijs omnibus ſuperior Pontifex eſt. Clemens Conſtit. Apoſt.lib.2. cap.29.

[e] Diaconiſſæ Virgines erant ſacræ, quæ in baptiſmo mulierum miniſtrabant. Siquidem eo tempore multæ adultæ mulieres ad baptiſmum ueniebant.

[b] Non eſt alia incruenta hoſtia quā tremendum illud Miſſæ ſacrificium.

[c] Oblationes quæ per ſanctos Epiſcopos offerūtur Dño Deo.

[d] Eat iam Illyricus, et Apoſtolorum tempore hāc ordinum diuerſitatem in Eccleſia fuiſſe neget.

CANON IX.

Epiſcopus ſupra uos ſedeat ut qui DEI dignitate ornatus eſt, quatenus clero præeſt, & omni populo imperat. Diaconus huic aſsiſtat ut CHRISTVS patri, & miniſtret ei in omnibus ſine reprehenſione, quemadmodum CHRISTVS à ſeipſo nihil faciens, quæ grata ſunt patri facit omnino. Diaconiſſa in figuram Spiritus ſancti honoretur à uobis, nihil ſine Diacono agens uel loquens, quemadmodum nec paracletus à ſeipſo aliquid loquitur uel facit. Sine Diaconiſſa nulla mulier accedat ad Diaconum uel Epiſcopum. Presbyteri in formam Apoſtolorum à uobis cenſeantur. Viduæ & orphani in figuram Altaris exiſtimentur à uobis. Virgines in figuram thuribuli & incenſi honorentur. Clemens Conſtit.Apoſt.lib.2.ca.30.

CANON. X.

Sine Epiſcopo nihil facite. Quod ſi quis ſine Epiſcopo faciat aliquid, fruſtra illud facit, non enim in opus ipſi imputabitur. Sacrificia ueſtra [a] ſiue oblationes Epiſcopo afferte ut Pontifici, uel per os, uel per Diaconos, etiam uero primitias, & decimas, & uoluntaria ei afferte, ipſe enim cognoſcit oppreſſos, & cuilibet tribuit quantum ſatis eſt. Clemens Conſtit. Apoſto. lib. 2. cap. 31.

a Nota oblationes quæ hodie à populo fiũt in Sacrificio Miſſæ, Apoſtolicum eſſe inſtitutũ. Hæretici prædicãtes in ſuum marſupiũ conuerterũt.

CANON. XI.

Qui ad Agapas uocat Sacerdotem, ſeponat in conuiuio quod paſtori conſuetum eſt dari, dico id quod ad primitias pertinet, ueluti Sacerdoti, etiamſi conuiuio non [b] adſit, ad honorem DEI qui ei Sacerdotium commiſit. Diaconus duplum accipiat eius, quantum unicuiq; Presbyterorum datur. Presbyteris duplex ſeponatur pars in gratiam Apoſtolorum. Si Lector ſit, capiat partem unam in honorem Prophetarum. Eodem modo Cantor & Oſtiarius. Vnicuiq; gradui debitum honorem tribuant Laici. Ne moleſti ſint præpoſitis, ſed per miniſtros Diaconos quæ uoluerint ſignificent. Clemens Conſtitut. Apoſt. lib. 2. cap. 32.

b Calumnia igitur mera eſt, cũ hæreticus dicit religiones ſe ſua uoracitate in omnia cõuiuia intruſiſſe, cũ hic ex inſtitutione Apoſtolica de ſingulis aliquid illis attribuatur.

CANON XII.

Epiſcopus uobis ſit loco Moſis, qui Rex [c] ſimul & Pontifex à DEO poſitus eſt. Diaconus loco Aaronis, qui à DEO Propheta appellatus eſt. Si ergo Moſes à Domino appellatus eſt DEVS, à uobis quoq; Epiſcopus DEI loco in honore habeatur, & Diaconus ſit tanquam eius Propheta. Clemens Conſtit. Apoſtol. lib. 2. cap. 34.

c Moſes ſummus fuit Pontifex et Princeps ſimul. Non ergo impedit Pontificum adminiſtrationem, principatus rerum externarũ quando exercitiũ alteri cõmittitur, ut Moyſes commiſit Ioſue.

CANON. XIII.

Diaconus nihil agat ſine Epiſcopo, nec cuiquam quicquam det, niſi de illius ſententia. Si clam Epiſcopo alicui egenti præbuerit aliquid, in contumeliam Epiſcopi præbebit, eumq; calumniæ ſubijciet, ut qui negligere uideatur eos, qui egeſtate oppreſſi ſunt. Clemens Conſtitut. Apoſt. lib. 2. cap. 35.

CANON XIIII.

Sacerdotes uenerabiliter colite uarijs honoribus, ij enim à DEO uitæ & mortis poteſtatem acceperunt, in peccatoribus [d] iudicandis damnandiſq; in mortem ignis æterni, nec non in liberandis ijs qui redeunt, & in uita illis præſtanda. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. cap. 37.

d Hæc eſt illa clauiũ poteſtas à Chriſto ſacerdotibus conceſſa, quã hodie aduerſarij deridẽt.

CANON. XV.

Epiſcopos, Principes & Reges ueſtros putatote, & tributa [e] tanquam Regibus penditote. De ueſtro enim illos, & domeſticos illorum alí oportet.

e Ʃo ſcribant nunc magnos codices

oportet. Sicut enim Moyſes de Sacerdotibus in Leuitico, eodem modo uos de Epiſcopis uobis præcipimus. Nam ſi tunc populus proportione tanto Regi munera præbebat, quanto magis nunc Epiſcopus decreta ſibi à DEO ſtipendia capere debet, ad alendum & clericos qui apud eum ſunt? Ideo Epiſcopum diligere debetis ut patrem, timere ut Regem, honorare ut Dominum. Fructus ueſtros & opera manuum ueſtrarum in ueſtram benedictionem illi offerentes, [a] primitias ueſtras, decimas, partes, bona ueſtra dantes ei ut Sacerdoti DEI: primitias inquam frumenti, uini, olei, pomorum, atq; omnium quæ DEVS præbet uobis. Clemens Conſtit. lib. 2. cap. 38.

qui nolunt, An Epiſcopi ſaluo ipſorũ officio, poſſint reditus Eccleſiaſticos curare.

a Hoc cum abundantiſſime maiores noſtri compleuerint, merito auxit eorum facultates Dominus ut nihil illis unquã defuerit.

CANON. XVI.

Ab Epiſcopo tuo rationem petere non debes, neq; eius diſpenſationem obſeruabis, quomodo eam [b] peragat, quando, cum quibus, ubi, benè uel malè, uel conuenienter. Habet enim iudicem DEVM, qui in eius manus hanc diſpenſationem commiſit, & dignum eum effecit Sacerdotio tanti loci. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 39.

b Sycophantæ hactenus hanc cantilenam cecinerunt rudioribus, Epiſcopos ſudorem illorum deuorare in luxu &c. ſcilicet ad ſeditionem bene faciebat, cum ſit contra Apoſtolicam doctrinam.

d Non quiuis hæreticulus poteſtatem habet corrigendi delinquentes. Epiſcopo licet & tamen poſt trinam admonitionem priuatim poteſt Eccleſiæ indicare.

CANON. XVII.

Non appareas coram Sacerdotibus uacuus, & uoluntaria aſſiduè offer, nec ab Eccleſia DEI abſis ſummo [c] mane, ante omne opus: & iterum Veſpere gratias agens DEO, eò quod tibi uitam eſt largitus. Præbe peregrinis unum, uel duo, uel quinq; minuta. Clemens Conſtit. Apoſto. lib. 2. cap. 40.

c Huius Canonis ueſtigium hodie reperitur in Germania, quo hæretica prauitas nondum peruenit, prius ſacrum audientes, quam labori manum adijciant.

e Erunt igitur nobis hæretici Ethnicorum loco, qui totius Eccleſiam piam matrem ſpreuerunt.

CANON. XVIII.

Epiſcope, [d] ſi accuſator compertus fuerit uera loqui, ſecundum præceptionem Domini apprehenſum accuſatum, remotis arbitris corrige, ut ad pœnitentiam redeat. Quod ſi obſequi noluerit, uocatis duobus uel tribus uiris, monſtra ei delictum, admonens eum in manſuetudine & diſciplina. Si igitur perſuaſus fuerit in ore trium ueſtrum benè habebit, quod ſi obdurauerit, dic Eccleſiæ. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & publicanus, nec illum amplius ueluti [e] Chriſtianum in Eccleſiam admiſeris, ſed ueluti Ethnicum uitaueris. Pœnitentiam agere uolentem recipe. Non enim prius Ethnicum uel publicanum in communionem recipies, quàm eum præteritæ impietatis pœniteat. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 41. & 42.

f Pœnitentes omnes recipiendos docemus, ſed ſi pœnitentiæ fructũ oſtendant, hoc eſt peccatum deteſtentur, ieiunent, orẽt eleemoſinas dent. Non enim ſufficit præteritæ uitæ promittere emendationem.

CANON. XIX.

Si quis cõuerſus pœnitentiæ [f] fructum oſtenderit, ad orationem eum admitti oportet. Sed quemadmodum Gentiles per lauacrum recipit Epiſcopus, ita hunc per manuum impoſitionem, ut per [g] pœnitentiam purgatus, omnibus pro eo rogantibus, in priſtinum ſtatum reſtituatur, & erit ei in locum lauacri manuum impoſitio. Nam per impoſitionem manuum noſtrorum

g Nota de Sacramento pœnitentiæ.

credẽtibus Spiritus ſanctus dabatur. Clemens Conſtit. Apoſtoſtolo .lib. 2. cap. 49.

CANON. XX.

Quod ſi ex aliqua uexatione lis alicui oriatur, curet ut ea tranſigatur, etiamſi detrimentum pati cogatur, nec ad Ethnicum [a] iudicium accedat, ſed nec patiatur mundanos magiſtratus de noſtris iudicare, nec infidelium teſtimonia recipiat. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 49. & 50.

[a] Quanto minus ferendum eſt iudicari religioſum à laico, & multo minus Catholicum ab hæretico.

CANON. XXI.

Iudicio, quod in ſecundo Sabbatorum fieri debet, adſint Diaconi & Presbyteri, integrè iudicaturi, ueluti DEI homines. Litigantes autem audiri & in medio tribunali conſtituti, ſtudete ante ſententiam Epiſcopi eos conciliare, ne exeat ſupra [b] terram iudicium in peccatorem. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 52.

[b] Si enuſus laici peccatũ eſt occultandum ne ad infideles et hæreticos perueniat, quanto magis prælatorum, ut Cõſtãt. Mag. dicebat.

CANON. XXII.

Epiſcopis, cum ad orationem perueniunt, poſt lectionem, Pſalmodiam, & ſcripturarum doctrinam, Diaconus adſtans, alta uoce dicat: Ne quis contra aliquem, Ne quis in hypocriſi. Vt ſi inter aliquos diſſenſio reperta fuerit, conſcientia perculſi, rogent DEVM, concilienturque cum fratribus. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 58.

CANON. XXIII.

Epiſcopus cum Eccleſiam DEI conuocat, præcipiat Diaconis ut diſponant loca. Ac primum ſit longa domus ad orientem conuerſa, ex utraque parte paſtophoria habens ad orientem. In cuius medio ſit Epiſcopi ſedes, ad cuius utrumque latus conſideant Presbyteri, & Diaconi aſsiſtant ſuccincti, & expediti. Horum cura Laici in altera ſedeant, cum omni quiete & ordine; mulieres quoque ſeparatim ſedeant, ſilentium ſeruantes. Medius Lector è loco ſuperiori ſtans legat libros Moyſis, Ieſu Naue, Iudicum, Regnorum, Paralipomenon, de reditu, præterea Iob, Salomonis, ſexdecim Prophetarum, ſeruata lectionum uiciſsitudine. Alius Dauid hymnos canat, & populus millia uerſuum concinat. Poſt Acta noſtra, & Epiſtolæ Pauli cooperatoris noſtri, quas ad Eccleſias miſit ſecundum inſtitutionem Spiritus ſancti. Deinde Diaconus uel Presbyter legat Euangelia quæ ego [c] Matthæus & Ioannes uobis tradidimus, & cooperatores Pauli, Marcus & Lucas accepta uobis reliquerunt. At cum Euangelium legitur, omnes Presbyteri, & Diaconi, & Laici aſſiurgant cum magno ſilentio. Deindè uero moneant Prebyteri populum ut ſedeat, ſed non omnes, ac poſtremus omnium Epiſcopus. Maneant autem oſtiarij ad introitus uirorum, illos cuſtodientes. Diaconiſſa ad introitus fœminarum. Si quis inueniatur

[c] Ex hoc loco collige, è Cõcilijs ab Apoſtolis diuerſo tempore coactis Clementem has conſtitutiones collegiſſe.

inueniatur extra locum ſedere, increpetur à Diacono, & in locum ſuum reducatur. Iuniores ſeorſum ſedeant ſi fuerit locus, alioqui maneant recti. Grandiores natu ordine ſedeant, pueros ſtantes recipiant eorum patres & matres. Adoleſcentulæ rurſum ſi ſit locus, ſeorſum maneant. Virgines & Viduæ & anus, primæ omnium uel ſtent uel ſedeant, Diaconus autem loca uideat, ut quilibet ingrediens in ſuũ locum concedat, ac præter decorum ne ſedeat. Eodem modo Diaconus attendat in populo ne quis murmuret, ncue conniueat uel nutet. Oportet enim in Eccleſia accurratè, ſobriè, uigilanter mare, attentas aures habentem ad Domini ſermonem. Poſt hæc omnes ſimul aſſurgentes, & ad [a] Orientem conuerſi, poſt Catechumenorum & pœnitentum exitum, ſupplicent DEO cœlum cœli tenenti, idq́ ad Orientem, in memoriam ueteris poſſeſsionis Paradiſi ad Orientem poſiti, unde primus homo contempto mandato ſerpentis conſilio obtemperans expulſus fuit. Diaconi, abſoluta oratione, alij [b] oblationi Euchariſtiæ ſint intenti, miniſtrantes corpori Domini cum timore, alij turbas uideant, quietemq́ illis imperent. Dicat autem qui aſsiſtit Pontifici Diaconus populo: Ne quis contra aliquem. Ne quis in hypocriſi. Deinde ſalutent inter ſe uiri & inter ſe mulieres oſculo in Domino, ſed caueant ne quis doloſè id faciat, quemadmodum Iudas Dominum oſculo tradidit. Poſtea Diaconus ore pro omni Eccleſia, proq́ uniuerſo mundo, pro ſuis partibus, ac membris; item pro Sacerdotibus, pro Principibus, pro Pontifice, pro Rege, atq́ pro communi pace. Deinde Pontifex populo precatus pacem, eidem benedicat, quemadmodum Moyſes mandauit Sacerdotibus, ut benedicerent populo his uerbis: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: oſtendat Dominus faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem. Item Epiſcopus oret ac dicat: Saluum fac Domine populum tuum, & benedic hæreditati tuæ quam poſſediſti, & acquiſiuiſti precioſo ſanguine CHRISTI tui, & uocaſti regale Sacerdotium, & gentem ſanctam. His perfectis Sacrificium peragatur, [c] omni populo atq́, [d] ſecretò orante. Ac Acpoſtquam oblatum fuerit, accipiant ſinguli per ſe ordine Dominicum [e] corpuſ, & precioſum ſanguinem gradatim cum pudore ac timore, tanquam ad Regis corpus accedentes: mulieres quoq́ uelato capite, quemadmodum eas decet, ordine accedant. Cuſtodiantur portæ, ne quis infidelis uel nondum initiatus ingrediatur. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 61.

[a] Ad differentiam Iudæorum quorum templum ſpectabat in occidentem, orant Chriſtiani uerſi in orientem.

[b] Obſeruentur ceremoniæ Apoſtolicæ in Miſſa.

[c] Notet, hæreticus ſacrificium. Obſeruatur autem & hodie oblationis tempore ſilentiũ.

[d] Ecce unum ex præceptis Eccleſiæ audiendi ſcilicet Miſſam ſolennibus diebus.

[e] Corpus & ſanguis Chriſti, & totus Chriſtus ſub una ſpecie etiã recipitur

CANON. XXIIII.

Cum doces ò Epiſcope, iube & hortare populum, Eccleſiam [f] frequentare mane ac Veſpere quotidie, pſallentes atq́ orantes in Dominicis, mane dicentes Pſalmũ LXII. Veſpere CXL. maximè uero hoc ſeruetis in Sabbato, & in die Reſurrectioni dicato, uerum in die Dominico diligentius conuenite, laudem DEO laturi. Nam quam excuſationẽ afferre poteſt DEO, qui in hoc die non conuenit ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem, in quo tres orationes ſtantes concipimus, in memoriam illius qui tertia die reſurrexit: in quo Prophetarum lectio habetur & Euangelij prædicatio,

[f] Si hortandus populus ut frequenter ad templum ueniens orent, ergo in templis facilius nos exaudit Deus quã alibi, quod ſi hoc, eſt unus alio ſanctior locus.

catio, & ſacrificij oblatio, atq; ſacri cibi diſpenſatio. Clemens conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 63.

CANON. XXV.

Viduas conſtituite, non minores Annis LX. Vt quodammodo propter illarum ætatem ſitis certi eas bigamiæ ſuſpicione uocare. Si iuniorem in uiduali ſtatu conſtitueritis, & illa non ferens in iuuentute uiduitatem nupſerit, rationem a DEO reddet, non quoniam ſecundas nuptias ſecuta eſt, ſed quoniam ſuam profeſsionem non ſeruauit, luxuriata CHRISTO. Quare non oportet temere facere profeſsionem, ſed cum conſilio & conſideratione, præſtat enim eam non uouere, quàm uouere & non reddere. Si autem aliqua adoleſcentior ſit, quæ cum breui tempore uirum ſuum habuit, illumq; per obitum, uel per aliam accaſionem amiſerit, per ſe manere uoluerit, domū habens uiduitatis, beata hæc inuenietur, imitata Sidoniam illam uiduam in Sarephtha, cuius hoſpitio ſanctus DEI Propheta eſt uſus. Clemens Conſtit. Apoſtol. lib. 3. cap. 1.

a Quid igitur fiet de illis, qui cum uirgines Deo eſſent Conſecratæ impuris nuptijs ſe polluunt?

CANON. XXVI.

Non permittimus in Eccleſia mulierem docere, ſed tantum orare & Magiſtros audire. Nam Magiſter ipſe & Dominus IESVS CHRISTVS, cum nos XII. Ad docendum populum genteſq; miſiſſet, nuſquam mulieres miſit ad prædicationem, quanquā nō deerant. Erat enim nobiſcum mater Domini, & ſorores eius: præterea Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Martha & Maria ſorores Lazari, & Salomæ, & aliæ quædā. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 3. cap. 6.

Huc uxorculæ Lutheranorum.

CANON. XXVII.

Laicos non concedimus aliquod Sacerdotale munus exercere, ueluti Sacrificium, b Baptiſmum, manus impoſitionem, uel benedictionem magnam ſiue paruam. Non enim ſibi quis ſumit honorem, ſed qui uocatur à DEO. Namper Epiſcopi manus datur hæc dignitas. Qui uero ad eam promotus non eſt, ſed eam ſibi uſurpat, Oziæ pœnam ſuſtinebit. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 3. cap. 10.

b Primarij enim Sacramentorum miniſtri ſunt Epiſcopi, poſt hos Sacerdotes &c.

CANON. XXVIII.

Sed neq; reliquos Clericos baptizare permittimus, ueluti Lectores, Cantores, Oſtiarios, miniſtros, ſed ſolos Epiſcopos & Presbyteros, miniſtrantibus illis Diaconis. Qui hoc auſi fuerint, Choritarum ſupplicium patientur. Non c cōcedimus aūt Presbyteros ordinare Diaconos, Diaconiſſas, Lectores, miniſtros, Cantores, Oſtiarios, ſed ſolos Epiſcopos, is eſt enim ordo & harmonia Eccleſiaſtica. Clemens Conſtit. Apoſt, lib. 3. cap. 11.

c Sacramenti ordinis miniſtrum alium eſſe non poſſe præter Epiſcopos docent Apoſtoli.

CANON. XXIX.

Tu ergo Epiſcope, illa figura unges d caput illorū qui baptizantur, ſiue uiri ſint, ſiue mulieres, oleo ſancto in figuram ſpiritualis baptiſmi. Deinde uel tu Epiſcope, uel tibi ſubiectus Presbyter, ſacram ſuper ipſos dicens ac nominans inuocationem, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, baptizabis eos in qua, ac uirum ſuſcipiat Diaconus, e mulierem Diaconiſſa, ut decorè traditio infrangibilis ſigilli adminiſtretur. Poſtea Epiſcopus liniat baptizatos unguento, Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 3. cap. 16.

d Fundamentum olei baptizandorum eſt in Apoſtolicis Canonibus heretice.

e Patrini baptizandorū Apoſtolicū inuenium.

CANON.

CANON. XXX.

Datur igitur baptiſmus in mortem IESV, aqua pro ſepultura, [a] oleum pro Spiritu ſancto, ſigillum pro Cruce: Vnguentum eſt confirmatio profeſſionis: mentio fit Patris uti cauſæ & mittentis: Spiritusſancti uti teſtis: demerſio ſignificat quod commorimur: emerſio quod reſurgimus. Pater qui eſt ſuper omnia DEVS, CHRISTVS unigenitus DEVS, dilectus Filius, gloriæ Dominus, Spiritusſanctus, Paracletus, quia CHRISTO mittitur & ab illo docetur, & illum prædicat. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 3. cap. 17.

a Nō habet ergo cur rideat has ceremonias hæreticus, cū tam egregia ſignificēt & preſtent.

CANON. XXXI.

Epiſcopum mandamus ordinari à tribus [b] Epiſcopis, uel ad minus à duobus, non licere autem ab uno uobis conſtitui. Nam duorum uel trium teſtimonium firmius tutiusq́ exiſtit. Presbyterum, & Diaconum, & reliquorum clerum ab uno Epiſcopo. Nec Presbyterum, neq́ Diaconum iubemus ordinare ex laicis clericos: ſed Presbyterum tantum docere, offerre, baptizare, benedicere populo: Diaconum miniſtrare Epiſcopo & Presbyteris, hoc eſt Diaconatum exercere, non tamen reliqua peragere. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 3. cap. 20.

b Etſi Lutherus uerus fuiſſet Epiſcopus, fecit tñ cōtra hūc canonē, quod ſolus auſus eſt quoſdā facere Epiſcopos, uerius apoſcopos.

CANON. XXXII.

Omni regno ac magiſtratibus ſubditi eſtote, in eo quod DEO placet tanquam DEI miniſtris, & impiorum ultoribus: timorem illis debitum præſtate, omne uectigal, omne tributum, omnem honorem, munus, cenſum, DEI eſt enim præceptio, nemini quicquam debere, niſi amicitiæ ſignum, quod DEVS ſtatuit per CHRISTVM. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 4. cap. 13.

CANON. XXXIII.

De Virginitate præceptum non accepimus, uolentium autem [c] poteſtati id remittimus, tanquam uotum. Illud tamen admonemus, ne facile aliquid promittant, quoniam Salomon ait: Melius eſt non uouere, quam uouere & non reddere. Virgo igitur ipſa ſit ſancta corpore & anima, ut templum DEI, ut domus CHRISTI, ut habitaculum Spiritusſancti: oportet enim eam quæ promiſit digno promiſſo ſuo opera efficientem, & oſtendere promiſſum ſuum uerum eſſe, & propter exercitationem pietatis non propter calumniam nuptiarum conceptum. Ne ſit uaga, ne intempeſtiuè ambulet, careat duplici mente, ſit uerecunda, continens, temperata, caſta, fugiat multorum commercia, præſertim profanorum. Clemens Conſtitut. Apoſt. lib. 4. cap. 14.

c Cōſilij eſt uouere, præcepti uero uotum ſeruare.

CANON. XXXIIII.

Dies feſtos [d] cuſtodite fratres. Inprimis diem Natalem, qui celebretur à uobis XXV. noni menſis. Poſt quem Epiphaniæ dies ſit uobis in maximo honore, quo die Dominus propriam diuinitatem oſtendit: celebretur is VI. decimi menſis. Poſt quem ſeruandum eſt à uobis ieiunium Quadrageſimæ, [e] continens memoriam conuerſationis & legiſlationis Domini: celebretur hoc ieiunium ante ieiunium Paſchæ, quod incipiens à ſecunda

d Hoc eſt unū ex præceptis Eccleſiæ, quo Apoſtoli imponūt fidelib. ſeruare dies feſtos, qui tñ in ſacris litteris non continentur. Poteſt ergo Eccleſia in ſimilib. cōdere et reſcindere leges.

e Tertiū præceptū Eccleſiæ de diebus ieiuniorū præſertim Quadrageſimæ.

Sabbati, deſinat in [a] Paraſceuen. Poſt quos dies, ſoluto ieiunio aggredimini ſanctam Paſchæ [b] hebdomadam, ieiunantes in ea omnes cum timore & tremore, orantes per eos dies pro ijs qui pereunt. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 5. cap. 13.

a Græci in Sabbatis non ieiunãt præterquã in Sabbato ſancto, ſed pro Sabbatis ieiunãt ferias quartas.

CANON. XXXV.

Oportet ergo uos fratres, qui precioſo CHRISTI ſanguine redempti eſtis, dies Paſchæ [c] accuratè, & cum omni diligentia celebrare poſt æquinoctium, ne bis in anno unius paſsionis memoriam colatis, ſed ſemel in anno eius qui ſemel mortuus eſt memoriam renouetis, cauentes ne cum Iudæis feſtum agamus. Nulla enim nunc eſt nobiſcum cum illis ſocietas, uerſantur enim in errore, atq; in ipſo diei calculo, quem putant ſe obſeruare, ut ex omni parte errare, & à ueritate diſcedere inueniantur. Vos autem obſeruate ſubtiliter æquinoctium temporis uerni, quod eſt XXII. duodecimi menſis, qui dicitur Dyſtrus, obſeruantes uſq; ad XX. primæ Lunæ, in aliam hebdomadam incidat XIIII. Lunæ, atq; illo errore lapſi per ignorantiam, bis in anno celebremus Paſcha, uel in alio die feſtum peragamus reſurrectionis Domini noſtri IESV CHRISTI, præterquam in Dominico ſolo. Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. 5. cap. 18.

b Paſchæ hebdomadã uocat hebdomadam ſanctã. Paſcha enim tranſitũ ſignificat, & eo tempore Chriſtus trãſiuit ex hoc mundo ad patrem.

c Eccleſia mater decurtauit ad dies tres octauam integram. Et hæretici adhuc contra eam murmurant.

CANON. XXXVI.

In diebus Paſchæ ieiunate, incipientes à ſecunda Sabbati uſq; ad Paraſceuem & Sabbatum, dies ſex ſolo pane utentes, ſale atq; oleribus, & aqua in potum. A uino & carnibus [d] uos abſtinete in ijs diebus, ſunt enim dies luctuoſi, non feſti. Paraſceuem tamen & Sabbatum integrum ieiunent, qui quidem poſſunt, nihil guſtantes uſq; ad gallicantum noctis. Quod ſi quis non poteſt duorum dierum ieiunium continuare, ſeruet ſaltem Sabbatum, ait enim quodam in loco de ſe Dominus: Quando diſcedet ab eis ſponſus, ieiunabunt in illis diebus. Iis igitur diebus ſublatus eſt à falſis Iudæis & crucifixus eſt, & cum impijs reputatus. Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. 5. cap. 19.

d Nota præceptũ de delectu ciborum.

CANON. XXXVII.

Quare monemus uos ut ieiunetis per hos dies, quemadmodum nos etiam ieiunauimus, cum nobis ipſe ereptus eſt, uſq; ad ueſperam. In reliquis uero diebus ante Paraſceuem IX. hora uel ueſperi quilibet cibum capiat, uel quemadmodum quiſque poterit. A ueſpera autem V. diei uſq; ad gallicantum [e] uigilantes, atq; in Eccleſiam conuenientes, uigilate, orantes ac rogantes DEVM, legentes in ueſtra pernoctatione Legem, Prophetas, Pſalmos, uſq; ad gallicantum. Baptizatiſq; catechumenis ueſtris, & lecto Euangelio, in timore ac tremore luctum deſinite. Suſcitato autem Domino, offerte Sacrificium [f] ueſtrum, de quo uobis præcepit per nos dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Deinde ieiunium ſoluite læti, & feſtum diem agentes, quoniam pignus reſurrectionis noſtræ IESVS CHRISTVS à mortuis eſt excitatus; idq; ſit uobis legitimum ſolenneque in perpetuum,

e Nota Vigiliã Apoſtolicam ante Paſcha.

f Audi tu qui quæris ubi Chriſtus præceperit celebrari Miſſam.

petuum,uſq; ad conſummationem ſeculi,quoad uenerit Dominus. Et poſt octo dies iterum ueneranda octauæ celebritas ſeruetur, in qua me Thomam, reſurrectionem credere nolentem,confirmauit, demonſtratis mihi figuris clauorum,laterisq́; lancea percuſsi uulnere. Ac rurſum à prima Dominica numeratis XL. diebus à Dominica uſq; ad quintam, celebrate feſtum Aſcenſionis Domini,in quo perfecta omni diſpenſatione atq; diſpoſitione, in cœlum ad eius DEVM ac patrem eſt receptus. Clemens Conſtitut. Apoſtol.lib.5.cap.20.

CANON. XXXVIII.

Contenti eſtote uno ſolo baptiſmo, qui in Domini mortem traditur: non miniſterio abominandorum hæreticorum, ſed probatorum Sacerdotum, in nomine Patris,& Filij,& Spiritusſancti. Initiatos enim iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimunt,derident diuina, eludunt ſancta, inſultant Spiritui, ſanguinem ſanctum ueluti communem contemnunt, peccant in mittentem, in paſſum, & in teſtificantem. Baptizate autem paruulos ueſtros, & educate eos in diſciplina & præceptis DEI. Sinite enim inquit, paruulos uenire ad me, & nolite eos prohibere. Clemens Conſtit.Apoſtol.lib.6.cap.15.

Baptiſmus paruulorum ab Apoſtolis præcipitur.

CANON. XXXIX.

Cauete ab hæreticis omnibus Epiſcopi & Laici,qui Legem,& Prophetas improbant. DEO enim omnipotenti infeſti non parent, & CHRISTVM non confitentur filium DEI. Quare fugite ab ijs, ne una cum illorum impietate pereatis. Clemens Conſtitution. Apoſtolicar. lib. 6. cap. 26.

CANON. XL.

Epiſcope & Presbyter, baptizare debes,quemadmodum Dominus præcepit nobis dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti,docentes eos ſeruare omnia,quæ præcepi uobis. Vnges autem prius oleo ſancto, deinde baptizabis aqua. Poſtremò conſignabis unguento,ut unctio ſit participatio Sancti ſpiritus,aqua ſit ſymbolum mortis: unguentum ſigillum pactionum. Si deſit oleum, uel unguentum,ſufficit aqua,& ad unctionem,& ad ſigillum, & ad promiſsionem morientis, uel potius commorientis. Ante baptiſmum ieiunet qui eſt baptizandus. Etenim Dominus prius baptizatus à Ioanne, & in deſertum ductus,poſtea ieiunauit XL. diebus,& XL. noctibus. Baptizatus eſt autem, & ieiunauit, non ad eluendas ſordes, uel quod ieiunio ſibi opus eſſet, uel purgatione, qui natura purus ac ſanctus erat, ſed ut Ioanni ueritatem comprobaret, & nobis regulam præſcriberet. Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib.7. cap.23.

Chriſtus ieiunauit, ut nobis regulã daret ieiunãdi, Qui ergo 40. non ieiunant, regulam Chriſti transgrediuntur.

CANON. XLI.

Ieiunia ueſtra aliena ſint à conſuetudine hypocritarum,qui ieiunant in ſecunda & quinta Sabbati. Vos uero uel per totos quinque dies ieiunate, uel in quarta feria,& Paraſceue,quoniam in Quarta iudicium contra Dominum prodijt,cum Iudas pecunia accepta promiſit eum tradere: in Paraſceue uero,

Ieiunium eſt Græcorũ Catholicorũ, de quo ſupra Cano. 34.

uero, quoniam in eo Dominus Crucis ſupplicium paſſus eſt ſub Pontio Pilato. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 7. cap. 24.

CANON. XLII.

Nullus qui non ſit initiatus de precioſo CHRISTI corpore comedat, ſed tantum qui ſunt baptizati in Domini mortem. Si quis non initiatus ſe occultans ſumpſerit, iudicium æternum comedet, quod cum non ſit de fide CHRISTI, ſumpſit, quæ nefas erat ſumere, in ſupplicium ſuum. Si quis per imprudentiam perceperit, eum ſubitò inſtitutum initiate, ne contemptor exeat. Clemens Conſtitut. Apoſt. lib. 7. cap. 26.

CANON. XLIII.

Preceptũ Eccleſiæ de obſeruatione diei dominicæ et Miſſa in ea audienda.

Die Reſurrectioni Domini dicato (Dominicum dicimus) conuenite aſsiduè, gratias agentes DEO, & confitentes de beneficijs, quæ in nos contulit DEVS per CHRISTVM, liberans nos ab ignorantia, errore, uinculis, ut careat reprehenſione ſacrificium noſtrum, & facilè aſcendat in DEVM, qui de Oecumenica ſua Eccleſia dixit: In omni loco [a] offeretur mihi incenſum & ſacrificium mundum, quoniam Rex magnus ego ſum, & Dominus omnipotens: & nomen meum admirabile inter gentes. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 7. cap. 31.

a Vide Prophetiã de ſacro ſancta Miſſa per Apoſtolos explicatam.

CANON. XLIIII.

Cum ſe iam ad baptiſmum parat Cathecumenus, diſcat illa, quæ dicuntur de [b] abrenunciando Diabolo, & de aggregando ſe CHRISTO. Oportet enim ut primum diſcedat à contrarijs, deinde ingrediatur myſteria, deleta prius à corde omni probitate, macula & ſordibus, atq; hoc modo ſancta percipiat: nam ut diligens agricola purgat prius agrum ſuccreſcentibus ſpinis, deinde triticum ſerit, ſic debetis uos prius expulſa omni impietate conſtituere pietatem, & ad baptiſmum accedere. Dicat autem: Abrenuncio Sathanæ & operibus eius, pompis, cultui, Angelis, & machinationibus eius, & omnibus quæ ſub ipſo ſunt. Deinde uenit ad aquam, benedicit & glorificat Sacerdos Dominum DEVM omnipotentem, patrem unigeniti DEI, gratias agens quod miſit ad ſuſcipiendum carnem, filium ſuum propter nos, ut nos ſaluos faceret: quoniam ſubijt incarnationem, ut in omnibus obediens fieret, & annunciaret regnum cœlorum, remiſsionem peccatorum, & mortuorum reſurrectionem. Ipſum igitur nunc quoq; inuocet Sacerdos ad baptiſmum, & dicat: Deſcende de cœlo, & ſanctifica [c] hanc aquam, da ei gratiam & uirtutem, ut qui baptizatur ſecundum mandatum CHRISTI tui, cum eo crucifigatur, & commoriatur, & conſepeliatur, et correſurgat in adoptionem filiorum DEI, quæ eſt in ipſo, ut mortuus quidem ſit peccato, uiuat autem iuſtitia. Et poſt hoc baptizatum in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, ungat unguento, dicens: Domine DEVS, qui es ingenitus, ſummus cunctorum Dñs, qui odorẽ cognitionis Euangelij in omnibus gentibus ſuauem feciſti, da nunc etiam [d] hoc unguentum operari uirtutem in baptizato, ut firma & ſancta in eo maneant fragrantia odoris CHRISTI tui, & cõmortuus ipſe reſurgat, & uiuat una cum CHRISTO. Hæc atq; huiuſmodi dicat, uniuſcuiuſq; enim [e] manus impoſitionis uirtus hęc eſt. Nã niſi in quodlibet horum à pio Sacerdote aliqua huiuſmodi inuocatio fiat, in aquam ſolã deſcendit qui baptizatur

b Ceremoniæ Baptiſmi quæ ab hereticis ridentur ab Apoſtolis originem ſumpſerunt.

c Non heretice p uerbum & orationem ſanctificari elementa. Et colligitur hinc Apoſtolos extra neceſsitatẽ nõ niſi in ſanctificata aqua baptizaſſe.

d Cõſecratio Chriſmatis.

e Coniugebãtur in primitiua Eccleſia

baptizatur more Iudæorũ, ac tantum abijcit ſordes corporis, *b* non animæ. Benedicitur hoc oleum à Sacerdote in remiſsionem peccatorum, & præparationem baptiſmi. Inuocat enim hoc modo ingenitum DEVM Patrem, CHRISTVM Regem omnis ſenſitiuæ & intellectualis creaturæ, & ſanctificet oleum in nomine Domini IESV, & det gratiam ſpiritualem, & remiſsionem peccatorum, & præparationem Cõfeſsionis baptiſmi, ut qui ungitur, liberatus omni *c* impietate, dignus fiat initiatione, ſecundum mandatum unigeniti. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 7. cap. 40. 41. 43. & 44.

Baptiſmus & Confirmatio, quando Epiſcopi baptizabant.

b Neceſſariæ igitur ſunt hæ ceremoniæ Baptiſmales non Adiaphoræ, niſi in periculo.

CANON. XLV.

De ordinatione Epiſcoporum ego dilectus à Domino diſpono uobis Epiſcopis: Cum ordinas Presbyterum o Epiſcope, manum ſuper caput Presbyteri ipſe impone adſiſtentibus tibi Diaconis, & orando dic: Domine omnipotens reſpice nunc ſuper ſanctam Eccleſiam tuam, & auge eam, & multiplica Præpoſitos eius, & da illis uirtutem ut laborent uerbo & opere, ad ædificandum populum tuum. Idem quoq; nunc reſpice, ſuper hũc famulũ tuum, ſuffragio & iudicio omnis cleri in Presbyterium electum, & reple eum Spiritu gratiæ &c. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 24.

c Notet hæreticus uirtutem conſecrati olei.

De Sacramẽto ordinis.

CANON. XLVI.

De ordinatione Diaconorum. Ego Philippus diſpono: Diaconum conſtituas Epiſcope imponens ei manus, adſiſtentibus tibi omnibus Presbyteris & Diaconis, & orando dices: Deus omnipotens &c. oſtende faciem tuam ſuper hunc ſeruum tuum, electum tibi ad Diaconatum, & reple eum Spiritu ſancto & uirtute, quemadmodum repleuiſti Stephanum Martyrem &c. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 25.

CANON. XLVII.

De Diaconiſſa, Ego Bartholomæus diſpono: O Epiſcope, impones ei manus præſentibus Presbyteris, Diaconis, & Diaconiſsis, dicens: Deus pater &c. qui ſpiritu compleuiſti MARIAM &c. qui in tabernaculo teſtimonij & in templo conſtituiſti mulieres cuſtodes tuarum ſanctarum portarum, ipſe quoq; nunc reſpice ſuper hanc famulam tuam quæ ad Diaconatum promouetur &c. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 26.

e Vidimus Can. 8. Diaconiſſas ſacras eſſe uirgines, conſecrãtur hic ad officium quo fungi debebant.

CANON. XLVIII.

De Hypodiaconis ego Thomas diſpono uobis Epiſcopis: Hypodiaconum cũ ordinas Epiſcope, impones ei manus, & dices: Domine DEVS &c. qui in tabernaculo teſtimonij æedituos conſtituiſti tuorum ſanctorum uaſorum cuſtodes, ipſe quoq; nunc reſpice ſuper hunc ſeruũ tuũ, electum Diaconum, & da ei Spiritum ſanctum, ut dignè tractet miniſtratoria uaſa tua &c. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 27.

CANON. XLIX.

De Lectoribus ego Matthæus qui & Leui, olim publicanus, diſpono: Qui Lectorem conſtituit, imponens ei manũ, & orans, dicat: DEVS æternæ &c. reſpice nunc ſuper famulum tuum, qui promouetur ad legendum tuas ſanctas ſcripturas populo tuo, da ei Spiritum ſanctum, ſpiritum propheticum, qui ſeruum tuũ Eſdram inſtruxiſti ad legendum leges tuas populo tuo &c. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 28.

CANON. L.

Oratio Apoſtolica pro benedictione olei & aquæ.

b Innuit Sacramentum extremæ unctionis.

De aqua & oleo ego Matthæus diſpono: Benedicat Epiſcopus aquam & oleum: ſi abſit, benedicat Presbyter, aſsiſtente Diacono. a Quãdo aderit Epiſcopus, Diaconus aſsiſtat & Presbyter: dicat autem hoc modo: Domine Sabaoth, DEVS uirtutum, creator aquarũ, & dator olei, miſericors & benigne, qui dediſti aquam ad potum & munditiem: oleum ad exhilerandam faciem in exultationem lætitiæ: ipſe quoq; nunc per CHRISTVM ſanctifica hanc aquam & hoc oleum, in nomine eorum qui attulerunt, & da uirtutem b ſanitatis effectricem, ægritudinis expultricem, dæmonum fugatricem, omnibus inſidijs aduerſariam per CHRISTVM, qui eſt ſpes noſtra, quo cum tibi gloria &c. Conſtit. Apoſt. lib. cap. 35.

CANON. LI.

c Ergo non tamũ de præcepto eſt obſeruatio diei Dominicæ. Nam qui hic iniungunt martyrũ etc. Feſta ibi primi etiam ſeruarunt Dominicum, cum nullum extaret præceptũ in ſacris literis.

Quibus diebus oporteat quieſcere ſeruos, ego Paulus & ego Petrus diſponimus: Serui per totam magnam hebdomadam & ſequentem quieſcant, quoniam illa ad paſsionem pertinet, alia ad reſurrectionem, & eſt opus inſtitui qui ſit ille qui paſſus ſit & reſurrexit, & quis hoc permiſerit, & ſuſcitauerit. In Aſcenſione c quieſcant, quoniam eſt finis CHRISTI diſpenſationis. In Pentecoſte quieſcant, propter pœnitentiam Spiritus ſancti donatam ijs qui in CHRISTVM crediderunt. In Natali feſto quieſcant, quoniam in eo in expectata gratia data eſt hominibus, ut naſceretur DEI VERBVM IESVS CHRISTVS ex MARIA Virgine, propter mundi ſalutem. In feſto Epiphaniæ quieſcant, quoniã in ea facta eſt manifeſtatio diuinitatis CHRISTI, teſtificante ei Patre in baptiſmo, & Paracleto in forma columbæ demonſtrante eum, cui teſtificatio facta eſt. In diebus Apoſtolorum quieſcant, Magiſtri enim ueſtri in CHRISTO fuerunt, & Spiritus uos participes fecerunt. In die Stephani Prothomartyris quieſcant, & reliquorum SS. Martyrum, qui CHRISTVM propriæ uitæ antepoſuerunt. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 39.

CANON. LII.

Fundamentũ horarũ Canonicarũ uideat hic hæreticus ex præcepto Apoſtolorũ.

d Ex Apoſtolorum præcepto fiebat olim oratio pro defunctis hæretice, pro culdubio non pro beatis neq; dãnatis in inferno, conſtituendũ igitur erit purgatoriũ.

Preces ueſtras facite diluculò, Tertia hora, Sexta, Nona, Veſpere, & in gallicantu. Diluculò gratias agentes, quoniã illuminauit nos Dominus expulſa nocte, & inducto die. Hora tertia, quoniam illa hora Dominus ſententiam Pilati accepit. Sexta, quoniam tunc crucifixus eſt. Nona, quoniã omnia commota ſunt crucifixo Domino, perhorreſcentia impiorum audaciam, & non ferentia ignominiam Domini. Veſpere gratias agentes, quod dedit nobis noctem diurnorum laborum requietem. In Gallicantu, quoniam illo tempore nunciatur aduentus diei, ad exercenda opera lucis.

CANON. LIII.

De ijs qui quieuerunt in CHRISTO, poſtquam Diaconus abſoluit orationem, hæc addet; Pro quieſcentibus in CHRISTO fratres noſtri rogemus: ut benignus DEVS, qui ipſius animam ſuſcepit, dimittat ei omne de lictum uoluntarium & inuoluntarium, et propitius illi factus, collocet eum in regione piorum & beatorum, in ſinu Abrahæ, Iſaac & Iacob, cum omnibus, qui à ſeculo placuerunt illi, & fecerunt uoluntatem ipſius, unde abeſt dolor, triſtitia & ſuſpirium. Excitemus nos & inuicem, commendemus

mendemus nos æterno DEO, per VERBVM quod erat in principio. Et Epiſcopus dicat; Qui immortalis es & nullo fine terminaris &c. ipſe quoq; nunc reſpice ſuper ſeruum tuum quem recepiſti in alienam uitam, & condona ei, & colloca eum in ſinu Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum, & omnium qui tibi à ſeculo placuerunt, ubi non eſt triſtitia, dolor neq; horror, ſed cœtus piorum & lætantium, & terra rectorũ beata uidentiũ gloriam CHRISTI tui, per quem tibi gloria, honor, cultus, gratiarum actio & adoratio in Sancto ſpiritu, in ſecula. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 47.

CANON. LIIII.

Peragatur dies *a* tertius mortuorum in Pſalmis, in collectionibus atq; orationibus, propter eum qui tertia die reſurrexit. Item nonus, in commemorationem ſuperſtitum atq; defunctorum. Etiam Quadrageſimus ſecundũ ueterem formam, Moyſem enim hoc modo populus luxit. Nec non Anniuerſarium pro memoria ipſius, deturq; de illius facultatibus pauperibus, in commemorationem ipſius. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 48.

a Dies tertius, nonus, quadrageſimus & anniuerſarius pro defunctis.

CANON. LV.

Hæc de pijs dicimus; nam de impijs, etſi omnes mundi facultates dares pauperibus, tamen nihil eis prodeſſes. Nam cui uitio infenſus erat DEVS, certè eidem mortuo eſt iratus, non eſt enim iniuſtitia apud eum. Iuſtus eſt enim Dominus, & iuſtitias dilexit. Et ecce homo, & opus eius. Clemens Cõſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 49.

CANON. LVI.

Qui ad memorias eorum uocamini, cum DEI timore comedite, ueluti ualentes legatione fungi pro mortuis, cũ ſitis Presbyteri & Diaconi CHRISTI, ſobrij eſſe debetis & priuatim & cũ alijs ut poſsitis intemperantes coercere. Clemens Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 50.

HIEROSOLYMITANA. VI.

SEXTA primitiuæ Eccleſiæ congregatio, facta eſt Hieroſolymis pro diuiſione Apoſtolorũ in prouincias, in qua ut Origen. in explanat. Geneſ. docet, Thomas ſortitur Parthos, Matthæus Æthiopiam, Bartholomæus Indiam Citeriorem, Ioannes Aſiam, Petrus Romam, Pontum, Galathiam, Bythiniam, Cappadociam. Paulus ab Hieroſolymis uſq; ad Illyricum Euangelio CHRISTI cunctos repleuit. Alij uero uel per hæc, uel per alia loca, ſecundum quod Spiritus ſanctus uoluit dimittuntur, ſicut propria eorum geſta habent. Iſidor. Hiſpalen. in lib. de uit. & obit. Sanctor. cap. 83.

ANNO CHRISTI XLVI.

Nota, Petro Roma orbis caput ut Capiti Apoſtolor. deſignatur.

HIEROSOLYMITANA. VII.

SEPTIMA in Hieruſalem Apoſtolorum & diſcipulorum CHRISTI Synodus habita eſt, in obitu B. Virginis DEIPARÆ MARIÆ, cum adeſſent diuinitus oẽs Apoſtoli præter Thomam. De qua infra part. 5. diſt. 7. de Martyr. Hieroſol. in Aſia in uit. MARIÆ CHRISTIPARÆ. Dionyſ. Areopag. de diuin. nomin. cap. 3. Iuuenal. Epiſc. Hieroſol. quem citat Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 21. Andr. Epiſc. Cretæ. & Damaſcen. de dormit. B. Virgin. Metaphraſt. in uit. Petri.

ANNO CHRISTI XLVIII.

HIERO-

HIEROSOLYMITANA. VIII.

ANNO CHRISTI XLVIII.

OCTAVA conuentio Apoſtolorum, (quæ plenariam præbet Conciliorum formam, poſtmodum à Summis Pontificibus & Sanctis patribus obſeruatam & obſeruandam) fuit celebrata Anno XV. poſt mortem & reſurrectionem CHRISTI in Hieruſalem, & XIIII. Anno poſt conuerſionem Apoſtoli Pauli, ſub Claudio Cæſ. ſecundum Bedam, Dionyſium & alios. Vnde de hac Synodo Apoſtolorum loquitur Apoſtolus Paulus ad Galat. 2. Deinde poſt Annos XIIII. aſcendi Hieroſolymā cum Barnaba, aſſumpto etiam Tito, & contuli cum eis Euangelium, quod prædico in gentibus: Seorſum autem his qui uidebantur aliquid eſſe, ne fortè in uanum currerem [a] aut cucurriſſem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cum eſſet gentilis, compulſus eſt circumcidi; ſed propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram, quàm habemus in CHRISTO IESV, ut nos in ſeruitutem redigerent, quibus neq; ad horam ceſſimus ſubiectioni, ut ueritas Euangelij permaneat apud uos. Ab his autē qui uidebantur eſſe aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt, DEVS enim perſonam hominis non accipit. Mihi autem qui uidebantur eſſe aliquid, nihil contulerunt: ſed ē contra, cum uidiſſent quod creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut Petro circumciſionis, (qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt mihi & inter gentes) & cum cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas qui uidebantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut nos in gentes, ipſi autem in circumciſionem, tantum ut pauperum memores eſſemus &c. De hac tertia pro abrogandis legalibus Apoſtolorum conuentione, legimus Actor. cap. 15. Et quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres fideles ex gentilitate conuerſos, quia niſi circumcidamini ſecundū morem Moyſi non poteſtis ſaluari. Facta ergo [b] ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos, ſtatuerunt fideles ut aſcenderent Paulus [c] & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apoſtolos & Presbyteros in Hieruſalem, ſuper hac quæſtione, ueluti ad primarios Eccleſiæ prælatos. Illi ergo deducti ab Eccleſia, pertranſibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuerſationem gentium, & faciebāt gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem ueniſſent Hieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis & ſenioribus, annunciantes quanta DEVS feciſſet cum illis. Surrexerunt autē quidam de hæreſi Phariſæorum qui crediderunt dicentes, quia oportet circumcidi eos, præcipue quoq; ſeruare legem Moyſi. Conuenerunt q; Apoſtoli, [d] & ſeniores uidere de uerbo hoc. Cum autem magna conquiſitio [e] fieret, ſurgens Petrus (tanquam Apoſtolorum ſupremus & caput) dixit ad eos: Viri fratres, uos ſcitis quoniam ab antiquis diebus DEVS in nobis elegit per os meum audire gentes uerbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda DEVS, teſtimonium perhibuit dans illis Spiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis DEVM imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod

neq; nos,

a Obſerua, Paulū ad ſedandū ſchiſma Antiochenum nullā reperiſſe uiā meliorē quā proficiſci ad Petrum, & eos qui cum illo erant. Non enim appellabant ad ſcripturā, ſed ad Apoſtolos.

b Hæretici ſemper fuerunt ſeditioſi aduerſus prælatos Eccleſiæ.

c Paulus licet Euangelium ſuū à Chriſto accepiſſet, ad Conciliū tamen illi eundū erat aliàs fatetur ſe in incertum currere.

d In Concilio ſunt tantum Apoſtoli & Presbyteri (qui Seniores, latine hoc loco uocantur) non laici.

e Non ſtatim reuelatur ueritas, ſed oportet magnā conquiſitionē fieri. non igitur fruſtra laborant Patres in Concilijs.

d Notandum quod in Apoſtolorum Concilio primus omnium loquitur Petrus, & ſuam proponit ſententiā definiendo quid fieri uelit, tanquam Pontifex, nec quiſquā contradixit, ſed conſenſerunt omnes. Vnde Hieron. Epiſt. 11. ad Auguſtin. Petrū dicit autorem ſententiæ, & Principem decreti fuiſſe.

neq; nos neq; Patres noſtri portare potuimus? Sed per gratiam Domini noſtri IESV CHRISTI credimus ſaluari, quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo conſentiens Petro, & deinde audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta DEVS feciſſet ſigna & prodigia in gentibus per eos. Et poſtquam tacuerunt Barnabas & Paulus, reſpondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me. Simon narrauit quemadmodum primum DEVS uiſitauit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo. Et huic concordant uerba Prophetarum, ſicut ſcriptum [a] eſt: Poſthæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud, ut requirant cæteri hominũ Dominum & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc: Notum à ſeculo eſt Domino opus ſuum. Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad DEVM, ſed ſcribere ad eos, ut abſtineant ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis [b], & ſanguine. Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus, qui cum prædicent in Synagogis, ubi per omne ſabbatum legitur. Tunc placuit Apoſtolis & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligere uiros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo [c] & Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barſabas, & Silam uiros primos in fratribus, ſcribentes per manus eorum: Apoſtoli & ſeniores fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus ſalutem. Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt uos uerbis, uertentes animas ueſtras, quibus non mandauimus: placuit nobis collectis in unum eligere uiros, & mittere ad uos cum chariſſimis noſtris Barnaba & Paulo hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini IESV CHRISTI. Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi uobis uerbis referent eadem. Viſum eſt enim Spiritui ſancto & nobis [d] nihil ultra imponere uobis oneris quam hæc neceſſaria: ut abſtineatis uos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine [e], & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes uos, benè agetis. Valete. Illi ergò dimiſſi deſcenderunt Antiochiam, & congregata multitudine tradiderunt Epiſtolam. Quam cùm legiſſent, gauiſi ſunt [f] ſuper conſolatione. Iudas autem & Silas, & ipſi cùm eſſent Prophetæ, uerbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad eos qui miſerant illos.

a Iacobus confirmat Petri definitionem teſtimonio ſcripturæ, ſicut Epiſcopi Papæ ut ueritas melius confirmetur, iuuant.

b Iacobi hoc decretum ad paruum tempus durauit, mox enim Paulus ſcribit: Quicquid in macello uenditur, comedite. Sed contra Petri decretum nunquam docuit, quia manet ſemper. Et notandum eos decernere de iis, de quibus ſcripturas nõ habebant.

c Paulus contentus Petri decreto nõ ulterius ad generale conciliũ prouocat, quia ab Antiochena Eccleſia ad Petrum appellarat.

d Non ſumunt ſcripturam iudicem ſed ſeipſos & ſpiritum ſanctum: & notandum idem placere ſpiritui ſancto quod concilij caput Pontifex decreuerat.

e Dicit hæreticus, omne quod intrat in os non coinquinat hominem: rectè, ſed præcepti ut hic uidetur transgreſſio coinquinat.

f Antiochenis Petri decreto ſatisfactum eſt, cum gentes libertatem fidei, & Iudæi pro circumciſione ſcripturas adducere potuiſſent.

HIEROSOLYMITANA IX.

ANNO CHRISTI LIIII.

NOna Apoſtolorum diſcipulorumq; CHRISTI in primitiua Eccleſia Synodus, habita eſt pro permittendis legalibus [g] ad tempus inter Chriſtianos ex Iudæis donec Synagoga cum honore ſepeliretur. Hinc ſcribitur Actor. 21. Et cùm ueniſſemus Hieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omneſq; collecti ſunt ſeniores. Quos cùm ſalutaſſet, narrabat per ſingula quæ DEVS feciſſet in gentibus per miniſterium ipſius. At illi cùm audiſſent, magnificabant

g Poteſt igitur fieri diſpenſatio in decretis conciliorum promulgatis, ſed non abſq; urgente neceſſitate.

ficabant DEVM, dixeruntq́ꝫ ei: Vides frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt enim de te quia diſceſsionem doceas à Moyſe, eorum qui per gentes ſunt Iudæorum, dicens non debere eos circumcidere filios ſuos, neq́ꝫ ſecundum conſuetudinem ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq́ꝫ oportet conuenire multitudinem, audient enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes ſuper ſe. His aſſumptis ſanctifica te cum illis, & impende in illis, ut radant capita, & ſcient omnes quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulas, & ipſe cuſtodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus nos ſcripſimus, iudicantes ut abſtineant ſe ab idolis, immolato & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Tunc Paulus aſſumptis uiris poſtera die purificatus cum illis intrauit in templũ, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoq́ꝫ eorum oblatio.

HIEROSOLYMITANA X.

ANNO CHRISTI LXIII. DEcima CHRISTI Apoſtolorum conuentio facta eſt, ob electionem Symeonis in locum Iacobi fratris Domini. De qua Euſeb. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 11. hæc commemorat: Poſt martyrium Iacobi, & continuò conſecutum ciuitatis excidium, traditur Apoſtolos, cæterosq́ꝫ Domini diſcipulos, qui ad illud tempus reliqui erant, in unum ę locis omnibus conueniſſe, ſimul cũ his qui propinqui ſecundum carnem Domini dicebantur (plurimi namq́ꝫ & ex his per illud tempus ſupererant) & habuiſſe in commune conſilium quem oporteret dignum ſucceſsione Iacobi iudicari, omnesq́ꝫ uno conſilio atq́ꝫ uno conſenſu Symeonem Cleopæ filium decreuiſſe (cuius mentio in Euangelijs facta eſt) ut Epiſcopatus ſedem ſuſciperet. Conſobrinus is ſecundum carnem Saluatoris fuiſſe dicebatur: quia Cleopam fratrem fuiſſe Ioſeph, Egeſippus conteſtatus eſt. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 9.

ANTIOCHENA I.

ANNO CHRISTI LIII. PRima Antiochena diſcipulorum CHRISTI congregatio, celebrata eſt Antiochiæ pro Canonibus Apoſtolorum conſtituendis, quas approbauit VI. Synod. Conſtantinopol. Canon. 2. qui approbatur 4. actione 7. Synodi generalis, cui conſenſerunt (ut patet ex eius fine) legati Adriani Papæ. Quod uero Canones ſunt prohibiti per Gelaſiũ, non de ijs intelligas quos hic approbatos dicimus, uerum eos, qui fuerunt deprauati per hæreticos, ut habet Gelaſ. 15. diſt. cap. Sancta Romana. Antiochiæ tum fuiſſe congregatos Apoſtolos, patet ex Anaclet. epi. 3. nam ibi citat Canonem illum, ut in quaq́ꝫ prouincia norint Epiſcopi quis inter eos primus ſit, & dicit, inde illum Canonem prodijſſe, inde, id eſt ex Antiochia, de qua loquebatur. Conuenerant autem illic Apoſtoli præcipiente Domino, omnia enim tunc agebant Domino reuelante: & paſsim in epiſt. Clemẽ. & Anaclet. dicitur, Apoſtolos quędam conſtituiſſe præcipiente Domino. Secuti itaq́ꝫ VI. Synodum generalem integros LXXXV. Canones ex Gręcis & Latinis codicibus huc tranſcripſimus.

CANON.

CANON I.

Epiſcopus [a] à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur.

CANON. II.

Presbyter ab uno Epiſcopo [b] ordinetur,& Diaconus & reliqui Clerici.

a Idem Conſt. Apoſt. lib. 3. cap.20.et lib. 8.cap.34.

b Conſt.Apo. lib.8.cap.24.

CANON. III.

Si quis Epiſcopus aut Presbyter præter ordinationem Domini alia quædam in Sacrificio [c] offerat ſuper Altare, id eſt aut mel, aut lac, aut pro uino ſiceram & confecta quædam, aut uolatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſuetudinem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

c Sacrificium Miſſæ in qua materia offerri debeat ex Domini inſtituto.

CANON. IIII.

Offerri non liceat aliquid ad Altare præter nouas ſpicas,& uuas,& [d] oleum ad luminaria,& thymiama id eſt incenſum, tempore, quo ſancta celebratur oblatio.

d Conſentiūt Conſt. Apoſt. lib.2.cap.38. in decimis & primitijs. Et nota uſum incenſi & lampadū ex præcepto Apoſtolorum in templis.

CANON. V.

Omnium aliorum primitiæ, Epiſcopo & Presbyteris domum mittuntur, non ſuper Altare. Manifeſtum eſt autem, quod Epiſcopus & Presbyteri, inter Diaconos & reliquos Clericos eas diuidunt.

CANON. VI.

Epiſcopus aut Presbyter, uxorem [e] propriam nequaquam ſub obtentu religionis abijciat. Si uero reiecerit, excommunicetur: ſed ſi perſeuerauerit, deijciatur.

e Sacerdotes, qui ante ordines coniugati erant, continebant quidem ab uxoribus ex mutuo conſenſu tempore ordinationis expreſſo ut alibi annotauimus. Sed non propterea diſſoluebatur hoc matrimonium, & adhuc tenebatur Sacerdos uxori de neceſſarijs prouidere uſq; ad mortem: ideo hic prohibetur ne illam abijciat ac fame perire ſinat Sacerdos quaſi non eſſet uxor ipſius, cum poſt ſacerdotium tanto magis ei debeat prouidere quanto magis ſanctificatum eſt matrimonium per utriuſq; continentiam, ſicut matrimon. Ioſeph. & B. Mariæ uirg.

CANON. VII.

Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam ſeculares curas adſumant, ſui autem, eijciantur.

CANON. VIII.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſanctum Paſchæ diem ante uernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

CANON. IX.

[f] Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, uel quilibet ex Sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicauerit, aut cauſam dicat, ut ſi rationabilis fuerit ueniam conſequatur, aut ſi non dixerit communione priuetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificauit, quod recte non obtulerit.

f Hic erat primitiuæ Eccleſiæ mos ut cōmunicarent quotidie facta oblatione in Miſſa. Multa aūt erant ob quæ alicuius Miſſa audiri nō debebat, in quib. propter ſcandala poſtea diſpenſ. ut Eccleſi...

CANON. X.

a Primũ Eccleſiæ præceptũ de audienda Miſſa in feſto, ad finem uſq;, unde ſemper adiunctũ fuit, Ite in pace, Ite Miſſa eſt etc. non licebat ante, de Con. d. 1. c. oẽs fideles.

Omnes fideles, qui conueniunt in ſolennibus ſacris [a] ad Eccleſiam, ſcripturas Apoſtolorum & Euangelium audiant. Qui autem non perſeuerauerint in oratione uſq; dum Miſſa peragitur, nec ſanctam communionem percipiunt, uelut inquietudines Eccleſiæ mouentes, conuenit communione priuari.

CANON. XI.

Si quis cum excommunicato ſaltem in domo locutus [b] fuerit, iſte communione priuetur.

b Limitatus eſt hic Canon in Conſtã. Conc. niſi de nominatim excommunicatis, ut hæreſiarchis intelligamus uel publico Clerici percuſſore.

CANON. XII.

Si quis cum damnato Clerico ueluti cum Clerico ſimul orauerit, iſte damnetur.

CANON. XIII.

c Idẽ Conſtit. Apoſt. cap. 62

[c] Si quis Clericus aut Laicus à communione ſuſpenſus ſeu communicans, ad aliam properet ciuitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias literas, & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, communione priuentur. Excommunicato uero proteletur ipſa correptio tanquam qui mentitus ſit & Eccleſiam DEI ſeduxerit.

CANON. XIIII.

Epiſcopo non licere alienam parochiam propria relicta peruadere licet cogatur à plurimis. Niſi forte quis cum rationabili cauſa compellatur tanquam qui poſsit ibidem conſtitutus plus lucri conferre & in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere. Et hoc non à ſemetipſo pertentet, ſed multorum Epiſcoporum iudicio & maxima ſupplicatione perficiat.

CANON. XV.

Conc. Nicen. Can. 8.

Si quis Presbyter aut Diaconus aut quilibet de numero Clericorum relinquens propriam Parochiam pergat ad alienam & omnino demigrans præter Epiſcopi ſui conſenſum in aliena Parochia commoretur, hunc ulterius miniſtrare non patimur præcipuè ſi uocatus ab Epiſcopo redire contempſerit in ſua inquietudine perſeuerans, ueruntamen tanquam Laicus ibi communicet.

CANON. XVI.

Epiſcopos uero apud quem moratos eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans tanquam Clericos forte ſuſceperit uelut magiſter inquietudinis communione priuetur.

CANON. XVII.

d Conſt. Apoſtol. 2. cap. 1. Hic habes ab ipſis Apoſtolis explicatũ uerbum Apoſtoli: Vnius uxoris uirũ Illyrice, non enim cõtradicit hic Canon Pauli doctrinæ.

Si quis poſt baptiſma ſecundis [d] fuerit nuptijs copulatus aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus non Presbyter aut Diaconus aut prorſus ex numero eorum qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

CANON. XVIII.

Si quis uiduam, aut eiectam acceperit aut meretricem aut ancillam uel aliquam de ijs quæ publicis ſpectaculis mancipantur non poteſt eſſe Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus aut ex eorum numero qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

CANON.

CANON. XIX.

Qui duas in coniugium ſorores acceperit, uel uiduam fratris uel filiam fratris clericus eſſe non poteſt.

CANON. XX.

Clericus fideiuſſoribus [a] inſeruiens abijciatur.

CANON. XXI.

Eunuchus ſi per inſidias hominum factus eſt uel ſi in perſecutione eius ſunt [b] amputata uirilia, uel ſi ita natus eſt, & eſt dignus efficiatur Epiſcopus.

CANON. XXII.

Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis amputauit uirilia, non fiat clericus quia ſui ipſius homicida eſt, & DEI conditionis inimicus.

CANON. XXIII.

Si quis cum clericus fuerit abſciderit ſemetipſum omnino damnetur quia ſuiipſius eſt homicida.

CANON. XXIIII.

Laicus ſemetipſum abſcindens annis tribus communione priuetur quia uitæ ſuæ inſidiator extitit.

CANON. XXV.

Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus qui in fornicatione aut periurio aut furto captus eſt deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim ſcriptura. Non uindicabit Dominus bis in idipſum.

CANON. XXVI.

Similiter & reliqui Clerici huic conditioni ſubiaceant.

CANON. XXVII.

In nuptijs autem qui ad clerum prouecti ſunt præcipimus ut ſi uoluerint, uxores accipiant, ſed lectores cantoreſq; tantummodo.

CANON. XXVIII.

Epiſcopum aut Presbyterum aut Diaconum percutientem fideles delinquentes aut infideles inique agentes & terrorem ipſis per huiuſmodi uolentem incutere deijci ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos hoc dominus docuit. E contrario uero ipſe cum percuteretur non repercutiebat, cum pateretur non comminabatur.

CANON. XXIX.

Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus depoſitus iuſte ſuper certis criminibus auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.

CANON. XXX.

Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem deijciatur & ipſe ordinator eius & a communione modis omnibus abſcindatur ſicut Simon magus à Petro.

CANON. XXXI.

Si quis Epiſcopus ſecularib⁹ poteſtatibus uſus Eccleſiā per ipſas [d] obtineat deponatur & ſegregetur omneſq; qui illi cōmunicant.

[a] Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 3.

[b] Hoc ſcelus perpetrarūt nuper in Gallia Caluiniſtæ in Sacerdotibus.

Diſtinct. 81. cap. Presbyter aut Diaconus.

[c] Contra Simoniacos, Concil. Chalced. cap. 1. Et nota ex hoc, quod Petrus ipſe huic Cōcil. interfuerit, & nota Petro Simonem Magum fuiſſe excommunicatum.

[d] Hoc paſſim faciunt nouatores noſtri poteſtati tantum ſecularium nitentes & Eccleſias per uim occupantes.

CANON. XXXII.

Si quis Presbyter contemnens Epiſcopum ſuũ ſeorſum collegerit & [a] altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Epiſcopum in cauſa pietatis & iuſtitiæ, deponatur quaſi principatus amator exiſtens, eſt enim tyrannus, & cæteri clerici quicunq́ꝫ tali conſentiunt, deponantur, laici uero ſegregentur. Hæc autem poſt unam & ſecundum & tertiam Epiſcopi obſecrationem fieri conueniat.

[a] Notet hæreticus altaris erectionẽ non ob aliud niſi pro oblatione Miſſæ

CANON. XXXIII.

Si quis Presbyter aut Diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo qui eũ ſequeſtrauerat, niſi forſitan obierit Epiſcopus, ipſe qui eum ſegregare congnoſcitur.

CANON. XXXIIII.

Nullus Epiſcoporum peregrinorum aut [b] Presbyterorũ aut Diaconorũ ſine commendatitijs ſuſcipiatur epiſtolis. Et cum ſcripta detulerint diſcutiantur attentius & ita ſuſcipiantur. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiantur, ſin minus ubi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad communionem & ulteriorem ipſos conſuetudinem non admittitote: multa enim per ſubreptionem proueniunt.

[b] Concil. Nicæn. cap. 1. Has heretici Superintendentes nitio noui Euangelij nõ habuerũt & tamen his quos ipſi intrudebant commendatitias dare auſi ſunt.

CANON. XXXV.

Epiſcopos gentium ſingularum ſcire conuenit [c] quis inter eos primus habeatur, quem uelut caput exiſtiment, & nihil amplius præter eius conſcientiam gerant quam illa ſola ſinguli quæ Parochiæ propriæ & uillis quæ ſub ea ſunt competunt. Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid in eorum parochijs. Sic enim unanimitas erit & glorificabitur DEVS per CHRISTVM, & in SPIRITV SANCTO.

[c] De hoc uide Anaclet, Epiſto. 3. qui ex hoc decreto Epiſcopis Archiepiſcopos, his patriarchas ſeu primates, his demum Papã Romæ caput conſtitutum eſſet declarat. Et nota Epiſcopum de capite ſolicitum eſſe debere.

CANON. XXXVI.

Epiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus & uillis, quæ illi nullo iure ſubiectæ ſunt. Si uero conuictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientias qui ciuitates ipſas & uillas detinent & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

CANON. XXXVII.

Si quis Epiſcopus nõ ſuſceperit officium & curam populi ſibi commiſſam, hic communione priuetur, quouſq́ꝫ conſentiat, obedientiam commendans. Similiter autem & Presbiter & Diaconus. Si uero perrexerit nec receptus fuerit, nõ pro ſua ſententia ſed pro malitia [d] populi, ipſe quidem maneat Epiſcopus, clerici uero ciuitatis communione priuentur, eõ quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

[d] Propter perſecutiones hoc omne neceſſum erat, ut uideretur an aliquis deſciuiſſet à uero ſicut in paucis annis in Germania plures Synodi prouinciales propter hæreticos ſunt habitæ.

CANON. XXXVIII.

Bis in anno [e] Epiſcoporum concilia celebrentur, ut inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas cõtentiones amoueant. Semel quidem quarta ſeptimana Pentecoſtes: ſecunda uero 12. menſis Hyperberetei, id eſt, iuxta Romanos, 4. Idus Octobris.

CANON.

CANON. XXXIX.

Omnium negociorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea uelut DEO cõtemplante diſpenſet, nec ei liceat ex eis aliquid omnino contingere, aut parentibus proprijs quæ DEI ſunt, [a] condonare. Quod ſi pauperes ſunt, tanquam pauperes ſubminiſtret, nec eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædentur.

a Garriunt multa hæretici de primiuæ Eccleſiæ paupertate, cum hic Apoſtoli decernãt de eius opibus ne parentibus quidem occulto aliquid dandũ. Opulenta ∫ tur in theſa ris ſ ... fuit.

CANON. XL.

Presbyteri & Diaconi præter Epiſcopũ nihil agere pertentent, nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem. Sin autem manifeſtæ res Epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ dominicæ, ut poteſtatem habeat de proprijs moriens Epiſcopus ſicut uoluerit, & quibus uoluerit derelinquere, ne occaſione Eccleſiaſticarũ rerum, quæ Epiſcopi eſſe probantur, intercidant, fortaſsis enim aut uxorem habet aut filios aut propinquos aut ſeruos. Et iuſtum eſt hoc apud DEVM & homines, ut nec Eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerũ Pontificis, nec Epiſcopus uel eius propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur, aut in cauſas incidant, qui ad eum pertinent, morſq; eius iniurijs malæ famæ ſubiaceat.

CANON. XLI.

Præcipimus, ut in poteſtate ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum precioſæ illi ſunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per Presbyteros & Diaconos, & cum timore omniq; ſolicitudine miniſtrentur. Ex ijs autem quibus indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas [b] neceſsitates, & peregrinorum fratrum uſus ipſe percipiat, ut nihil eis poſsit omnino deeſſe. Lex enim DEI præcipit, ut qui altari deſeruiunt de altari paſcantur, quia nec miles ſtipendijs proprijs contra hoſtes arma ſuſtulit.

b Notent hæretici, Eccleſias Apoſtolorum tempore tam fuiſſe opulentas, ut Epiſcopi & ſe & peregrinos de ijs alere potuerint.

CANON. XLII.

Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ atq; ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certe communione priuetur.

Contra aleatores Sacerdotes.

CANON. XLIII.

Subdiaconus, aut lector aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut cõmunio priuetur. Similiter etiam Laicus.

CANON. XLIIII.

Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus [c] uſuras à debitoribus exigens, aut deſinat aut damnetur.

c Hoc uideant illi qui uſurã Sacerdotibus prohibitam eſſe negant.

CANON. XLV.

Epiſcopus Presbyter & Diaconus qui cum hæreticis [d] orauerit, tantummodo communione priuetur. Si uero tanquam clericos, hortatus eos fuerit agere uel orare, damnetur.

d Contra cõmunionẽ quæ cum hæreticis habetur.

CANON. XLVI.

Epiſcopum aut Presbyterum [e] hæreticorum ſuſcipientem baptiſma damnari præcipimus. Quæ enim conuentio CHRISTI ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?

e Hæreticos intellige qui non ſub inuocatione Trinitatis baptizabant, quales fuiſſe Paulianiſtas & Cataphriges Cõcil. Nicen. Can. 19. explicauit.

CANON.

CANON XLVII.

Epiſcopus, aut Presbyter, ſi eum qui ſecundum ueritatem habuerit baptiſma, denue baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit, deponatur tanquam deridens crucem & mortem Domini, nec Sacerdotes à falſis Sacerdotibus diſcernens.

CANON. XLVIII.

Si quis Laicus uxorem propriam pellens, alteram uel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.

CANON. XLIX.

Trina Baptiſmi merſio poſtea propter paruulorum periculũ in ternam effuſionem eſt uerſa.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, non trinam merſionem unius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate quod dari uidetur in Domini mortem, damnetur. Non enim dixit nobis Dominus in morte mea baptizate ſed euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & filij & Spiritus ſancti.

CANON. L.

De duplici delectu ciborum heretico & Catholico.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quiuis omnino de ſacerdotali cõſortio nuptijs & carnibus & uino abſtinuerit, nõ propterea quod mens ad cultũ pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationũ, oblitus quod omnia pulchra ualdè, & quod maſculũ & fœminã DEVS creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem DEI uocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex Eccleſia rejcitor. Conſimiliter & Laicus.

CANON. LI.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, eum qui à peccato reuertitur, non recipit ſed rejcit, deponitor, eo quod CHRISTVM offendat qui dixit, ob unum peccatorem qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cœlo.

CANON. LII.

Nota Carnium abſtinentiam ad exercitationem pietatis ualere, propterea enim inſtituta eſt, non quod cibus ſit abominabilis.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus carnibus & uino feſtiuis diebus non utatur, idq́ per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notam habeat cõſcientiam & multis author ſit offendiculi.

CANON. LIII.

Si quis Clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit à communione excluditor, excepto tamen eo qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

CANON. LIIII.

Audiant qui libros integros implent dicterijs aduerſus Epiſcopos & ſummum Chriſti Vicarium.

Si quis Clericus Epiſcopum cõtumelia affecerit, deponitor. Principi enim populi tui non maledices.

CANON. LV.

Si quis Clericus contumelia affecerit Presbyterum aut Diaconum à communione ſegregator.

CANON. LVI.

Si quis mancum aut mutum ſurdumue aut cæcum aut eũ cui uitioſus inceſſus eſt, ſubſannauerit communione priuantor, conſimiliter & Clericus.

CANON.

CANON. LVII.

Epiſcopus, aut Presbyter, qui negligentius circa clerum aut populum agit, nec in pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si uero in ea ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

CANON. LVIII.

[a] Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria nõ ſuppeditauerit, à communione reijcitor. Sin perſeuerat deponitor, ut qui fratrem ſuum necauerit.

CANON. LIX.

[b] Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in Eccleſia ad populi & cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

CANON. LX.

Si accuſatio contra fidelẽ inſtituatur de fornicatione aut de adulterio aut quacunq; alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non producitor.

CANON LXI.

[c] Si quis clericus per metum humanum, uel Iudæi uel Græci, uel hæretici negauerit, ſiquidem nomen CHRISTI, ab Eccleſia reijciator: ſi uero nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus ut Laicus recipitor.

CANON. LXII.

[d] Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus aut omnino quicunq; ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut à beſtijs abreptum aut ſuffocatum, deponitor. Hoc enim lex prohibuit. Sin uero Laicus ſit à communione excluditor.

CANON. LXIII.

[e] Si quis Clericus aut Laicus ſynagogam Iudæorum aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit ut preces cum illis coniungat deponitor, & à communione ſecluditor.

CANON. LXIIII.

Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & uno ictu ac pulſatione interemerit, deponitor, propter temeritatem ſuam. Sin uero Laicus ſit, arcetor à communione.

CANON. LXV.

[f] Si quis Dominicũ diem aut ſabbatum uno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. Sin laicus è communione eijciator.

CANON. LXVI.

Si quis uirginẽ ſibi non deſponſatam admota ui detinet, à cõmunione ſuſpenditor. Non licitum tum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto quam ſollicitauit, quamuis paupercula ſit.

CANON. LXVII.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ſecundam ab aliquo ordinationem

a *Neceſſario hinc ſequitur Epiſcopos habuiſſe de quo alerent egentes clericos.*

b *Contra libros hæreticorum.*

c *Chriſti ergò nomẽ negant, qui inter hæreticos an catholicæ fidei ſint affirmare non audent, aut qui ſacerdotium ſuum quouis modo celant.*

d *Dictum eſt ſupra hunc Canonem nõ diu duraſſe, Paulo docente omne quod in macello uenditur etc.*

e *Ergo nẽ in peregrinatione quidem in hæreticorum conuentib. orandum eſt.*

f *Ieiunium eſt Græcorum, de quo habes in conſtit. Apticis per Clementem.*

nationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinauit, niſi forſ te conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui cum à talibus baptizati [a] aut ordinati ſunt, hi nec fideles, nec clerici eſſe poſſunt.

CANON. LXVIII.

[b] Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut lector, aut cantor ſacram quadrageſimam paſchæ, aut quartam feriam aut paraſceuem non ieiunauerit, deponitor, prӕterquam ſi imbecillitate impeditur corporis. Sin Laicus ſit, communione priuator.

CANON. LXIX.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino quicunq; ex clericorum conſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti nempe Azyma, aut aliud huius generis ab eis ſuſceperit, deponitor. Si Laicus à communione ſegregator.

CANON. LXX.

Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.

CANON. LXXI.

Si quis Clericus aut Laicus ceram aut oleum ex ſancta ſurripuit Eccleſia à communione ſeiungitor.

CANON. LXXII.

Vas aureum & argenteum ſanctificatum, aut uelamen linteum nemo amplius in ſuos [c] uſus aſſumito, iniquum enim eſt. Ceterū ſi quis deprehenſus fuerit, ex communicatione mulctator.

CANON. LXXIII.

[d] Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines, ab Epiſcopis uocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus conuictusq; fuerit, cenſura irrogator Eccleſiaſtica. Si uero uocatus non obtemperauerit, ſecunda quoq; uice uocator, miſſis duobus ad ipſum Epiſcopis. Quod ſi per contumaciam nec ſic quidem comparuerit, ſynodus ſuam contra ipſum pronunciato ſententiam, nè quid tergiuerſando detrectandoq; iudicium, lucrifacere uideatur.

CANON. LXXIIII.

In dictionem teſtimonij contra Epiſcopum [e] hæreticus non admittitor. Sed nec fidelis ſi ſolus ſit. In ore enim duorum uel trium teſtium, conſiſtet omne dictum.

CANON. LXXV.

Item, non oportet Epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu: nec enim Eccleſiam DEI conferre debent in hæredes. Enimuero ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipſe autem excommunicatione percellitor.

CANON. LXXVI.

Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat, & dignus ſit, Epiſcopus efficitor. Non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

a *Huius Can. poſterior pars intelligatur, ut ſupra monuimus in 46. nempè de illis loqui qui non forma ab Eccleſia recepta baptizabāt, hos rebaptizandos eſſe.*

b *Notat hæreticus an aliquis ſtatus extra neceſſitatem à ieiunio tanq̃ in re adiaphora eximatur, & duorū dierū in ſeptimana. Vidimus n. Græcos pro ſabbato feriā 4. ieiunare.*

c *Intelligit hinc hæretice cereos & lāpades Apoſtolorū tēpore in Eccleſia fuiſſe.*

d *Nota, uaſa aurea, argentea, uelamina, omnia ſacra fuiſſe in templis Apoſtolorum tēpore. Et rubie excōmunicaris ut ſacrilegus, quisqs in profanos uſus cōuertis, nota item non fuiſſe tā pauperē Eccleſiā Apoſtolorum q̃n haberet aurū et argentū.*

e *Notandum Apoſtolos in Epiſcopum de peccato conuictū nihil pœnæ cōſtituere, ſed reijcere in ſententiā ſynodi, quāto minus hæreticus in alē aliquid ſtatuere poterit.*

f *Veſtrum igitur quotquot eſtis prælatorum accuſatores hæretica teſtimonium non accipimus.*

CANON.

CANON. LXXVII.

Qui uero mutus, ſurdusúe & cæcus eſt, Epiſcopus non efficitor: nō quia oblæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

CANON. LXXVIII.

Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor: ſed nec cum fidelibus preces fundito. Mundatus uerò recipitor, & ſi dignus fuerit efficitor.

CANON. LXXIX.

Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus eſt, aut ex conuerſatione praua, cum iuſtum non eſt protinus promoueri in Epiſcopum. Iniurium enim eſt, eum, qui non prius ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exiſtere, niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

CANON. LXXX.

Dicimus quod non oporteat Epiſcopum, aut presbyterum publicis ſe adminiſtrationibus immittere, ſed uacare & commodum ſe exhibere uſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, iuxta præceptum Dominicum.

CANON. LXXXI.

Serui, ſi in clerum promoueantur citra dominorū uoluntatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando uerò ſeruus quoq; gradus ordinatione dignus uideatur (qualis & noſter Oneſimus apparuit) & domini conſenſerint, manuq; emiſerint, & domo ſua ablegauerint, efficitor.

CANON. LXXXII.

Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui militiæ uacauerit, & ſimul utrunq; retinere uoluerit, tam officium Romanum, quam functionem ſacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt Cæſari, & quæ DEI, DEO.

CANON. LXXXIII.

Quiſquis Imperatorem, aut magiſtrum [a] contumelia affecerit, ſupplicium luito: & quidem ſi clericus ſit, deponitor. Si Laicus, à communione remouetor.

[a] Hæc doctrina eſt Apoſtolica de nō maledicendis principibus, contra Hereſiarcha noſtri temporis, cum Papā Antichriſtum, Cæſarem tyrannū, Reges ſtultos, Epiſcopos Moriones appellaret.

CANON. LXXXIIII.

Sunt omnibus uobis Clericis ſimul & Laicis uenerandi ſacri libri, ueteris quidem teſtamenti, Moyſis quinq;, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Ieſu filij Naue unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quatuor, Derelictorū ex libro Dierum duo, Eſther unus, de Machabæorum geſtis tres. Iob unus, Pſalterij unus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes; Canticum canticorum, Prophetarum duodecim unus, Eſaiæ unus, Hieremiȩ unus, Ezechielis unus, Danielis unus, Inquiritur autē à uobis extrinſecus, ut adoleſcentes ueſtri addiſcant item ſapientiam eruditi Syrach.

Noſtri uero, hoc eſt, Noui Teſtamenti, Euangelia quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. Pauli Apoſtoli quatuordecim, Petri Epiſtolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi una, Iudȩ una, Clementis Epiſtolæ duæ, & præceptiones quæ uobis Epiſcopis per me Clementē in libris octo nuncupatæ ſunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quȩdam arcana quæ in ſe continent. Et actiones noſtras Apoſtolorum.

[b] Notet hæreticus libros ab Apoſtolis probari, quos ipſe reijcit, ut Macha: epiſtol. ad Hebr. 2. Petri. 3. Ioannis, Iacobi, Iudæ.

MILETANA.

ANNO CHRISTI LIIII.

MILETI Paulus Apoſtolus Synodum conuocauit, in qua diſſeruit de humilitate & malorum tollerantia, deinde de conſtitutione Eccleſiaſtica & gregis cura, ut habetur Actor. 20. A Mileto mittens Epheſum, uocauit maiores [a] natu Eccleſiæ. Qui cum ueniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter uobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens Domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum: quomodo nihil ſubtraxerim uobis utilium, quo minus annunciarem uobis, & docerem uos publicè, & per domos, teſtificans Iudæis atq; gentibus in DEVM pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM. Et nunc ecce ego alligatus ſpiritu, uado in Hieruſalem, quæ in ea uentura ſunt mihi ignorans, niſi quod ſpiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens: quoniam uincula, & tribulationes Hieroſolymis me manent. Sed nihil horum uereor, nec facio animam meam precioſiorem quam me, dummodo conſumem curſum meum, & miniſterium uerbi, quod accepi à Domino IESV, teſtificari Euangelium gratiæ DEI. Et nunc ecce ego ſcio quia amplius non uidebitis faciem meam uos omnes, per quos tranſiui prædicans regnum DEI. Quapropter uos conteſtor hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſilium DEI uobis. Attendite uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos Spiritus ſanctus poſuit [b] Epiſcopos regere Eccleſiam DEI, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſsionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi. Et ex uobis ipſis exurgent uiri loquentes peruerſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe. Propter quod uigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non ceſſaui cum lachrymis monere unumquenq; ueſtrum. Et nunc commendo uos DEO, & uerbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus. Argentum & aurum, aut ueſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtendi uobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe uerbi Domini IESV, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis, orauit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus eſt omniū: & procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eum, dolentes maxime in eo uerbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non eſſent uiſuri.

[a] *Notandum maiores natu Eccleſiæ uocauit, id eſt, Presbyteros & Epiſcopos ad Concilium, nō quemuis alium de fece uulgi.*

[b] *Epiſcopos cōſtituit ſpiritus ſanctus ad regendam Eccleſiam Dei.*

FINIS SECVNDAE PARTIS, CENTENARII PRIMI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE.

GVILIEL-

GVILIELMI EYSEN-GREINEI DE NEMETO SPI-renſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

CENTENARIVS PRIMVS.

PARS TERTIA.

DISTINCTIO PRIMA.

DE RELIGIONIBVS, ET MO-naſticæ Philoſophiæ Culto-ribus Italiæ.

ANT EQVAM rem ipſam aggrederemur, Lector Orthodoxe, cum materia per ſe ſit controuerſa, placuit oſtendere ex profeſſo, clarè & efficaciter, idꝙ Patrum ſcriptis probatiſſimorum, monaſticæ originis non eſſe recens, ſed antiquiſſimum, laudabile & DEO gratum inſtitutum, per quod uia compendioſa & facili, Angelicam quis ducere poteſt conuerſationem. Tu uultu quod præſtare poſſumus accipe ſereno, quam poſſum obnixè ac ſuppliciter rogo, & ita mores & uitam tuam ad eius lectionem compone, ut talium tantorumꝙ uirorum dignus æmulator exiſtas, & hinc uelut æternæ fœlicitatis arrabonem percipias.

Illyricus omnes Sanctos Monachos in tribus Centenarijs omiſit, quaſi primũ in 4. Centenario Monachi uideri ceperint.

VITA CHRISTIANORVM IN ALE-xandria ſub diſciplina D. Marci agentium, per Philonem Iudæum in lib. de uita con-templatiua deſcripta.

POSTQVAM [b] diſſerui de Eſſæis, qui ſtudio & labore magno actiuam uitam coluerunt, ijſꝙ per omneis, aut plurimas certè parteis (ut tolerabilius quid dicam) inter ſe diſcrepantibus, continuo de illis etiam, qui contemplationem ſunt amplexi, ut ordinem ſubſequar tractatus, quæ ad eos ſpectant relaturus ſum, nihil de meo adijciens locupletandæ rei cauſa, (quod Poëtis & oratoribus inſignium factorum penuria laborantibus fieri conſuetum eſt) ſed citra omnem artis fucum ueritatem ipſam compræhendens: ad quam profecto pro dignitate exprimendam, quiuis alioqui diſertiſsimus animum (ſat ſcio) plane deſponderit. Luctandum nihilo minus & conflictandum eſt. Non enim decet quantamcunꝙ uirorum talium uirtutem, ſilentium illis imponere, qui nihil boni honeſtiꝙ taceri æquum exiſtimant.

b Quæ Lector Orthodoxe, Philo Alexandrinus Hebræorum cum diſertiſſimus tũ eruditiſsimus, de uera Monaſtices origine propoſuit, confirmant Euſeb. Eccle. Hiſto. lib. 2. cap. 17. Epiphan. in Nazaræis hæreſ. 29. Hieron. de ſcript. Eccle. in uit. Philonis. Nicepho. Sacr. Hiſto. lib. 2. cap. 15. & ſequen. Sozomen. Sacr. Hiſt. lib. 1. ca. 12. Quos ſi placet uidere poteris.

Philoſophorum [a] itaque horũ inſtitutum ex ipſa protinus elucet nomenclatura. Namq́; Therapeutæ & Theurapeutides propriè uocantur: ſiue ob id, quia medicandi artem profitentur uulgari longè potiorem: cum hæc corpora duntaxat curet, illa animas potiſsimum grauibus & medelam ægrè admittentibus morbis oppreſſas, ut quos uoluptates, concupiſcentiæ, triſtitiæ, cupiditates, uæcordiæ, iniuſtitiæ, & reliqua perturbationum uitiorumq́; propè immedicabilium cohors ſuſcitarunt. Siue quoniam à natura & ſacris legibus edocti colunt ſupremnm illud ens, quod bono melius, uno ſyncerius, & unitate ipſa antiquius exiſtit.

Hoc autem eximium cultorũ genus, quod ſtudio uidendi aſsiduè incumbit, ſupremi entis gaudet contemplatione, ac ſolem ſenſibilem tranſcendit, nec deſerit unquam hunc ordinem, per quem ad fœlicitatis culmen deducitur. Qui ergo ad cultum accedunt, nec patriæ conſuetudine, nec cuiuſquam ſuaſu aut exhortatione impulſi, ſed planè cœlico amore ſurſum rapti, in myſtarum Bacchi, & Corybantum morem diuino quodam feruore & impetu aguntur, donec conſpiciant, quod optant. Deinde præingenti uitæ immortalis ac beatæ deſiderio: perinde ut ſi reputent ſe mortali uita iam defunctos: facultates ſuas [b] liberis, uel aliȷs genere coniunctis ante ſucceſsionis tempus: uel, ſi illi deſint, ſocijs & amicis ultro derelinquunt.

Poſteaquam igitur ſeſe à facultatibus abſtraxerunt, nulla inceſcandi deinceps illecebra fugam capeſſunt, ne oculo quidem poſt tergum reflexo: iuſsis ualere fratribus, liberis, parentibus, uxoribus, cognatorum, amicorum & ſodalium turbis cum patria ipſa, in qua geniti eductiq́; ſunt, quia uiolentius nihil eſt ad trahendum & decipiendum, quam familiaris conſuetudo. Non autem in aliam ciuitatem migrant, ut faciunt infœlices & mali ſerui, qui ſe à poſsidentibus uendi poſtulãtes, mutatis ſubinde dominis libertatẽ ſibi nunquam parant. Siquidem nulla non ciuitas quantumuis bene inſtituta, tumultibus atq́; obturbationibus plena eſt, tam multis, ut ferre nequeat uir ſemel ſapientiæ addictus. Quamobrem ſuas illi habitationes [c] procul à mœnibus deligunt, in hortis, uel locis agreſtioribus ſolitudinem ſectantes, non quod ferinam quandam uitam, ut hominũ oſores, agere proponant, ſed quia diſsimilium morum [d] conuerſationes, inutiles ſibi & nociuas eſſe intelligunt.

In multis itaq́; uniuerſæ terræ [e] partibus ſparſum eſſe hoc religioſorũ genus, cum deceret tum Græciam, tum Barbaras quoq́; nationes perfecti boni conſortes eſſe. Abundat nihilominus in Ægypto [f] per loca ſingula quæ paſcua uocantur, præcipuè circa Alexandriam. Et ab optimis quibuſq́; ex omni plaga coloniæ deduci ſolent, uelut in patriam cultorũ ad ſeceſſum quendã cõmodiſsimum ſuper Mariæ paludem ſitum, in colle leni admodum atq́; opportuno, tũ propter habitationis ſecuritatem, quã uillæ & pagi circumiacentes præbent: tum propter aëris temperiem, quã ſaluberrimam efficiunt auræ partim tenues ex palude mare influente, partim craſsiores è pelago uicino aſsiduæ ſurgentes, ac ſimul permixtæ. Domus eo conuenientium ſtructura ſaneq́; leui ac uili conſtant, pro gemina tecti neceſsitate, ut nimij æſtus & frigoris iniuriam propulſent. Eædem præterea domus nec propinquæ ſunt inter ſe ut urbanæ ſolent, quoniam uicina contubernia ſtudioſis ſolitudinis

turbulenta

a Pie Lector, ne credas quæ de ſuis Iudæis aſſerit Philo, illis & nõ potius ueteribus noſtris Chriſtianis cõuenire, qui in principio naſcentis Eccleſiæ floruerunt, primitiis ſpiritus habentes. Vide pro noſtra hac ſententia D. Hiero. de uiris illuſtri. Nec nõ in pluribus Epiſtolis ubi de moribus Monachorum tractat. Vid. Euſeb. lib. 2. Eccle. Hiſto. cap. 16. & 17. Epiphan in fin. ſui Panarij. Auguſt. in lib. de moribus Eccleſiæ contra Manichæos. Deniq́; Caſsiod. in lib. de inſtitut. Monachorum.

b Vide ſi Euãgelica paupertas eſt ſpontanea & non neceſſaria rerum omnium abdicatio.

c Habitationes procul à mœnibus deligunt in locis agreſtioribus ſolitudinem ſectantes.

d Diſsimiliũ morũ cõuerſatio inutilis eſt et nociua.

e In uniuerſæ terræ partibus ſparſum hoc religioſorum genus, ergo & Romæ Monachi fuerunt.

f En hæretice qui Monachiſmũ Pauli Eremitæ temporibus cœpiſſe nugaris, uides quã antiquus ſit monaſticus ordo.

turbulenta & moleſta ſunt. Nec rurſus tam procul diſtant à ſe inuicem, quominus iucundiſsimo optatæ ſocietatis amplexu frui poſsint, & mutuam ſibi opem ferre, ſi quis hoſtium contingeret incurſus.

Habet unuſquiſq; ſacram ædiculam *a* Semneiam, & monaſterium appellatam, in qua honeſtæ ſanctæq; uitæ myſteria peragunt: non cibum, nō potum, aut aliud quicquam uſui corporis neceſſarium eo inferentes, ſed leges tantum & oracula Prophetarum, & hymnos, & alia huiuſcemodi, per quæ doctrina ſimul & pietas augeſcunt, ac perficiuntur. Memoriam DEI tam iugem tenent, ut per ſomnia quoq; ſola diuinarum uirtutum imaginatio ipſis obuerſetur. Vnde & plerique inter dormiendū uelut per inſomnium accepta enunciant præclara dogmata ſacræ Philoſophiæ. Bis orare *b* DEVM ſolent per dies ſingulos mane & ueſperi. Nam in ortu ſolis fauſtum diem petunt, ac uerè fauſtum, ut menteis ſcilicet impleantur lumine cœleſti: In occaſu uerò, ut ſublata ſenſuū & ſenſiliū rerū importunitate, anima intra concilij ſui curiam recepta, ueritatē rectè inueſtiget. Porrò ſpacium illud temporis, quod à mane ad ueſperam uſq; intercedit, totū in ſumitur in piam exercitationem. Verſantes enim ſacras literas, more à patribus accepto philoſophantur per allegorias, cum perſuaſum habeant literæ ipſius interpretationes ſigna eſſe rerum occultarū, quæ arcanis quibuſdam ſenſibus declarentur. Neq; deſunt apud eos antiquorum uirorum ſcripta, qui primi fuerunt huius inſtituti duces, & monumenta pleraq; formam allegoriarum hoc genus exuberantia reliquerunt, quibus tanquam exemplaribus utentes poſteri, eundem diſciplinæ modum obſeruant. Nec uacant ſolum contemplationi, ſed *c* cantica etiam, & hymnos in DEI laudem uarijs metrorum & modulationum generibus compoſitos, uenuſtis inſuper rythmis & notis quibuſdam neceſſarijs deſcribunt.

Per *d* ſex hebdomadæ dies in dictis monaſterijs ſeorſum morantur ſinguli & ſolitarij ſecum philoſophantur: nec limen exeunt, nec in tus abditi per ſpeculam ullam foras proſpiciunt. Septimo *e* autem die uelut in collegium congreſsi, ordine conſident pro ſua quiſq; ætate, cum habitu decenti, intra quem manus tenent, dexteram inter pectus & mentum poſitum, ſiniſtram reductam ad latus. Tunc prodiens unus in medium, qui cæteris ſenior & dogmatum peritior habetur, mira uultus & uocis grauitate, cum magna item mentis ſolertia diſſerit: haud ſane ut Rhetores uel Sophiſtæ noſtræ tempeſtatis, dicendi acrimoniam oſtentans: ſed exactam potius uim ſententiarum perſcrutans atq; enucleans, quæ non ſolum inſideat extremis auribus, uerum etiam per auditum in animum penetret, ac tenaciter inhærcat. Reliqui omnes cum ſilentio auſcultant, & dictorum cōmendationem oculorū uel capitis nutibus dicenti ſolum ſignificant. Porro commune illud monaſterium in quod ſeptimo quoq; die concurrunt, duplicem habet ambitum diſtinctum, unū ad uirorū, alterū ad mulierū proprios conſenſus. Nam docentem audiunt unà etiam mulieres, utpotè eiuſdē *f* zeli atq; inſtituti conſortes. At paries utrunq; dirimens habitaculum, tribus tantum uel quatuor cubitis ſupra pauimentū inſtar propugnaculi erectus eſt. Reliquum ſpaciū ad tectum uſq; apertum relinquitur, duabus forſitan de cauſis, tum ut conueniens naturæ muliebri pudor conſeruetur, tum ut ex congrua loci diſpoſitione, facile illæ percipiant uocem diſſerentis, nulla media obſtructione præpeditam.

Temperantiam

a Σεμνεῖον locum ſanctitatis & honeſtatis appellat, pro quo hodie Monachor. cellulæ uocantur, in quibus ſanctæ uitæ myſteria peraguntur.

b Ecce quam antiquus in Eccleſia orationis uſus, itaq; per dies ſingulos mane & ueſperi.

c Canticorū & hymnorū uſus etiam à principio naſcentis Eccleſiæ fuit.

d Nota continentiā primitiuorum Monachorum in 40.

e Hæc erat hebdomada, quam uocamus Sanctā, in fine Quadrageſimæ.

f Mulieres eiuſdem inſtitui ſunt conſortes.

Temperantiam primum in animo collocant, ueluti fundamentũ, quo iacto uirtutes cæteras ſuperextruunt. Cibum a uel potum ante Solis occubitũ offerre nefas eſt: quia luce dignam exiſtimant Philoſophicam ſuam exercitationem, caligine uero potius omnem corporis neceſsitatem: quapropter totum illi diem, huic modicam duntaxat noctis portionem aſsignant. Nonnulli, quibus altius infixum eſt diſcendi deſyderium, triduum tranſigunt, alimenti prorſus immemores. Alij etiam tanquam à ſapientia ſplendido & amplo doctrinæ conuiuio excepti, tantam ſentiunt oblectationem, tantiſq́ delitijs fruuntur, ut duplũ ſuſtineant ieiunij tempus, & uix ſemel intra ſex dierum ſpacium neceſſarium guſtent cibum, perinde ac ſi (quod de cicadis fertur) aere ueſci aſſueuerint, & cantus ipſe, (ut arbitror) facilem toleratu reddat inediam. Septimum uero diem, b omnino ſacrum, feſtum, ac celebrem cenſentes, ſigulari hoc honore dignantur, ut in eo poſt curã animæ impenſam, corpora tandem ut iumenta curent, remiſſa aliquantiſper laborum continuitate.

Nihil edunt magno ſumptu uel ſtudio paratum, ſed frugalem panem, & obſonij loco ſales; quos, ſi qui ſunt inuictu delicatiores, unà cum hyſſopo conditos ſumunt. Aquam bibunt hauſtam ex fluentis. Eo pacto eſuriem & ſitim, quas natura generi mortalium tanquam dominas impoſuit, nihil blandientes, ſed ea ſolum citra quæ uita non ſubſiſtit, porrigentes, demulcent. Idcirco tantummodo edunt ac bibunt, ut famem & ſitim ſedent: ſatietatem ut inſidioſum tam animi, quam corporis hoſtem auerſantur. Adhæc cum duplex ſit genus tegumenti, ueſtis ſcilicet & domus, diximus de domo quod ſit ornamenti expers, nulloq́ ferme negocio ad ſolum uſum neceſſarium conſtructa. Veſtis ſimiliter eſt c ſimplicisſima, quæ ab æſtu & frigore tutari illos poſsit. Nimirum hyeme pallium uilloſum & craſſum, æſtate tunica ſubtilis. Et (ut in ſumma dicã) ſtudent in omnibus à faſtu eſſe immunes, ut qui probe ſciant, ſuperbiæ uitium à falſo, humilitatis uirtutem à uero ſumere principium. Verum inſuper & falſum tanquam fontes eſſe. Ex hoc enim ſpecies malorum tot diuerſæ, ex illo bonorum humanorum diuinorumq́ omnium affluentiæ deriuantur.

Hi primum. d Per ſeptem hebdomadas congregari ſolent, non ſimplicem ſolum & unicam uenerantes, ſed et ſeptuplicem hebdomadam, ut uirtute plenam, caſtam enim ac perpetuò uirginem eſſe intelligunt. Eſt autem hæc præuia quædam diſpoſitio ad maximum illud feſtum Pentecoſtes, cui numerus ceſsit quinquagenarius omnium ſanctiſsimus & naturæ intimus, ex trianguli uirtute rectum angulum habentis, quod eſt principium generationis, & conſtitutio uniuerſorum. Vbi conuenerunt albis ueſtibus induti, cum alacritate mira & ſuprema quadã grauitate, ſigno per unum ex ijs, quos ab officij uiciſsitudine Ephemereutas uocant, dato, priuſquam diſcumbant: ordinatè, decoreq́ ſtantes, facies ſuas pariter & extenſas manus ad cœlum ſuſtollunt, illas quidem ut edoctas quærunt ſpectatu digna intueri: has uero ut puras à quæſtu, nullaq́ parandæ rei anſa contaminatas. Dehinc præcantur DEVM ut propitius adſit, & iuxta mentem fœlix contingat is conuictus.

a Vide Sanctorum antiquorum patrum temperantiam. Nec non uictus tenuitatem, ac delitioſorum ciborum abſtinentiam.

b Vides obſeruationem diei Dominicæ ſtatim in initio Eccleſiæ.

c Vide etiã ueſtitus ſimplicitatem.

d Quod hic dicit Philo. de præparatione ſeptẽ hebdomadarũ, et & de feſto Pentecoſtes, intellige de ſancta Quadrageſima & de feſto Paſchatis. Nam in primitiua Eccleſia in Quadrageſima ieiunabãt, & præparabant ſe, non aũt in Quinquaginta diebus poſt reſurrectionem Domini, ut habes ex Beda & alijs patribus, ac communi Eccleſiæ uſu. Et Quadrageſima ipſa conſtabat ex quinquaginta diebus, hoc eſt ſeptem hebdomatibus, ut pote quæ à Dominica in Quinquageſima, nõ autem à feria Quarta cinerũ initium habebat, ut patet ex decreto Teleſphori, ut etiam hodie ſeruant oẽs religioſi. Feſtũ etiã Dominicæ Reſurrectionis feſtũ eſt maximũ, & principiũ dicitur generationis ſpiritualis, nã deſtructa morte uita eo die nobis reperata eſt, et ideo etiã in eo ſignũ lætitiæ albis ueſtib. induebãtur. Quod ideo hic appellatur, Pentecoſte, quia ſi incipias numerare Quadrageſimã à Dñica Quinquageſimæ, ſeptẽ erũt hebdomadæ et dies Paſchæ Quinquagenarius. Ex quo habes ſanctã Quadrageſimã etiã in primitiua Eccleſia fuiſſe in maxima obſeruantia.

Poſt

Poſt precationem diſcumbunt Presbyteri, id eſt ſeniores iuxta ordinem iudiciorum. Non enim ſeniores cenſent grandeis natu ac ſenio confectos, ut nec rurſum iuuenes admodum ſeu pueros, ſi tardius illi hoc inſtitutum amplexi ſunt: ſed eos demum, qui iam inde à pueritia initiati, pubertatis annos, atque adeo ipſum ætatis florem contemplationi, quæ Philoſophiæ pars eſt pulcherrima & diuiniſsima, impenderunt. Epulantur [a] unà etiã [b] mulieres, uirgines grandæuæ ut plurimum, quæ caſtitatem [c] ipſam non neceſsitate ulla (ut plerique apud Græciam ſacerdotes) potius quam [d] ſponte ac liberato animo conſeruant, ſed præ zelo ſtudioque ſapientiæ, cui ut ſuauius conuiuant, omnium corporalium uoluptatum curam prorſus abiecerunt, neque mortalium fœtuum, ſed immortalium ſobolem affectant, hanc autem parere ſolum poteſt anima DEI amica, ſeminante in ea ſummo patre radios intellectuales, quibus deinceps ſapientiæ dogmata ſpeculari poſsit. Diſtributus eſt autem menſæ accubitus, uiris ad dexteram, ad ſiniſtram mulieribus ſeorſum.

Hic ſanè exiſtimet quis lectulos etſi non ſumptuoſos, molliuſculos tamen ingenuis, ciuilibus & philoſophiæ ſtudioſis uiris concinnatos eſſe. Atque thori ſunt duntaxat materiæ cuiuſdam leuiſsimæ, puto herbacei & ex papyro, quam regio producit, humi ſtrata, paulum aſſurgunt fulcra quædam ſanè quam uilia ad cubitos uſque ut inniti queant. Nam de Laconica illa nimia auſteritate nonnihil remittunt: omni uerò tempore & loco libertatem [e] ſeruare ſtudent, eoque ferunt facilius, quoniam uoluptatis philtra totis uiribus auerſantur. Mancipijs ad miniſteria non utuntur, cum ſeruorum poſſeſsionem ducant à natura eſſe alienam: hæc enim omnes ex æquo proſ creat liberos: ſed iniuſtitia & cupiditas hominum quorundam inæqualitatem omnis mali radicem affectantium, robur ab infirmioribus ui ſublatum, potentioribus adiecerunt. In hoc itaque ſacro conuiuio ſeruus eſt, ut dixi, nullus: ſed liberi uicem miniſtrandi ſupplent quoties opus eſt: nec id faciunt inuiti, uel mandatum ullum expectantes, uerum ultrò cum multo ſtudio & alacritate iuſſa præuertentes.

Siquidem non liberi quicunque ad munia iſthæc ordinantur, at iuuenes duntaxat, ijque optimi ex ſodalitio accuratiſsimè diſcuſsi ac electi, quales eſſe par eſt, ciuiles, ingenuoſque ad ſupremum uirtutis aſcendentes. Quamobrem uelut filij genuini, libenter & cupide patribus matribuſque parent. Immo quos habent cum plurimis communes, eos ſibi magis proprios parentes cenſent, quam ipſoſmet à natura datos: nec id ſanè iniuria, nam homini bene ſapienti nihil æquè propriũ innatumque eſſe debet, ut ratio boni & honeſti, quæ καλοκαγαθία dicta eſt. Ad miniſtrandum porrò accedunt illi ſolutis cingulis ac ueſtibus demiſsis, ne quam in conuiuio præ ſe ferant ſeruilis habitus imaginem. Non me latet, aliquos hoc audito riſuros eſſe, at ridebuntur ſoli, qui flenda committunt.

Nihil propinatur uini [f] per illos dies, ſed aqua lympidiſsima, & frigida quidem pluribus, calefacta uero ijs tantum, qui iam ſenio exhauſti ſunt, non item ſi qui eam ſuauioris potus gratia deſiderent. Menſa apponitur munda penitus ab ijs quæ ſanguinem habent.

a Monialium origo.

b Vide uirginitatem iam inde à principio naſcentis eccleſiæ ſeruari ſolitã, non ergo eſt res impoſsibilis, ut quidã modo impiè dogmatizant.

c Virginitatem nõ neceſsitate, ſed ſpontanea animi deſtinatione colunt.

d Ne mireris lector mulieres caſtitatẽ profeſſas ſimul cũ uiris eiuſdem profeſsionis tũc menſæ accubuiſſe. Siquidẽ nõdum tẽpora erant à perſecutionibus tranquilla ut ſolæ mulieres ſeorſum ſua concilia gubernare poſſent.

e O hæretice: qui tantopere Chriſtianã libertatẽ extollis, nota hic modũ quo eã aſſequi poſsis, nẽpe ſi uoluptatis illecebras totis uiribus auerſaberis. Non ergo eſt Chriſtiana libertas carnis, ſed ſpiritus.

f Ecce quomodo in principio Eccleſiæ potus ſanctorum erat aqua uel frigida uel calida, Vinum autem nequaquam, præſertim tempore ieiuniorum quadrageſimæ.

a *Ecce iſtorum uictus tenuitas & parcitas.*

In ea panis [a] eſt pro nutrimento, pro cæteris autem cibarijs ſales quibus aliquid condimenti loco admiſcere delicatorum eſt. Ipſis enim tanquam ſacerdotibus recta dictat ratio ſobrias uictimas immolare & comedere. Vinum uerò, pharmacum eſt quoddam uæcordiam infundens. Et cibi opipari gulam irritant pecudum propriam & inſatiabilem. Ea ſunt conuiuij auſpicia. Iam ubi accubuerunt conuiuæ ordinati, ſicut prædiximus, adſiſtentibus miniſtris paratis multo cum decoro. Sed tunc (inquiet aliquis) decoro locus non eſt. Immò adhuc magis quam prius, adeo ut uel mutire, uel uehementius reſpirare audeat nemo. Quæritur diſcutiendum aliquid è ſacris literis, uel propoſitum ab altero unus diſſoluit, citra curam oſtentationis, cum nullam doctrinæ aut eloquentiæ ambiat gloriam, quin potius alium exoptet ſolertius rem perpendere. At cæteri nihil inuident, etiam ſi non ſint minus perſpicaces. Simile eſt omnibus diſcendi deſyderium. Et unus quidem is, qui docet, ſermone utitur quieto & lento, repetitionibus ſubinde ſactis immorans, atque animis auditorum ſententias inſculpens. Alioqui enim interpretationem lingua uolubili, & ſpiritu irremiſſo factam, cum nequeat æquatis paſsibus inſequi audientium intellectus, retro ſubſiſtit, & excidit ab eorum quæ dicuntur appræhenſione.

Reliqui uerò erecto in illum uultu intuentes, & in eodem corporis ſitu, permanentes, auſcultant. Si capiant dicta, id nutibus & aſpectibus ſignificant, ut docentem laudent, cum hilaritate uultum circumducunt: Si quid addubitent, hoc motu capitis ſegniore indicant, ſummique digiti dextræ manus protenſione. Nec attendunt minus iuuenes qui adſtant, quam ij qui diſcumbunt.

Fiunt autem literarum ſacrarum expoſitiones per ſubintellectos ſenſus in allegorijs. Nam hiſce uiris uidetur uniuerſa legis conſtititutio ſimilis eſſe animali, cuius corpus quidem ſit ipſe uerborum contextus, anima uerò ſenſus quidam inuiſibilis in uerbis illis reconditus. In quo ſanè iam cœpit anima rationalis, quę ſibi ſunt peculiaria inſigni modo contemplari, dum per uoces tanquam per ſpeculum expreſſa, redditaque inſpicit genera quædam intelligibilium rerum longè pulcherrima. Vnde explicatis detectiſque ſignis, nuda myſteria in lucem profert, ab ijs demum percipienda, qui uel leuiter moniti occulta per uota ſpeculari ualent. Vbi tandem ſatis diſſeruiſſe uidetur Præſes, ac fœliciter ceſsiſſe tam docenti ſermo conatibus, certis ad ſcopum perductus (quam audientibus dictorum intelligentia) plauſus fit à cunctis ad ueſperam uſque ſimul gaudentibus. Tum exurgens unus hymnum [b] canit in DEI laudem uel recens à ſe factum, uel pridem ab aliquo priſcorum uatum, qui carmina & cantica permulta ipſis reliquerunt trimetri generis. Proſodias item & hymnos uarios, qui ad libamina, ad aram, in ſtationibus quoque & choris concinuntur, diuerſis quæ in choro fiunt conuerſionum uicibus, eleganter commenſurati. Poſt illum alij quoque ſigillatim canunt ordinem ſuum ac decorum optime ſeruantes, cæteris interim magna cum quiete attendentibus, præterquam ubi ad extremas certas hymni parteis accinenda ſunt, quæ uocant Ephymnia. Tunc enim omnes ſimul uiri & mulieres pariter exclamant.

b *Quomodo audeat quis cantus eccleſiaſticos et hymnorum in choro decantationē reprehendere cum eorū uſus ſit tā uetuſtus?*

c *Habes quod orare ante & poſt cibum Chriſtianismos eſt.*

Decantatis hymnis [c] per ſingulos, menſam quam diximus iuuenes important, in qua ſanctiſsimus omnino ille cibus apponitur, panis ſcilicet fermentatus;

mentatus: & pro edulijs ſales cum hyſſopo mixti. Idcp ob reuerentiam ſacræ illius menſæ, quæ in priore templi parte ſita eſt. In ea enim azymi ſunt panes, id eſt abſcp fermento, & ſales prorſus inconditi: eo quod deceat ſimpliciſsima & ſinceriſsima quæcp in optimam ſacerdotum partem uelut miniſterij præmium deputari. Homines uero cæteros, licet ſimilem obſeruent ritum, ab azymis tamen abſtinere, ut hoc habeant prærogatiuæ, qui alijs dignitate præſtant. Peracta cœna ſubdunt [a] uigilias in quibus pernoctare ſolent, & cantare hoc modo: confertim ſurgunt omnes ex utracp parte conuiuium quoddam ſecundum celebraturi, & primum fiunt chori duo, uirorum unus, alter mulierum. In utrocp ſuus eligitur dux ac præſultor, qui ſimul & perſonæ dignitate, & arte muſicæ antecellit. Deinde hymnos canunt in DEVM, metris & modulationibus multis compoſitos, nunc iunctis uocibus reſonantes unà, nunc ſibi inuicem congruè reſpondentes, cum certis manuum geſticulationibus, tripudijſcp & diuini afflatus ſignis manifeſtis. Tripudiant autem iuxta genera carminum diuerſa progreſsim, ſtatim, conuerſim, reuerſimcp, prout conuenit ſe gerentes.

[a] Ecce uigilias & pernoctationes, ecce cantum & modũ in commune orandi.

Poſtquam ita duo chori diuiſim ſuum tale agitauere conuiuium, diuini amoris ſtudio ut mero æſtuantes, unicum ex ambobus chorum efficiunt, ad æmulationem illius qui olim ſecus mare rubrum factus eſt, ob patratum illic miraculum: quando, uidelicet, aliorum quidem ſalutis, aliorum uero exitij cauſa extitit, ipſum pelagus interruptum, & uiolenta ſectione ita ſubductum, ut aquis utrincp tanquam muris conſolidatis, ſpacium intermedium in uiam nobilem & ſiccam deciſum ac dilatatum ſit, per quem iter pedeſtre fecit populus uſcp ad oppoſitum latus continentis, inde ad æditiora loca tranſmittendus. Hoſtes uero, qui ſubſequebantur, undis hinc inde in alueum, qui modo ſoli ſpecimen & uſum præbuerat, denuò refuſis occurrentes demerſi abſumpticp ſunt. Hoc DEI opere conſpecto & beneficio accepto, quod ſermonem, cogitationem, ſpemcp omnem uinceret, permoti ſimul uiri ac fœminæ, numinecp afflati, & in unum collecti, chorum pro gratiarum actione, Hymnos ſeruatori DEO concinnebant, Moyſe quidem Propheta inter uiros, MARIA uero propheticę inter mulieres chori præſidem agente. Illius itacp chori ſimulachrum refert hic cultorum & cultricum chorus, in quo æditis redditiſcp uiciſsim uocibus & cantibus, ſonus uirorum grauior, & acutior mulierum contemperati, ſuauem efficiunt ac uerè muſicam ſymphoniam, Pulcherrimæ ibi ſententiæ, uenuſtiſsimæ dictiones, & perſonæ chori honeſtiſsimæ. Horum porrò omnium unicus eſt finis, pius DEI cultus. Eo igitur tam honeſto temulentiæ genere ad diluculum uſque inebriati, nō capite grauato, non oculis ſomno conniuentibus, ſed magis etiam quàm in conuiuij acceſſu experrecti illi, uultucp & toto corpore recti, ad auroram ſtantes, ſimulatcp orientem [b] ſolem conſpexerint, extenſis in cœlum manibus, fœlicem ſibi diem precantur, lucemcp ueritatis, & uiſum mentis perſpicacem. Finitis precationibus, redeunt in ſua ſinguli domicilia, quæ ſemneia dicuntur, ad parandum atque excolendum gnauiter, ut ſolent, philoſophiam.

[b] Hoc eſt, quod Eccleſia canit, Iam lucis orto ſydere &c.

Et hactenus quidem nobis dictum ſit de præclaris illis DEI cultoribus: qui naturæ rerumcp omnium ſpeculationem amplexati, ſolius animæ uitam

uiuunt: cœli ac mundi uniuerſi ciues: & omnium Patri opificiq́ DEO peculiariter grati, coniuncti ſunt ob uirtutem, quæ amicitiam ipſis conciliauit, quod munus eſt homini maximè proprium: addita bene honeſteq́ uiuendi ratione quæ καλοκαγαθία dicitur, fortunis omnibus longè potiore, quippe quæ ad ſummum ducit faſtigium fœlicitatis.

APOSTOLICA TRADITIO DE Monaſtices origine, ex Areopagitę Dionyſij, Athenarum Præſulis, Apoſtolorum diſcipuli, adeoque ipſius Galliæ Apoſtoli libr. de Eccleſi. Hierarch. cap. VI.

PORRO initiandorum omnium excellentior ac ſublimior ordo Monachorum eſt ſancta diſtinctio, expiatione [a] omni, tota uirtute, atque exactiſsima ſuarum operationum caſtitate mundata, omnis item (quantum ſibi licet inſpicere) ſacræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix & particeps facta, pontificumq́ conſummantibus uirtutibus tradita: quorum diuinis fulgoribus & pontificalibus traditionibus conſpecta, pro ordine ſuo ſanctorũ myſteriorum ſacrificia [b] ediſcens, à ſacra eorum ſcientia ad exactiſsimam perfectionem dinina ratione ſubuehitur. Vnde ſancti Præceptores noſtri, diuinis eos appellationibus ſunt perſecuti, partim therapeutas, id eſt, cultores, à ſyncero DEI famulatu atq́ cultu, partim [c] monachos ab indiuidua & ſingulari uita appellantes, ut quæ illos ſanctis diuiſibilium complicationibus in diuinam & DEO gratam monadem perfectionemq́ promoueat. Idcirco & perficientem eis indulſit [d] gratiam diuina ſanctio, eoſq́ conſecrante quadam inuocatione dignata eſt, non pontificiali quidem, illa enim ſolis in ſacerdotalibus ordinibus fit, ſed ſacerdotali planè, & quæ ab honeſtiſsimis ſacerdotibus ſecundo in loco à pontificiali functione peragitur.

[e] Stat quidem Sacerdos ante ſacrum altare, monaſticam imprecationem pſallens: ille autem poſt ſacerdotem aſtat, non utrunque ponens genu, non alterum, non habens impoſita ſacra eloquia capiti, uerum ſolum ſacerdoti aſtans, myſticam ſuper illum inuocationem proſequenti. Ea uerò finita, ſacerdos ad eum accedens, interrogat primum, an renunciet diuiſibilibus omnibus, non ſolum uitijs, uerum imaginibus quoquè ac phantaſijs. Deinde exponit illi perfectiſsimam uitam, illud apertè conteſtans, oportere illum medio longe antecellere. Vbi uero ille iſta omnia intente promiſerit, conſignans eum crucis ſigno ſacerdos, [f] tondet, trinas diuinæ beatitudinis perſonas inclamans: exutumq́ ueſte omni aliam induit, & cum ſanctis alijs (qui aſtant) uiris ipſum ſalutans, diuinorum myſteriorum participem efficit. Quod neutrum genu ponat, neque habeat Euangelia impoſita capiti aſsiſtatque ſacerdoti imprecationem pſallenti, monaſticum ſignificat ordinem non alios ex officio adducere, ſed in ſeipſo ſubſiſtere in unico ſacroque ſtatu ſacerdotales ſequentem ordines ab ipſis, ut aſſeclam, ad diuinam ſacrarum rerum pro ordine ſuo ſcientiam obtemperanter adduci.

a Diſce hinc Illyrice an monaſtice ſit cultus Dei expiatorius.

b Nota ſanctorũ myſteriorũ ſacrificia ediſcere ſolitos antiquos.

c Heus tu, qui monachi nomẽ opprobras cuiquã, aut eo rubeſcis: apoſtolicũ, ſacrum & glorioſum eſſe cognomen hinc addiſce.

d Gratiam confert ſua alumnis monaſtice. Sed non eo modo quo ſeptẽ ſacramẽta.

e Sacramentum initiationis monachorum.

f En heretice in initiando monachos carẽmonias Apoſtolicas eſſe quæ hodie ſunt. Quãdo ergo derides raſuram, ueſtẽ &c. derides inſtituta Apoſtolica.

Porro

Porro diuiſibilium non modo uitarum, uerũ imaginationũ ᵃ quoq; abrenunciatio, ſupremam illam monachorũ Philoſophiã indicat, dum in ſcientia operatur unientium mandatorum. Eſt enim (ut dixi) non medij ordinis, ſed omnibus celſioris. Idcirco plurima quæ impune à medio geruntur ordine, monachis omnino interdicuntur: quippe qui unum ipſum ambire debent, & ad ſacram monadem cogi, itaq; ad Sacerdotalem (quantum fas eſt) formari uitam, & ut in plurimis illi congruentem. Nullus quippe ex ordinibus reliquis illi propinquat magis. At uero crucis ſanctæ ſignaculum, ut iam dictum eſt, mortificationem omnium ſimul carnalium cupiditatum ſignat.

Porro tonſura crinium uitam mundiſsimã ᵃ indicat, & nulla figura fucatam, & quæ nullis fictis coloribus inductis animi deformitatem exornet: ſed ipſa in ſeipſa non humanis uenuſtatibus, ſed ſingularibus & unicis, ad DEI exactiſsimam ſimilitudinem properet. Prioris ᵇ autem ueſtis poſitio, alteriusq; aſſumptio, migrationem illam à media uita (ſacra licet) ad perfectiorem, ſignificat: ſicut in diuina regeneratione, promotionem indicabat à purgata uita ad contemplantem illuminantemq; habitum illa ueſtis candentis immutatio. Quod ſi modo quoq; tam Sacerdos quam circumſtantes uiri ſancti, ſic dicatum conſalutant, ſacram intellige DEI præferentium ſpeciem ſocietatem, qua ſibi inuicem cum lætitia & charitate gratulantur. In fine uerò omnium, ſacerdos ad diuinam ita inſtructum communionem uocat, apertè ſatis inſinuans, eum qui ſic conſummatus eſt, ſi ad monachicum & ſingulare inſtitutum ueraciter uenit, non modo contemplatorem fore ſacrarum ſecundum ſeipſum rerum, ſiue medij ordinis in morem, ad communionem ſanctiſsimorum ſignorum acceſſurum, uerum eorum quæ percipit Sacramentorum anguſtiore ſcientia fretum, aliò quam ſanctus populus modo, ad communionis diuinæ participationem admittendum. Quo circa ſacris quoq; ordinibus, quando proprijs officijs & expiationibus conſummantur, in fine ſanctiſsimarum conſecrationum ſuarum ſanctæ Euchariſtiæ communio traditur à ſacrante Pontifice: non ſolum quoniã diuinorum participatio ᶜ myſteriorum cuiusq; ſacroſanctæ participationis eſt ſumma, uerum quia ipſius quoq; communicabilis & ſanctiſsimi muneris, ſacri omnes ordines (pro ſua quiq; ratione) participes ſunt, ut per id ſubuehãtur & perficiãtur in DEVM.

a Quid tonſura crinium.

b Quid habitus mutatio.

c Diuinorum participatio myſteriorũ, cuiuſq; ſacroſanctæ participationis eſt ſumma, & per hanc ſacri ordines, omnes ſubuehuntur et perficiuntur in DEVM.

FLAV. IOSEPHVS ANTIQ. IVdaic. Lib. XVIII. de Apoſtolico & uero Monaſtices ortu.

ESSENI autem ſolent DEO omnium mandare prouidentiam, prædicant animorum immortalitatẽ, iuſtitiæ aditum rati pugnis obſeptum, cumq; in templum mittant donaria, ᵈ ſacrificia tamen haud quaquam faciunt freti uarietate purificationum ſuarũ: quam etiam ob rem cum ijs publico, ac communi ſit interdictum templo, priuatim inter ſe rei diuinæ operantur. Alioquin ſanè ſunt optimis uiri moribus, & penitus agriculturæ dediti. Æquum uero eſt admirari hoc in ijs, ſupra omnes, qui iuſtitiam uirtutis ſibi uendicauerunt: nullis neque Græcis, neq; barbaris exiſtere inferiores: imò neq; ad momentũ ullo tempore congredi cũ ijs de antiquo more ſuſtinuiſſe,

d Nouæ legis ſacrificia, & miſſæ præter quas ad tempus etiam Paulus ex Iacobi conſilio Iudaica quædam obſeruabat, templum adibat, & collectas Hieroſolymam mittebat, & uota reddebat. Actor. 21.

a 3 neq;

neq; ob id tamen, quo minus in ſtudijs proficerent, fuiſſe impeditos. Bona a autem habent communia, neq; quicquam amplius fructus ex proprijs redit ad diuitem, quam ad eum, qui nihil poſsideat. Et hæc fiunt à uiris ſupra b quatuor mille numero, qui neque uxores ducunt, neque ſeruorũ quicquam morantur acquiſitionem, eo quod hoc trahere ſecum opinentur iniuſtitiam, illud uero diſcordiarum occaſionẽ. Ipſi uero ſecũ uiuentes ad mutuum obſequium, ac miniſterium ſunt promptiſsimi. Villicos autem prouentuũ conſtituunt, & omnium eorũ, quæ fert terra, uiros bonos, Sacerdotes ad cibi & alimentorum paratum. Viuunt uerò haud diuerſè, ſed ſimilime ijs, qui in Dacis Pliſti nuncupantur. Sic Ioſephus priore loco: at poſteriore libr. de B.I.2. cap. 12. prolixiſsimè de ijſdem diſſerit his uerbis:

Tertium b Philoſophiæ genus apud Iudæos, quod honeſtatẽ quoq; uidetẽ exercere, Eſſeni dicuntur, Iudæi quidẽ genere, ſuorũ aũt etiã cæteris amantiores. Hi uoluptatẽ perinde, atq; uitioſitatẽ abominantur, continentiã c uerò, & perturbationũ compreſsionẽ uirtutẽ arbitrantur. Et nuptiarũ quidem contemptores ſunt, d alienos aũt liberos ſuſcipiunt, dũ adhuc teneri flexileſq; ad diſciplinarum exiſtunt perceptionẽ, eoſq; cognatos cenſent, & ſuis moribus imbutos informant. Neq; tamen nuptias, & earum fructum poſteritatẽ ſublatum uolunt: uitant aũt mulierum laſciuiã, quarum nullã cuiquã ſoli fidem ſeruare ſibi perſuadent. Deſpiciunt aũt opes, & admirabilis eſt apud eos communicatio, neq; inuenire eſt quenquã eorũ qui facultatibus reliquos ſuperet. Nam pro lege eſt ijs, qui ad hoc ſe conferunt inſtitutum, ſubſtantiam ſuã collegio cõmunicare, ut in nemine uel humilitas paupertatis appareat, uel opulentiæ præcellentia animaduertatur, ſed cuiuſq; diuitiæ cum cæterorũ omniũ promiſcuæ ſint una quaſi fratrũ quorundã ſubſtantia. Maculam aũt arbitrantur oleum, & ſi quis inuitus fuerit unctus corpus abſtergit.

Si quidem ſquallorem honeſtũ ducunt, ut & iugem candidarum ueſtium uſum. Conſtituti uerò cõmunium bonorum e procuratores ſinguli ad uſus neceſſarios, ab omnibus alijs minimè differentes. Neq; uerò illis unica eſt ciuitas, ſed in ſingulas multi habitandi gratia commigrant, & aliunde uenientibus ijs, qui initiati fuerint hoc inſtituto, patent haud ſecus omnia, quã propria: & ad eos, quos ante non uiderint, non aliter, quam ad familiariſsimos diuertunt. Quamobrem peregrinantur, cæterorum quidem nihil ſecum conferentes, propter latrones uero cum armis. Curator aũt hoſpitum in quaq; ciuitate Collegij eſt ſingularis deſignatus, qui ſuppeditet ueſtitum, & cætera quæ fuerint opus. Conſtitutio uerò, & habitus corporis non diſsimilis puerorũ eſt, qui cũ pædagogorum ſuorum timore erudiuntur. Neq; aũt ueſtes, neq; ſoleas reddunt, priuſquã uel omnino lacerentur, uel tempore conſumantur. Inter ſe neq; emunt quicquã, neq; uendunt, ſed quiſq; egẽti imperit, & ab illo, ſi quo ſit opus ſibi recipit, & abſq; huiuſmodi commutatione haud quaquam ijs prohibita eſt cõmunicatio, quodcunq; tandem donatum uoluerint. Cæterum erga numen peculiari ſunt religione. Ante exortum ſolem namq; nihil prorſus eorum, quæ à ſacris f ſint aliena, loquuntur.

Verum patrijs quibuſdã precibus ipſum proſequuntur, g perinde, ac ſi, ut orire tur, ſupplicarẽt. Poſt hæc ad eas, quas ſinguli didicerint h artes, à curatoribus dimittuntur, & in horam quintã operati cõtentè, deindè in unum reuertuntur locũ; accinctiq; lineis integumentis ita frigidis aquis corpus abluunt,

a Et hoc arguit de monachis, & ſacratis tantum hæc dici. Vide apud Nicephor. lib. 9. cap. 14. de Pachomij inſtitutis horũ ſimilimis.

b Memento trium milium baptizatorũ 2. Actor. quib. omnia dicuntur fuiſſe communia, interim nõ ſimpliciter omnium Chriſtianorũ fuiſſe teſtatur.

c Alterũ Ioſephi de ijſdẽ Therapeutis ſeu Eſſeis teſtimonium.

d Vide uotũ Caſtitatis & Cælibatum. Math. 19. Qui poteſt capere capiat & 1. Corinth. 7.

e En qui garris prima monaſteria tantũ fuiſſe Chriſtianas ſcholas

f Quos hic cõmuniũ bonor. procuratores uocat ſunt cœnobiorum Arhimãdritæ

g Ante lucani Chriſtianorũ hymni apud Tertul. Apol. & Philon.

h Intellige extra tempus ieiuniorum.

& ab

& ab hac luſtratione in peculiare quoddam domicilium ſe recipiunt, quo pe-
netrare nefas eſt cunctis, qui diuerſis ſint præditi opinionibus: & ipſi quidem
puri iam ueluti in ſanctum quoddam templum intrant ſuum [a] cænaculum,
dumq́ꝫ taciti conſederunt, piſtor quidem ex ordine apponit panes, cocus ue-
rò uas unum ſingulis generis unius obſonij. Cæterum priuſquam tamen ci-
bum capiant, Sacerdos precatur, & nefas cenſetur, ut quiſquam quicquam de-
guſtet ante precem peractam: ſed & ſumpto rurſum prandio precatur, itaq́ꝫ
& dum incipiunt, & dum deſinunt uenerantur DEVM tanquam alimen-
torum præbitorem. Tum ueluti ſacris poſitis ueſtib. rurſum ad opera ſua
uſq́ꝫ in ſolem occidentem regrediuntur. Reuerſi autem cænant unà ſecum
accumbentibus hoſpitibus, ſi qui fortè acceſſerint. Porrò neq́ꝫ clamor un-
quam domum illam, neq́ꝫ turba ulla inhoneſtat. Copiam autem loquendi ex
ordine ſibi faciunt inuicem: & ijs, qui foris uerſantur, eorum, qui intus ſunt
ſilentium, quaſi quoddam horrendum [b] myſterium apparet. Cauſa uero eſt
perpetua ſobrietas, quodq́ꝫ inter eos & cibi, & potus adminiſtratio intra ſa-
tietatis conſiſtat modum. Porrò nihil eſt in rebus alijs, quod haud iuſſi à cu-
ratoribus agant: tantum duo hæc apud ipſos cuiuſq́ꝫ libero permiſſa ſunt ar-
bitrio, ſubuentio, & commiſeratio. Iuuare namq́ꝫ dignos, ſicubi indigeant
ope: etiam ſuo arbitratu poſſunt, & inedia laborãtibus præbere, quod edant.
At uero in cognatos quicquam conferre, illicitum cenſent abſq́ꝫ curatorum
permiſſu. Iræ iuſti diſpenſatores, cupiditatum moderatores, fidei uindices,
pacis adminiſtri: & quicquid ab ijs dictum fuerit firmius eſt iureiurando. Iu-
rare autem refugiũt, periurio id rati eſſe deterius. Iam enim omnino cõdem-
natum adſcuerãt, cui citra diuini nominis conteſtationẽ non habeatur fides.
Vehementiſsimè autem incumbunt ueterum ſcriptis, maximè tamen ijs ma-
lunt uacare, quæ tam corpori, quam animæ ſalutarem continere doctrinam
putent. Vndè ad curandum ægritudines, & ſalubres radices, & lapidum pro-
prietates perſcrutantur. Candidatis autem diſciplinæ ſuæ non ſtatim patet
aditus, ſed totum [c] annum foris remanenti uictum præbent eundem, dola-
bellam quoq́ꝫ, & cinctorium prædictũ, & candidam ueſtem. Cæterum poſt
quam eo tempore ſpecimen ediderit ſuæ continentiæ, accedit quidem pro-
prius ad conuictum, & puriorum luſtrationi [d] deſtinatarum aquarum com-
munione potitur, in conuictum tamen ipſum nec dum recipitur. Poſt enim
perſeuerantiæ fidem factam, tum alijs quoq́ꝫ adhuc duobus annis mores [e] ex-
plorãtur, ac ſi idoneus uiſus fuerit ſic demum ad cõgreſſus admittitur. Priuſ-
quam uerò communem attingat cibum, horribilia ijs præſtat [f] Sacramenta,
primum ſe numen piè culturum, deinde cuiq́ꝫ etiam mortalium iuſtè, quod
ſuum fuerit, redditurũ, adeoq́ꝫ neminem uoluntate ſua læſurum, ut ne ex im-
perio quidem: iniquos porrò ſemper oſurum, & pro iuſtis uſq́ꝫ facturum, fi-
dem cunctis ſeruaturum, & præcipue ijs, qui ſint cũ poteſtate quapiam. Nam
abſq́ꝫ DEI nutu nulli obtingere credunt imperium. Et ſi eum præeſſe con-
tingat, nequaquam unquam abuſurum poteſtate: & neq́ꝫ ueſtitu, neq́ꝫ ullo
ſingulari cultu ſubditis uelle præfulgere, ueritatem ubiq́ꝫ amaturum, &
mentientes reprehenſurum, manus prohibiturum à furto, & animam
ab iniuſto lucro ſeruaturum puram, & neq́ꝫ quid celaturum conſortes
diſciplinæ, neq́ꝫ alijs quicquam [g] eorum indicaturum, etiamſi mortis
fera admouerentur ipſi tormenta. Adhæc iurant ſe nulli dogmata
aliter

[a] Tertullia. Apollo. de dominicis conuiuijs.

[b] Num tibi hoc epithetũ non ingerit ſuſpitionem rei diuinæ?

[c] Annus probationis, & quia de utriuſq́ꝫ generis dogmatis agit, Catecheſis.

[d] Baptiſmus & tempus, atq́ꝫ obſeruatio neophytorum.

[e] Neophytorum cura. Vide Cle. Alexan. Hiſtor. de Epheſio latrone.

[f] Forte etiam exorciſmus & abrenunciatio, cum profeßione baptiſmali intelligitur.

[g] Memento diſciplinæ ueteris in Sacramentis celandis.

aliter tradituros, quam quiſq; acceperit, uitaturos latrocinia, & cuſtodituros ſimiliter, & diſciplinæ ſuæ libros, & Angelorum nomina. Ergo hiſce quidem Sacramentis, quos in diſciplinam ſuam recipiunt, ab omni aſſerunt ſuſpicione puros ſecuritati ſuæ: depræhenſos autem in grauibus criminibus exterminant è ſuo cœtu. Eiectus autem miſerabili frequenter exitu conſumitur. Etenim Sacramentis, & moribus conſtrictus alimento cæteris mortalibus familiari nequit uti. Veſcens autem herbis, inedia tabeſcente corpore occidit. Quapropter non paucos miſerati in extremo conſtitutos halitu dignati ſunt gratia, graue ſatis opinati ipſorum ſupplicium ob admiſſa, quod tantum non mortem intuliſſet. In iudicijs autem ſeueriſſimi ſunt, & iuſti. Iudicant autem non pauciores congregati quam centũ, & quod decreuerint, prorſus eſt immutabile. Venerationi autem præcipuè poſt DEVM eſt legiſlatoris nomen, quem ſi quis maledictis uexet, morte luit pœnas. Senioribus uerò obedire, & pluribus, in laude ponunt. Quocirca conſidentibus decem, nemo ex ijs unquam loqui in animum inducat inuitis nouem. Cauent præterea, ne uel in mediũ expuant, uel in dextrum [a] latus, & ne ſeptimis quibuſq; diebus opera attingant omnium Iudæorum religioſiſsimè. Nam nõ alimenta modò ſibi pridie apparant, quod ne ignem quidem illo die accedant, Verũ etiam neq; uas ultrò transferre quaquam audent, neq; deambulare. Cæterum diebus alijs foueæ altitudinis unius pedis factæ ſacculo (talis namq; eſt dolabella, quam porrectam ab ijs diximus ſupra nouitijs) & ueſtimento undiq; circumpoſito, ne DEI offendant lumina, inſident, & deinde erutam terram regerunt in foueam, & quidem electis ad hoc ſecretioribus locis. Et licet naturalis ſit ſordium corporalium ea excretio, attamen uelut contaminati poſt eam ſeſe conſueuerũt abluere. Diſtinguuntur aũt ratione temporis aſceſeos ſeu exercitationis in partes tres, & tantum priores poſterioribus cenſentur præſtare, ut ſi hi illos forte contigerint neceſſe habeant iſti ſeſe luſtrare, perindè quaſi externo ſeſe admiſcuiſſent. Sunt autem adeo longæui, [b] ut plurimi centum excedant annos, idq; propter uictus ſimplicitatem, & (ut mihi uidetur) etiam optimum in rebus omnibus ordinem. Contemnunt autem mala, & cruciatus quidem ſuperant animoſitate affectuum, mortem autem ſi cùm gloria accidat, putant immortalitate præſtantiorem. Animos uerò eorum in omnibus probauit, quod cõtra Romanos geſtum eſt bellum, in quo uincti, & diſtorti, uſti, & confracti, & omnia tormentorũ genera perpeſsi, cogi tamen nequiuerunt, ut uel legiſlatorẽ blaſphemis proſcinderent cõuitijs, uel inſuetis, ueſcerentur, aut aliud quippiam metu agerent, quod nefas foret, imo neq; adulari unquam ijs, qui flagris ipſos conciderent, neq; lachrymari induxerunt in animum, ſed in doloribus ſubridebant, & tormenta ipſis adhibentibus diſsimulatione deluſis, læti emittebant animas tanquam eas denuo recepturi.

[a] Iſta ſuperſtitioſa Ioſeph. retulit, quia cũ Chriſtianus nõ eſſet, ſecreta etiam eorum non beneſciuit, nam & quæ religioſor. ſunt Monachor. cum ijs quæ ſunt omnium Chriſtianorum, & quæ Catholicor. ſunt, cum ijs quæ ſunt Ebionitar. hæreticorum confundit.

[b] Ioann. Euãgeliſt, Simeon Cleophæ. Areopagita longæui fuerunt.

DE

DE MONACHIS CARMELITIS

tempore Prophetarum. Baptiſta Mantuanus, Faſtorum lib. I. ſub Cyrillo.

PRODVCENTE diem Phœbo gelidamq́ fugante
Ex agris hyemem fert annua feſta [a] Cyrillus.
Vrbis Alexandri paſtor defluxit ab alto
Vertice Carmeli, ſanctæ primordia uitæ
Helijæ [b] de fonte tulit, creſcentibus annis
Religio creuit, rerum prudentia creuit,
Et quia diuinæ legis ſapientia, & ore
Suauiloquo uiſus cunctos præcellere patres,
Ad decoris tanti ſacros peruenit honores.
Ergo per Aegypti populos Nabathæa per arua
Atq; per Aſſyriæ gentes Arabumq́; per urbes
Luxit, ut elapſus quondam de Perſide fulgur
Syderis & pendens ſuper incunabula CHRISTI.

[a] *S Cyrillus Epiſcopus Alexãdrinus, monachus Carmelita, qui uixit ante annos 1140. qui fuit CHRISTI 426.*
[b] *Helias Propheta primus Carmelita.*

IDEM DE EODEM LIBRO III. Faſtorum.

INCLYTA Carmeli traxit de gloria montis
Longius, & fecit peregrina inuiſere regna.
Vulgares igitur fugiens moresq́; domosq́;
Vertiſti ad Solymos, & corda, & uela penates.
Cæſariæ mons eſt in finibus æquora propter
Vertice ſublimi ſurgens in ſydera ſyluis
Vndiq; crinitus, ſtatio placidiſſima ſemper.
Nam cum friget hyems, & ſolis, & æquoris æſtum
Accipit, æſtatem frigenti temperat aura,
Helijæ magni quondam domus, illius inquam
Helijæ qui uiuit adhuc ubi naſcitur Eurus.
Sanctificat locus hic homines, noua corda, nouosq́;
Influit affectus, hic ſunt ergaſtula uitæ
Simplicis, & mundæ, qualem uixêre parentes
Ante nefas primum. Diui labuntur olympo,
Sæpius, & ſanctis habitant cum patribus: Ergo
Argolicis illuc nauit Cyrillus ab oris.
Nec mora longa fuit, diuûm, conſortia nactus
Euaſit diuinus homo cum ſacra litaret
Mane ſub auroram ſacra ueſtitus abolla.

Et paulò poſt.

Tu poſtquam probitas tua ſe uirtutis in altum

S. Cyrillus Carmelita.

Helias Propheta habitauit monachus in finibus Cæſareæ.
En uitam monaſticam.

Cum ſacra litaret, ſacra ueſtitus abolla.

Fœlici profectu apicem prouexit ab ipſa
Gente tua factus paſtor communis habebas

Heliæ genus, hoc eſt, Carmelitas.

Ius ſuper Helijæ totum genus, omnia iuſsis
Parebant Semnæa tuis Aſiana per arua.

Quando Carmelitæ monachi applicuerint Europā & qua ratione.

Tunc noſtros Europa patres non nouerat, inter
Aſsyriæ montes loca per deſerta latebant,
Per ſyluas Arabum, Nili ſtagnantis ad amnem.
Aſt ubi barbaricæ gentis uiolentia tandem
Chriſtigenas omnes illis à finibus egit,
Annauere Cyprum, Cretam, Siculoſq; penates,
Et ſenſim Europam ſeſe effudêre per omnem.
Sarmaticos habitant agros, per Cymbrica uiuunt
Littora, per terras magno quas gurgite cingit
Oceanus fines uſq; ad glacialis Hybernæ,
Vſq; ad Olyſponem, terras quæ terminat omnes.

IDEM MANTVANVS DE
ijſdem Faſtorum lib. VI in uita S. Hæliſei.

S. Heliſeus Carmelita. Heliadum, id eſt Carmelitarum.

O PATER, ô princeps, ô dux Heliſæe meorum
Heliadum, qui Cæſariæ coluêre penates,
Et uada Iordanis Libano uenientia ſalue.
Lux tua, poſt Idus Iuni quæ prima reſurgit.
Carmeli lætatur apex, fons inclytus ille

Helias Propheta uixit in monte Carmeli.

Quem pater Helijas ſitiens potare ſolebat,
Illa luce ſinum magis implet, & undiq; ripas
Tranſiliens recreat poſitos in margine flores,
Ac maris in uirides decurrit alacrius undas.
Te pater omnipotens ob relligioſa Prophetam
Pectora conſtituit, liquidoq; infudit oliuo.
Igneus Helijam currus cum ſuſtulit, ipſe
Admiratus, equos contemplabare uolantes
Per nebulas, tibi diſcedens quaſi pignus amoris
Proiecit chlamydem, potuit quæ fluminis undam
Siſtere, & excluſis uada reddere peruia lymphis.

Et poſt pauca.

O morum exemplar, ô relligionis imago,
Cuius ad exemplum ſancti uixêre nepotes

Religioſa clauſtra.

Tempus ad hoc, etenim qui religioſa frequentant
Clauſtra ſuos uertunt tua per ueſtigia greſſus,

Atq;

Atq; tui ſimiles uiuendo euadere certant.
Flecte acies in nos pater, & tua reſpice uultu
Tecta pio, quæ ſeruat adhuc Carmelus in alto
Vertice. Barbaricas gentes de finibus illis
Eijce, & exulibus da prima habitacula nobis.

DE MONACHIS CARMELITIS

tempore Apoſtolorum, Baptiſta Mantuanus, lib. VI. ſub Ioanne Baptiſta.

EDITVS impuri fugit contagia uulgi.
Et memor Helijæ nemora, & ſylueſtria greſſu
Per loca ſoliuago primis habitauit ab annis,
Et modo Carmelo reſidens in monte uirorum
Heliadum ſaltu, qui uerſabantur in illo,
Diſcebat mores, & delectatus eorum
Relligione diu gelidis habitabat in umbris
Et modo Iordanem propter, ſi roſida prata,
Si uidiſſet humum curua in conualle uirentem
Et uacuum ſine teſte locum, ſine uoce ſilentem
Stabat, & eſuriem tenui ſedaſſe locuſta
Dicitur, ignorans adipem, ſiceramq;, merumq;.

S. Ioannes Baptiſta, à tenera ætate uixit in monte Carmeli.

En uitæ abſtinentiam in Ioanne Baptiſta & ciborum delectum &c.

IDEM DE IISDEM FASTORVM

lib. VIII. in Aſſumptione B. uirginis, cum loqueretur Helias ad B. uirginem in paradiſo terreſtri.

DIVA parens dixit, ſcio te cognoſcere gentem
In patria tellure meam, tua mœnia propter.
Hanc cuperem ſupereſſe diu, largire fauorem
Tu quæ tanta potes, mea te cuſtode ſuperſit
Poſteritas, [a] & eat ſupremi in ſecula mundi.
Sic ſenior. Contra mater ſic orſa Tonantis:
Nil opus eſt cuiquam ſua commendare propago
O uates præclare tua hæc tum uita manebat
Se mihi [b] deuouit, decet illi incumbere toto
Pectore me, Pater [c] Helija tua uota ſecundo,
Hæc tua progenies [d] noſtro titulabitur olim
Nomine, & in noſtrum decus albo [e] utetur amictu.
Me uexaſſe putet quiſquis uexauerit illam,
Me ſeruaſſe putet, quiſquis ſeruauerit illam.

[a] En hæretice Heliæ poſteritatẽ dici monachos Carmelitas.
[b] Ecce uotum Carmelitarum
[c] Helias defenſor ordinis Carmelitarũ.
[d] Hinc hodie Carmelitæ fratres B. uirginis dicuntur.
[e] Hinc hodie albo amictu utuntur.

Ne affligare, mihi curam hanc, onus hocq; relinque.

DE EISDEM IDEM, IN NAtiuitate B. Virginis, libro IX. Faſtorum.

DIVI homines curis uacuos terreſtribus, & ſe
Vertere nitentes ad cognoſcenda ſuperni
Sublatis in cœlum animis ſolatia mundi,
Multa docent, ardenter amant, & ſæpe reuiſunt
Aerijs tecti membris, & imagine noſtra.
Ex his unus erat ſuper alto uertice montis
Idalij ſolus degens, qui traxerat iſtud
Viuendi genus à patribus Carmelidis oræ.
Namq; ea gens ſimul ac ſanctæ confinia terræ
Exiuit. Cyprios primum ſe extendit in agros.
Sic noſtri annales perhibent, ſic multa ſenili
Iam carie corroſa docent [a] noſtratia templa
Quæ ſuperant, & adhuc illis celebrantur ab oris.

[a En quam antiquus ſit ordo fratrum Beatæ uirginis.]

Et pauló poſt:

Fac igitur, fac iſta palam ſolennia mundo
Carmelica, tuum eſt uulgando incumbere feſto,
Nanq; tuum genus illa fouet, [b] titulumq; tenetis
Illius, & patres uiuens inuiſere ueſtros
Helijæq; domos [c] priſcas, fontemq; ſolebat,
Nuntia, & inuulga lucem hanc, imitemini Olympum
Veſtraq; ſit poſthac concors Eccleſia noſtræ.

[b Carmelitæ titulum tenent B. uirginis.]

[c Heliæ domos priſcas, hoc eſt, Carmelitarũ monaſteria.]

DE MONACHIS CARMELITIS tempore Martyrum, Baptiſta Mantuanus libro IIII. Faſtor. in Vita S. Georgij.

[S. Georgius uenit ad montẽ Carmeli, reperiens ibi monaſticum inſtitutum.]

INDE Paleſtinam ueniens, ea regna Latinis
Regibus infrenans gentem crudam atq; rebellem
Reſtituit, iuga Carmeli conſcendit, ab alto
Repperit in ſaltu noſtros habitare parentes,
Hi ſuaſere duci penitus deponere ſumpta
Arma toga, & uitæ genus uſurpare quietæ,
Seq; ſuper uacuis armorum abſoluere curis.
Ipſe bonos igitur monitus audiuit, & hauſit
Mente DEVM tota. Sed dum ſublimia ſemper

Volut

Voluit facta animo teneris ita doctus ab annis,
Conſtituit forti uitam finire duello.
Ergo per Aſſyrias, ſi quos audiuerat urbes
Chriſtigenas tormenta pati, pullo uſus amictu
Quem noſtri poſita armorum ferrugine patres
Tradiderant (ſecli faſtum ſic uicerat omnem)
Ibat, & in pœnis poſitos animabat ad aſtra.

Vides ne Illyrice, D. Georgium, monachum Carmelitam factum, et pullo uſum amictu?

CRVCIGERORVM ORDINEM
Apoſtolorum temporibus inſtitutum, Polydor. Vergil, aſſerit de inuentor. rer. lib. VII. cap. III.

CRucigerorum, inquit, origo multo antiquior eſt, ut ipſi Crucigeri de primordio ſui ordinis prædicant: aiunt enim Cletum Petri Apoſtoli diſcipulum, & ab eo inde tertio loco Pontificem, cœleſti nuncio Crucem habente monitum, ut hoſpitalem domum fundaret ijs, qui Romam peregrè uenirent religionis cauſa, eſſentq́ ibi præſto, qui itineribus feſſos comiter acciperent, pieq́ reficerent, & ij geſtarēt perpetuò Crucem, monimentum Dominicæ paſsionis, ac ita illum demum paruiſſe oraculo. Hæc ille.

En Illyrice quā antiquus ordo monaſticus.

CANONICORVM INSTITVTVM
Regularium S. Auguſtini, ab Apoſtolis ordinatum Raph. Volaterran. lib. XXI.

AVguſtinus igitur ægrè huiuſmodi ſumpta prouincia, ante omnia uitam in eadem Canonicorum inſtituit regularium, qui uita degerent communi, ab Apoſtolis prius ordinata.

Fratres de uita cōmuni.

Et poſt Pauca.

ORdo autem Canonicus non tam ab eo inſtitutus, quam renouatus. Ab Apoſtolis enim in monte [a] Sion exordiū ſumpſit, qui poſt aſcenſionem, ut ait Thomas 2. 2. q. 88. de uitæ genere deliberantes, communia inter ſe omnia, ac tria uota [b] coram DEO ſtatuere, qui ritus ſucceſſoribus, clericiſq́ omnibus diu diligentiſsime ſeruatus, fideq́ poſtea deferueſcente deſitus, nunc quoq́ in Eccleſijs amplius 40. perſeuerat. Amictus eſt linea tunica tantum ueſti cuiuſcunq́ ſuperaddita, quàm Iacobus Apoſtolus præſul Hieroſolymitanus, primus [c] more Leuitico, ueterumq́ Sacerdotum ſibi adſumpſit: poſt eum Marcus Alexandriæ. Poſteri uerò diuerſis inter ſe factis conciliabulis, alij alia ſimul cum lineis indumenta corripuere, ſtatutaq́ condidere. De reliquis uide Auguſtin. in ſermon. ad fratres in eremo: & de communi uita Clericorum.

a Ordo Canonicorū regulariū Auguſtini ſi ab Apoſtolis inſtitutus in monte Sion, quid ergo nugaris Illyrice qui monaſticum ſtatū hominū inuentum aſſeris?

b En uota Apoſtolorum temporibus, quæ ipſimet Apoſtoli uouerunt.

c Iacobus Apoſtolus Præſul Hieroſolymitanus primus lineam induit ueſtem.

MONASTICÆ PHILOSOPHIÆ
Cultores atq; cultrices Romani.

S. CLEMENS PAPA.

ANNO CHRISTI LXVIII. SANCTVS CLEMENS Papa a, & omnis Clerus Romanus, uſq; ad Vrbani Pontificis tempora uixit in communi, obediuit, caſtè uixit, facultates contempſit. Clemens lib. 1. Recognit. & in Epiſt. præſertim 5. de uita communi. Vrban. Papa in Epiſt. Decretal. Vide par. 6. de Scrip. Rom.

a En Illyrice Romanum uirum Apoſtolorum diſcipulum qui ut monachi ſolent, uixit in communi cum ſuo clero Romæ.

S. FOELICOLA.

ANNO CHRISTI LX. S. FOELICOLA, Virgo Romana, CHRISTO ſacrata, cum Flacco comiti poſt exceſſum Petronellæ nubere iuſſa, & iam rogata recuſaret: quatuordecim diebus ſine omni cibo ſuſpenſa, in cloacam præcipitata eſt. Marcell. B. Petr. diſcip. in uit. S. Fœlicolæ. Beda Venerab. atq; Ado in Martyrol. ſub Id. Iun.

S. DOMICILLA.

ANNO CHRISTI LXIX. S. DOMICILLA Virgo, Flauij Clementis Conſulis Domitiani Principis Auguſti Patruelis (ut eius in Domitiano Tranquillus meminit) ex ſorore neptis, ſponſa Aureliani, à duobus Eunuchis cubicularijs, Nereo atq; Achillæo, ad CHRISTI fidem conuerſa, & per B. Clementem Pontificem Romanum baptiſata, uirginitatis uotum emittens, ſacro uelamine prima, ad integritatis perſeuerantiam, Romæ conſecrata eſt. Primit. Eccleſiæ Prothonotar. in uit. Clement. Petr. de Natalib. lib. 10. cap. 98. & lib. 4. cap. 138. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 1. §. 7. Vincent. lib. 10. cap. 52. Bergomen. lib. 8. Caniſ. in Martyrol. Beda Venerab. in Martyrol. ſub Non. Maij.

S. THEODORA.

ANNO CHRISTI LXX. S. THEODORA, Siſinnij Neruæ Imperatoris amici coniunx, à B. Clemente Pontifice Apoſtolorum diſcipulo, CHRISTO lucrifacta, ſimulachrorum cultu neglecto, caſtitatis propoſitum perpetuò ſeſe profeſſuram deuouit. Primit. Eccleſiæ Prothonot. in uit. Clement. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 98. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 3. §. 2. Vincent. lib. 10. cap. 152. Bergomen. lib. 8.

Vide ſine Illyrice, quod antiquitus Virgines atq; matronæ, CHRISTO Virginitatē & caſtitatem uouerint.

SS. AGRIPPINA, EVCHARIA, EVPHEMIA ET DIONE.

ANNO CHRISTI LIX. SS. AGRIPPINA, Eucharia, Euphemia atq; Dione, quatuor Agrippæ præfecti concubinæ, audientes à Petro Apoſtolorum Principe, Domini noſtri IESV Saluatoris mandata, caſtitatiſq; ſermones, CHRISTO Votum reddentes, confortatæ à Domino, ab omni Agrippæ coniunctione ſe ſubtraxerunt. Linus Papa in Paſsio. Petri.

En Votum.

S. SISINNIVS.

S. SISINNIVS, Neruæ Imperatoris amicus, quod Theodorã coniugem ob caſtitatis uotum perſequeretur, cæcus atq; ſurdus factus, diuino admonitus oraculo, accerſito Clemente Pontifice Maximo, Apoſtolorum diſcipulo, CHRISTVM credere, ac apertis oculis ſimul & auribus cum uxore caſtitatem profiteri cœpit. Primit. Eccleſiæ. Prothonot. in uit. Clement. Petr. de Natalib. lib. 10. cap. 98. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 3. §. 2. Vincent. lib. 10. cap. 152. Bergom. lib. 8. ANNO CHRISTI LXX. *Caueant ſibi noſtri temporis Apoſtatæ, ne ultionẽ ſuſcipiant diuinam.*

S. XANTIPPE.

S. XANTIPPE, Albini (quem Nero Cæſar in delitijs habebat) uxor, cum nobiliſsimis quibuſdam ad Petrum Apoſtolum matronis ueniens, non modo uirile connubium, quin & omne uitæ huius delectamentum repudiauit. Linus Pap. in paſsio. Petri. ANNO CHRISTI LXI.

PADVANI.

S. IVSTINA.

S. IVSTINA, Regis Chriſtianiſsimi Vitaliani & Prepedignæ filia, à B. Proſdocimo Patauino baptiſata præſule, & S. Petri diſcipulo, uotum CHRISTO ſoluens, in uirginitatis propoſito perſeuerauit, Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33. & lib. 9. cap. 22. Caniſ. in Martyrol. ANNO CHRISTI LXX. *Votum.*

AQVILEIENSES.

SS. EVPHEMIA, DOROTHEA, THECLA ET ERASMA.

SS. EVPHEMIA, Dorothea, Thecla & Eraſma, fratrum, Valentij gentilis, & Valentiani Chriſtiani filiæ, à S. Hermagora Aquileieñ. Epiſcopo D. Marci diſcipulo ſacro baptiſmatis lauacro tinctæ DEO uirgines conſecratæ ſunt. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 29. Caniſ. in Martyrol. ANNO CHRISTI LXV.

PARTIS

PARTIS TERTIÆ

DISTINCTIO. II.

DE RELIGIONIBVS ET MONASTICE

Philoſophiæ cultoribus Germaniæ.

TRIBOCVM MONASTERIA.

NOVIETENSE, HODIE NVNCVPAtum Eberſhaimenſe.

ANNO LIIII.

A PRIMIS Rheni Apoſtolis S. Materno & Valerio cæptum eſt Monaſterium Nouietenſe prope Seleſtadiū, quod non multo poſt dirutum, ſed auſpicatum rurſus à Dagoberto huius nominis primo Auſtraſiæ Rege, Argentoracen. ſedis ac Vueiſſenburgeñ. præpoſituræ authore: ab apro, Sigeberti filij interfectore, quem B. Arbogaſtus primus Argentineñ. Præſul ad uitā reuocauerat, nomen Eberſhaymünſter retinuit. Vuolfg. Laz. genealog. Auſtriac. lib. 1. Annal. Abbat. Ebershaym.

TREVERENSIVM.

S. MATTHIÆ.

ANNO LXX.

Cella S. Eucharij.

Entemplum Ioanni Euangeliſtæ ſacrū in primitius Eccleſia.

SANCTI MATTHIÆ præpotens ac magnificum hodie extra muros Treuerenſes Cænobium, inchoatum eſt Annum circiter CHRISTI ſeptuageſimum, dictumq́ antiquitus cella S. Eucharij, à S. Euchario primo Treuirorum Doctore & Epiſcopo, qui ex LXXII. diſcipulis unus, à S. Petro cum alijs duobus Materno & Valerio Treuerim miſſus, cum Albanæ ſenatricis cuiuſdam filium defunctum à morte reſuſcitaſſet, ex illius domo priuata templum atq́ Monaſterium Ioanni Euangeliſtæ ſacrum conſtruxit, in qua uiuus habitans, poſt obitum quoq́ in crypta ſubterrenea ſepeliri uoluit, in quem locum omnes poſtea eius ſucceſſores Epiſcopi Treuerenſes uſq́ ad Valentinum XXVI. Antiſtitem collocati & deportati, ibiq́ decenter humati ſunt, tumulis & Mauſolæis XV. ampliſsimis, parieti Cryptæ eleganter inſertis, quæ non niſi cum multa admiratione uiderī poſſunt. Extat hodie adhuc in Cœmiterio Cænobij huius, parieti inſertū idolū quoddam ſaxeum ſiue Dianæ ſiue Veneris, à S. Euchario deiectum & cōſractum: iuxta id legitur hoc barbarum Epigramma, etſi non integrum, perierunt enim aliqui uerſus:

Me pridem Treueris prophanis coluit aris
Sacrilegi numinis: iam truncus ſpernor inanis.
Proſtratus ſpernor, piſcator dum legat: error
Tollitur, Eucharium Maternum Valerium tunc.

Addita

Addita eſt Germanica etiam Epigraphe in hunc modum:

Wolt jr wiſſen/ was ich bin
Ich bin geweſt ein Abgöttin/
Do S. Eucharius zu Trier quam
Er mich zubrach/ mein Ehr abnam/
Ich was geehret als ein Gott
Jetzt ſtand ich hie der Welt zu ſpott.

Cœmiterium uero S. Eucharij duas habet ſubterraneas cryptas, in quibus plurima ueterum Heroum & Sanctorum Dei amicorum cernuntur Mauſolæa & magnifica ſepulchra: unum uero præcipue cum Lilijs ſaxo inciſis, quæ Regem Galliæ ibi cubare teſtantur. Annal. Treueren.

PARTIS TERTIÆ

DISTINCTIO. III.

DE RELIGIONIBVS ET MONASTICÆ Philoſophiæ cultoribus Galliæ.

MONASTICÆ PHILOSOPHIÆ CVLTORES ATQVE CVLTRICES Aquenſes.

S. MARTHA.

SANCTA MARTHA Abbatiſſa, hoſpita CHRISTI, Syro patre, Eucharia matre, ex regali ſtirpe nata, Lazari reſuſcitati & Mariæ Magdalenæ ſoror, cum in nemore ſuper Rhodanum inter Arelatum & Auinionem draconem cruce facta, aqua [a] benedicta aſperſa interemiſſet, S. Maximiani Aquen. Epiſcopi licentia, ibidem remanens, ſororum multarum congregato conuentu, Eccleſiam in honorem DEI [b] genitricis ædificauit, monaſteriumq; conſtruxiit, eiunijs & orationibus [c] quotidie uacans, ſempiterna ſe obligans religione. Carnes non comedit, neq; oua uel caſeum, nec uinum bibit, ſemel in die cibum capiens: centies per diem, toties rurſus noctu genua in oratione flectebat. Petr. de Natalib. lib. 6. cap. 151. Vincent. lib. 9. cap. 99, & ſequent. Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 20. Caniſ. in Martyrol. Mantuanus in Faſt. ANNO CHRISTI XLV.

a *En efficaciam crucis & aquæ benedictæ.*

b *Vides temporibus Apoſtolorũ Eccleſiã in honorem DEI genitricis fuiſſe extructam.*

c *En uictus abſtinentiam & parſimoniam & delectum ciborum.*

SANTONENSES.

S. EVSTELLA.

S. EVSTELLA Virgo, illuſtriſsima ſtirpe profecta, ab Eutropio Santonen. ANNO CHRISTI LXIX.

Votum uirginitatis. Sacrum uelamen.

tonẽ. Epiſcopo regenerationis fonte CHRISTO uendicata, præmiſſo uirginitatis uoto, ſacro uelamine conſecratur. Petr. de Natal. lib 4. cap. 105.

PETRAGORICENSES.

S. FRONTO.

ANNO CHRISTI XLIX. *Votum.*

S. FRONTO Abbas, & Epiſcopus Petragoricẽ. D. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, in perſecutione ad eremum ſecedens deſertiſſimam, cum fratribus ſeptuaginta CHRISTO quod fouerat debitũ perſoluit. Petr. de Natalib. lib. 9. cap. 109. Vincent. lib. 9. cap. 43. & ſeqñt. Antonin. part. 1, tit. 6, cap. 26. §. 1.

S. GEORGIVS.

ANNO. LVI. *En heretice, ut Apoſtolorũ temporibus uiri ſanctiſſimi relictis rebus omnibus, ſolitudinem incultam adierunt.*

S. GEORGIVS, Prȩſes Petragoricẽ. Squirio ante uocatus, D. Frontonis auditor atq; diſcipulus, diuino monitus oraculo, relictis atq; ſpretis rebus omnibus tum corporis tũ fortunæ, ſolitudinẽ incultam, frondibus & uirgultis intercluſam adijt, & á Magiſtro ſacrum ſuſcipiens baptiſma, ei in eremo de cætero miniſtrauit. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. Vincent. lib. 9. cap. 43. & ſeqñt. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 1.

LEMOVICENSES.

S. VALERIA.

ANNO CHRISTI XLIX. *Virginitatis profeſsio.*

S. VALERIA, Suſannæ nobilis matronæ filia, á S. Martiale diſcipulo CHRISTI, Epiſcopo Lemouicẽ. & Srephani Prothomartyris conſanguineo conuerſa, uirginitatem eſt profeſſa. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 29. Caniſ. in Martyrol. Vincent. lib. 9. cap. 39. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 2.

PARTIS

PARTIS TERTIÆ

DISTINCTIO. IIII.

DE RELIGIONIBVS ET MONASTICÆ Philoſophiæ cultoribus Græciæ.

MONASTICÆ PHILOSOPHIÆ CVLTORES ATQVE CVLTRIces Theſſalonicenſes.

S. GAIVS.

SANCTVS GAIVS, Theſſalonicenſis, qui Act.20. Derbeus nominatur, & à Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta per Epiſtolam ſalutatur, monaſticam egit uitam, ipſis Apoſtolorum temporibus, ut author eſt Areopagita Dionyſ. in Epiſt. quam ad eundem ſcripſit. & S. Maximus in Dyoniſ. Meminit eius quoq; Gratian. diſtinc. 93. Legimus, Paulus. 1. Corinh. 1. & ad Rom. cap. 16.

ANNO CHRISTI LV. *Monaſtica uita.*

DEMOPHILVS.

DEMOPHILVS, ad quem Areopagitæ Dionyſij extat Epiſtola, uotum ſoluens debitum, monachum egit: ut author eſt idem Dionyſ. Epiſtol. 8.

ANNO LVI. *Votum monaſticum.*

PARTIS TERTIÆ

DISTINCTIO V.

DE RELIGIONIBVS ET MONASTICÆ Philoſophiæ cultoribus Africæ.

MONASTICÆ PHILOSOPHIÆ CVLTORES ATQVE CVLTRICES IN NADdauer urbe Aethiopum.

S. EPHIGENIA.

SANCTA EPHIGENIA Abbatiſſa, Aeglippi Regis Aethiopum, & Eupheniſſæ Reginæ filia, à S. Mattheo conſecrata Apoſtolo uirgo CHRISTI permanſit, præpoſita facta uirginum amplius quam ducentarum Abd. Apoſt. hiſtor. lib. 7. Raph. Volaterr. Comentar. lib. 16. Pet. de Natal. lib. 8. cap. 100. & ſequent. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 13. Caniſ. in Martyrol.

ANNO XLII. *Virginitatis uotum.*

PARTIS TERTIAE
DISTINCTIO. VI.
DE RELIGIONIBVS ET MONASTICæ Philoſophiæ cultoribus Aſiæ.

MONASTICÆ PHILOSOPHIÆ CVLTORES ATQVE CVLTRICES Syriaci

S. MARIA.

a En hæreticæ, uirginitatis notũ in Beata Dei genetrice MARIA.

b Cœnobium primum Chriſtianum 120. uirginum.

SANCTA MARIA, mater Domini, illibatam DEO corporis ſimul & ſpiritus ſanctimoniã a uouit, ut quæ & ſub uoti emiſsione nata erat. Symeo. Metaphraſt. Ambroſ. lib. 2. de Virgini: D. Bernhard. in ſermon. D. Gregor. Nyſſen. in orat. de Natal. Dñi. S. German. Conſtantinopol. Dionyſ. Carthuſ. in 1. lib. Lombard. diſt. 18. q. 2. dicit D. uirginem inſtituiſſe b collegium centum uiginti uirginum, eas inſtruxiſſe quomodo uiuere deberẽt. Eadem & Bergomen. de clar. mulierib. in B. uirgine.

S. IOANNES BAPTISTA.

ANNO I L.

c Nã tũ temporis ſeceſſerat mater eius cũ infante in ſolitudinẽ, ob innocentum cædẽ ab Herode patratam.

S. IOANNES Baptiſta, natus patre Zacharia, matre Eliſabeth: ſolitudinis à DEO ordinatus patronus, ut refert S. Theodorit. Studitus, in orat. de natal. S. Præcurſ. Baptiſt. triginta annos habitauit in eremo, ab ineunte c ætate uitam eligens monaſticam. Fuit utiq; ieiunus, humilis, parcus & uirgo. Locuſtæ quidem, & mel ſylueſtre alimentum parabant, ex pilis autem cameli rude, & ſine arte confectum induebat ueſtimentum Matth. 3. Marc. 1. Simeon. Metaphraſt. de Ioann. Bapti. D. Ambroſius ſerm. 65. D. Iſidor. Hiſpalẽ. in libr. de patrib. Vet. teſtamen. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 1. cap. 14. Bed. Venerab. ſub 8. Calend. Iulij in Martyrol.

S. AMATOR.

ANNO LXX.

S. AMATOR, B. Veronicæ maritus, Martialis auditor atq; diſcipu d lus, in rupe quæ modo Amatoris dicitur, ſolitariam uitam egit, ibiq; obijt. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 2.

d Quamuis erat coniugatus, ex conſenſu tamen uxoris, religionem ingredi poterat.

S. MARCVS.

ANNO XLVI.

S. MARCVS Euãgeliſta, unus ex ſeptuaginta, S. Petri ex ſorore nepos, eius in baptiſmate filius, atq; in diuino ſermone diſcipulus & interpres, ut de eo ſcribunt Philo Iudæorum Doctor & Papias Epiſcopus Hierapolitanus, ad tantam uitæ perfectionem Chriſtianos quos conuerterat adduxit, ut

uitam

uitam Apoſtolicam primitiuæ Eccleſiæ ſectantes, omnes communiter [a] uiuerent, & nemo quicquam proprium poſsideret. Monaſticum [b] quoque ordinem primus Ægyptijs tradidit, ſicut à ſuo præceptore D. Petro didicerat, & ſacræ profeſsionis regulam multis inſtituit. Vnde poſtmodum in Ægypto monachorum cænobia & cellulæ infinitæ excreuerunt. Euſeb. Sacr. Hiſtor. lib. 2. cap. 13. & ſequent. Niceph. Eccle. Hiſtor. lib. 2. cap. 15. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 16.

[a] Eu hæretice Apoſtolicam primitiuæ Eccleſiæ uitam.
[b] S. Marcus monaſticum primus ordinē Aegiptijs tradidit.

S. THOMAS.

S. THOMAS, qui & Didymus Apoſtolus, ut CHRISTO totus uacaret, ne templi CHRISTI gratiam uel coniugalis copulæ uſus minueret, uel conſuetudo decerperet, uxorem non duxit. Abd. Apoſt. hiſtor. lib. 9.

ANNO. XL. Thomas Apoſtolus ut Chriſto totus [illegible] ret, uxorem non duxit.

S. PETRONELLA.

S. PETRONELLA uirgo, B. Petri Apoſtolorum Coryphæi filia, ad uitæ finem in uirginitatis uoto permanſit. Quam, quod formoſa eſſet, cum Flaccus Comes inuitam uxorem ſibi peteret, tridui inducias poſtulauit, quibus ieiunijs & orationibus ſe DEO commendans, quo piè & caſtè cui [c] obligata fuerat ſatisfaceret, à CHRISTO tantum obtinuit, ut ſumpto corpore Dominico à Nicomede Presbytero, uitæ debitum exolueret. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 69. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 4. §. 1. Vincent. lib. 9. cap. 38. Bergom. lib. 8. Venerab. Bed. in Martyrol. ſub Prid. Calend. Iunij.

ANNO XXXVI. Petri Apoſtoli filia fuit, antequā Chriſtum agnoſceret.
[c] In hæc uerba animum intendas illyrice.

S. ABILON.

S. ABILON, Gamalielis filius, uotum DEO uouens, in uirginitate iugiter perſeuerauit. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 16.

ANNO LIII. Virginitatis uotum.

S. MARIA MAGDALENA.

S. MARIA MAGDALENA, à Magdalo caſtro cognominata, clariſsimis orta natalibus, patre Syro, matre Eucharia, ſoror Marthæ atque Lazari reſuſcitati, cui CHRISTVS tanta beneficia contulit, poſt CHRISTI Saluatoris aſcenſum in cœlos, ad Marſiliam Galliæ ueniens, in eremo aſperrimo XXX. annis, ubi nec aquarum fluenta, nec plantæ uſpiam erant ſola habitauit, ibique per ſingulos dies VII. horis Canonicis Angelorum manibus in æthera leuabatur, & cœleſtium agminum cōcentus dulciſsimos etiam corporeis audiebat auribus, hiſque ſuauiſsimus dapibus ſaciata in DEI laudibus perſiſtens, corporeis alimentis non indigebat. Egeſipp. quem citat Bergom. lib. 8. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 124. Vincent. lib. 9. cap. 102. Antonin. par. 1. tit. 6. cap. 19. §. 2. Caniſ. in Martyrol.

ANNO XXXV. S. Maria Magdalena triginta annis in eremo fuit aſperrimo. Septem horæ Canonicæ.

HIEROSOLYMITANI.

S. ANNA.

S. ANNA, filia Phanuel, de tribu Aſer, Propheteſſa, quæ non diſceſſerat à templo nocte atque die, ieiunijs & orationi uacans, prima. Noui, & ultima ueteris extitit monialis teſtamenti, ut author eſt Cyrill. Archiepiſc. Hieroſol. catecheſ. 10.

ANNO I. Prima Noui & ultima ueteris teſtamēti monialis.

S. IACOBVS.

S. IACOBVS, frater Domini, monaſticis ritibus eſt uſus, ex utero ma-

ANNO XXXIIII.

En ritus monachicos in Iacobo fratre Domini.

Ecce aſsiduas precationes.

tris hic ſanctus fuit, uinum & ſiceram non bibit, ſed neq; animal manducauit, nouacula in eius caput non aſcendit. Oleo non eſt perunctus, nec balneis eſt uſus. Huic ſoli licebat introire in Sancta Sanctorum. Laneo non utebatur indumento, ſed tantum ſindone. Genua eius precationis aſsiduæ cauſa penitus obduruerãt, & pellis erat in eis uelut mortua. Abd. Apoſt. hiſt. lib. 6. Egeſipp. Cõmentar. lib. 5. Syme. Metaphraſt. de Iacob. fratre Domini; Germanus Conſtantinopol. in ſua Theoria. dicit Tonſuram monaſticam ab iſto Iacobo ſumpſiſſe originem.

ANANIAS ET SAPHIRA.

ANNO XXXIII.

Quamuis erant coniugati, tamen communem uitam religioſorum ſecuti ſunt ex conſenſu, quod et hodie licet.

Caueant ſibi Apoſtatæ recentes, ne mucrone Petri occidantur.

ANANIAS & Saphira, cum 3000. alijs Chriſtianis ut habetur in Actis antequam punirentur ob fraudem Eccleſiæ intentatam, attulerunt precium ſuum & poſuerunt ante pedes Apoſtolorũ, uiuentes in communi, quia credentium erat cor unum & anima una, nec erat inter eos qui egeret. Poſtquã uero defraudauerant precium agri, inopinata morte correpti, conciderunt. Actor. 5. Hinc Arator. S. R. E. Subdiaconus Cardinalis in Act. Apoſtolorum lib. 1.

Decidit infœlix Ananias uulnere culpæ,
Fur cenſus ſub fraude ſui: cadit impia coniunx
Supplitio percuſſa pari, quia crimine ab uno
Fit commune nefas quoties ſcelus ante peractum
Conſenſum facit eſſe ſuum: nam mentis auaræ
Vindex illa fuit ſententia. Deniq; quando
Auri ceſſat amor, qui pectora ſemper adurit?
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum cuius uiolentius ardet

En hæretice, attende uotũ eſſe obſeruandum.

Ambitio creſcente modo: ſtimulantq; rapinis
Addita lucra fame: ſed quod mutata uoluntas
Falſi crimen habet cumq; eſt iam cautio uoti
Stare decet nec uelle prius uiolare ſequenti
Ius proprium retinere magis quam demere fas eſt,
Omnibus exemplum ſanxit uindicta duorum
Ne quis dona uocet quæ ſponſio debita poſcit.
Reſpice uera fides, ac dogmate clara beati
Verba require Petri. Quis nam te fallere ſuaſit?
Concluſitq; probans homines haud talia fando
Deludis mentite DEO, quæ damnat iniquos,
Aedificat doctrina pios: quod ſpiritus almus
Sit DEVS ex multis plena eſt inſtructio libris,
Et tamen hinc caput arma fides, quo tenditis ultra,
Quis dubitet quod Petrus ait? Qui iure uenitis
Ad latices, hoc ſtate loco: ſatis hoſtibus obſtat
Eccleſiæ, quod forma ſonat diuiſor amare

Iudicium

Iudicium de ſine time, qui criminis autor,
Erroriſq; tui eſt fuſa ruit Arrius aluo
Infœlix plus mente cadens, lethumq; peremptus
Cum Iuda commune tulit: qui gutture pendens *Arrij obitus.*
Viſceribus uacuatus obit: nec pœna ſequeſtrat
Quos par culpa ligat, qui maieſtatis honori
Vulnus ab ore parant, hic prodidit, ille diremit
Sacrilega de uoce rei. DEVS arbiter orbis
Perſonis tribus eſt, in quo ſimul una poteſtas
Abſtulit his ſpecies operum bonitate creatas,
Qui fabricatoris non inſpexere decorem,
Erranteſq; putant, qui fecerit omnia factum.

EPHESINI.

S. IOANNES EVANGELISTA.

S. IOANNES Euangeliſta, frater Iacobi, patre Zebedæo natus, uxorem ducens in Chana, à CHRISTO è medijs reuocatus nuptijs, uirgo permanſit. Venerabilis Bed. in Homil. de Ioann. Syme. Metaphraſt. in uita Ioann. Euangel. Virginem fuiſſe feſtatur Hyeron. lib. 1. contra Iouin. D. Iſidor. Hiſpalen. in lib. de patribus nou. teſtament. De Ioanne Vide inter Sanctos Epheſinos.

AN. CHRI. XXXI.

En Illyrice, ſi Chriſto uirginitas minime placeret, nō reuocaſſet Saluator Ioānē è medijs nuptijs.

S. DRVSIANA.

S. DRVSIANA, fœmina nobilis & Chriſtiana, Vxor Andronici, B. Ioannis Euangeliſtæ in Epheſo prædicatione permota, ſepulchro ſe incluſit, ne uicta in arbitrium copulæ maritalis concederet. Mori enim elegerat quàm conſuetudinem repetere coniugij: nec à contemplatione cœleſtiu uel donis, uel ullis illecebris reuocari potuit. Abd. Apoſtol. hiſt. lib. 5.

AN. CHRI. XXXVI.

Quid hic dicis heretice, cū Druſiana ſepulchro ſe incluſerit, ne in arbitriū copulæ maritalis cōcederet?

HIERAPOLITANI IN PHRIGIA.

S. MARIAMNA.

S. MARIAMNA, Philippi Apoſtoli filia, omne uitæ tempus uirginitatis uoto tranſegit. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 2. cap. 39. Abd. Apoſt. hiſtor. lib. 10. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 107. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 11.

ANNO CHRISTI XL.

Votum uirginitatis.

CÆSARIENSES IN CAPPADOCIA.

S. LONGINVS.

S. LONGINVS Centurio, qui lancea latus Domini noſtri IESV CHRISTI pendentis in Cruce aperuit, ab Apoſtolis baptizatus, in Cæſarea Cappadociæ XXXVIII. Annis monachum egit. Symc. Metaphraſt. in uit. S. Longin. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 201. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 6. Vincent. lib. 7. cap. 46. Caniſ. in Martyrol. Venerab. Beda ſub Id. Mart. in Martyrol.

AN. CHRI. XXXV.

S. Lōginus in Cæſarea Cappadociæ 38. annis monachum egit.

BABYLO-

BABYLONIS IN PERSIDE.

S. EVPHROSINVS.

ANNO CHRISTI XXXVII. Votum uirginitatis.

S. EVPHROSINVS Diaconus, Apoſtolorum Simonis & Iudæ diſcipulus, uir caſtus fuit, & nunquã inquinauit carnem ſuam, in uirginitatis uoto perpetuo manens. Abd. Apoſt. Hiſtor. lib. 6. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 115. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 14. Vincent. lib. 9. cap. 81.

ICONII.

S. THECLA.

ANNO CHRISTI LVI. Sponſis per uerba de futuro ſemper licuit, ſemperq́; licebit etiã inuita cõſorte uouere caſtitatem.

S. THECLA, Iconij à Paulo conuerſa, ſponſo Thamiro renunciauit datam connubij fidem, & conſecrata à Gentium Doctore, profeſſa eſt uirginitatem. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 110. Vincent. lib. 9. cap. 47. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 5. Caniſ. in Martyrol. Epiphan. hæreſ. 78.

HADRIANOPOLIS IN INDIA.

S. PELAGIA.

ANNO CHRISTI XXXV. En Illyrice, et S. Pelagia uirgo à Thoma Apoſtolo è medijs eſt euocata nuptijs.

S. PELAGIA Virgo, Regis Indiæ Gundofori filia, à D. Thomæ CHRISTI Apoſtolo, è medijs euocata nuptijs DEO lucri fit, atq́; ſacro uelamine conſecratur. Abd. Apoſt. Hiſtor. lib. 9. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 80. Vincent. lib. 9. cap. 64. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 10. Caniſ. in Martyrol.

FINIS TERTIÆ PARTIS, CENTENARII PRIMI, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ.

GVILIELMI

GVILIELMI EYSEN-GREINEI DE NEMETO SPIrenſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

CENTENARIVS PRIMVS.

PARS QVARTA.

DISTINCTIO PRIMA.

DE CONVERSIONIBVS REGIONVM Italiæ ad fidem Chriſtianam.

CONVERSIO ITALIÆ.

SANCT. PETRVM principem Apo- ANNO
ſtolorũ in Italia CHRISTI propagaſſe eccleſiam, au- XLIIII.
tor eſt Niceph. Sac. Hiſt. lib. 3. ca. 1. Iſidor. Iſpal. epiſc.
in uit. Petr. & Pauli. Metaphraſt. in uita Petr. In Italia
quocꝫ propagationem ſactã Euangelij ante Pauli ad- ANNO
uentũ, Actor. 28. demonſtratur. Nam quando cap- LVIII.
tiuus Romã adducebatur, Puteolis, quæ ciuitas in ſi-
nu Neapolitano ſita eſt, Chriſtianos reperit, ac ſep-
tem dies apud eos manſit.

IN Italia Paulus CHRISTVM prædicauit, ut Metaphraſt. affirmat in ANNO
uit. princip. Apoſtol. Pet. & Pauli. Athanaſ. ad Dracont. Epiphan. aduerſ. LXI.
hæreſ. lib. 1. tom. 2. Doroth. epiſ. Tyri in Sinop. de 12.

BARNABAS quocꝫ Italiæ loca multa Euangelio CHRISTI reple- ANNO
uit, huius author eſt Metaphraſt. in uita Barnab. Clemens recognit. lib. 1. Ber- XLIII.
gomen. Chron. lib. 8.

ROMANORVM.

CHRISTO credidiſſe Romanos, & uerbi diuini prouentus fœlices a-
pud eandem Eccleſiam ſemper manſiſſe, ſeries Pontificum omnium anno-
rum indicabit.

PETRVM Apoſtolorum Coryphæum, ad ſuperandum Simonem ANNO
Magum, ſub Claudio Romam appuliſſe, ibidem quotidie Synaxes celebraſ- XLIIII.
ſe, XXV. Annis cathedram Epiſcopalem tenuiſſe, unum DEVM patrem
omnipotentem, unum Dominum IESVM CHRISTVM filium ue-
rum de DEO uero, & unum Spiritum ſanctum Dominum & uiuificum in
Synagogis & domi docuiſſe, multos ad fidem in Chriſtum attraxiſſe, & per
ſanctum baptiſma ab errore idolorum liberaſſe, adeo, ut breui tempore ad ſa-
crum regenerationis fontem omnes ferè accurerint, & DEO per Apoſtoli
doctrinam crediderint, commemorat Metaphraſt. in uita Apoſtol. Petr. &

 Pauli.

Pauli. Ad. Vienen. Chron. ætat. 6. Euſeb. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 14. & lib. 3. cap. 2. & in Chron. Gregor. Turon. Hiſt. lib. 1. Egeſipp. Comment. lib. 3. cap. 2. Abdi. Babylon. Epiſc. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſtol. lib. 1. Linus Papa in Vit. Petri. Oroſ. Hiſtor. lib. 7. cap. 2. Hieronym. de uir. illuſtrib. in Petro, Damaſ. in Vit. Petri. Beda Venerab. de temporib.

ANNO XLIII. D. BARNABAS Romam ueniens, gratam de CHRISTO famam initio prædicationis ſuæ tempeſtiuè propagauit, ac multos ad CHRISTVM contulit. Clemens lib. 1. Recognit. Metaphraſt. in Vit. Apoſt. Petr. & Pauli. Alexander Monachus in Vit. Barnabæ. Doroth. in Synop. de 70.

ANNO LVIII. ROMÆ congregatio fidelium erat priuſquam Paulus eò adduceretur, idq; teſtatur ipſe Apoſtolus ad Roma. cap. 16. Nominat enim plures qui tum Romæ fuere, cum uiros tum fœminas, Euangelij propagationem adiuuantes. Nam ibi ſunt Andronicus & Iunias, nobiles in Apoſtolis. Item Priſcilla & Aquila & alij.

ANNO LIX. FRATRES Chriſti fideles accepto nuncio Paulum aduentare ad urbem, ei uſq; ad forum Appium & tres Tabernas obuiam procedunt, eumq; excipiunt. Lucas Act. cap. 28.

ANNO LIX. PAVLVS Apoſtolus, cum à Feſto Præſide Iudeæ, & Agrippa Rege Romam mitteretur, quia ad Cæſarem appellauerat, ibidem toto biennio in conducto ſuo hæſit, & omnes qui ingrediebantur ad eum ſuſcepit, regnum DEI prædicans, ut quę ſciret de Domino IESV CHRISTO cum omni fiducia ſine impedimento nunciaret. Actor. cap. 28.

ANNO LIX. PAVLI uincula, cum Romæ captiuus detineretur, etiam in prætorio eſſe manifeſtata, & quoſdam è familia Cæſaris uerbo CHRISTI ſe adiūxiſſe, uas ipſum electionis de ſe commemorat ad Philippen. cap. 1.

ANNO XLIIII. S. LINVM Papam, Volaterranum, à Petro Apoſtolorum Corypheo ſacris Romæ imbutum, diuinoq; adhibitum lauacro, Volaterr. teſtatur Commentar. lib. 22.

ANNO LXVIII. S. XLVII. Martyres cum B. Proceſſo & Martiniano, Romæ in Mamertina cuſtodia ſub monte Tarpeio, à D. Petro baptizati ſunt. Ado Treuerē. Iſuard. & Beda Venerab. in Martyrol. ſub 6. Non. Iul. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 199. Marian. Scot. Chron. lib. 2. ætat. 6. Hermann. Contract. in Chron.

ANNO XLIIII. S. MARCELLVM & Apuleium Martyres, Romę ab Apoſtolorum baptizatos principe, docent Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub Non. Octob.

ANNO LXXVII. S. CLETVM egiſſe Pontificem Romanum, nihilq; quod ad augendam DEI Eccleſiam pertineret prætermiſiſſe, author eſt Antonin. part. 1. tit. 7 cap. 2. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 89. Volaterr. Comment. lib. 22. Damaſ.

ANNO LXVII. de Pontif. Roman. Onuphr. de Vit. Pontific.

Forte uir infidelis nolebat cohabitare uxori Chriſtianæ ſine iniuria Chriſti. QVATVOR concubinæ Agrippæ præfecti, ex caſtitatis ſermone Apoſtolorum Coriphei Petri, concubitus maritalis obſequio Romæ ſe ſubtraxerunt. Linus Papa in uit. Petri. Marcell. Petr. diſcip. in uita Petr. Metaphraſt. in uit. Petri.

ANNO LXVII. B. PETRI Apoſtoli prędicatione, Romanas quaſdā matronas, ex conſenſu maritorū caſtitati ſe deuouiſſe, teſtis eſt Linus Papa in Vit. Petri. Marcell. Petri diſcip. in Vit. Petri. Metaphraſt. in Vit. Petri.

XANDIP-

XANDIPE, Vxor Albini, doctrina Petri Ponntificis Romæ permota, maritalem renuit thorum, Linus Papa in Vit. Petri. Marcell. Petri diſcip. in Vit. Petri. Metaphraſt. in Vit. Petri. ANNO LXVII.

Intellige ut paulò antemonuimus, niſi mauis tribuere ſimplicitati mulieris quæ putabat ſe benè facere ſubtrahens ſe à conſortio mariti, non bene intellectis laudibus caſtitatis.

S. NEREVM & Achilleum Martyres eunuchos, cum Plautilla, uxore Clementis conſulis, à B. Petro baptizatos Romæ, multos ſermonibus & miraculis ab errore reuocaſſe, Fl. Domicillæ uirginitatem ſuaſiſſe. Antonin. docet part. 1. tit. 7. cap. 1. §. 7. Ado Treueren. in Martyrol. ſub 4. Idus Maij. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 155. Valatetr. Comment. lib. 15. ANNO LXVII.

S. MARCVM Euangeliſtam, in urbe Roma Euangelium ſuum conſcripſiſſe, per manuum impoſitionem in Ægypti urbes à Petro miſſum fuiſſe, Alexander Monachus tradit apud Metaphraſt. in uit. S. Barnab. Metaphraſt. in uit. Apoſtoli Petr. & Pauli. Euſeb. Eccl. Hiſt. lib. 2. cap. 15. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 43. ANNO XLIIII.

S. LVCAS Euangeliſta, cum Paulo gentium Doctore Romam uenit, & in eadem urbe Actorum Apoſtolicorum librum compoſuit. Hieronym. in uir. illuſtr. ſub Luca. Metaphraſt. in uit. B. Lucæ. ANNO LIX.

IN diebus Claudij Cæſaris, Petrus Apoſtolorum anteſignanus, multos ex Iudæis, dum ſæpe ad eos qui Romæ erant ſermonem haberet, conuertit. Primit. Eccleſ. Prothonotar. in uit. Apollinar. ANNO XLIX.

SENATORES Romanos à Petro Apoſtolo conuerſos, author eſt Linus Papa in uit. Petri. ANNO XLIX.

S. PETRVM & Paulum, ſacramentũ cœleſtis regni uno ſpiritu prædicaſſe, & ſub unius diei paſsione doctrinam ſuam ſanguine & morte fortiſſima, in urbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, confirmaſſe, Maxim. Taurinen. epi. Sermo. 1. de Petr. teſtatum reliquit. Ambroſ. Serm. 66. S. Leo Papa Sermo. 1. de B. Petro & Paulo. Origen. lib. 3. ſup. Geneſ. Tertullian. lib. 4. aduuerſ. Marcion. Chryſoſt. in Sermo. de B. Petr. & Paulo. Lactant. Firmian. lib. 4. cap. 2. Iren. contr. hæreſ. lib. 3. cap. 1. & 3. Hieron. de uir. illuſtr. in Petro. ANNO LXVIII.

VERONENSIVM.

S. SYRVS, B. Hermagoræ Aquileien. Epiſcopi diſcipulus, Antiſtes Papiæ, nobiliſsimæ cuiuſdam uiduæ filium, Veronæ defunctum, ſua oratione à mortuis excitauit, eamq́ cum filio atq́ familia & magna populi multitudine ad CHRISTVM conuertit, & baptizauit. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 50. Bergomen. Chron. lib. 8. ANNO LXI.

AQVILEIENSIVM.

S. MARCVS Euangeliſta, infinitum populum Aquileiæ ſua prædicatione CHRISTO Domino acquiſiuit. Rurſus Euangelium, quod Romæ Latino conſcripſerat, Græco ibi exarauit eloquio. Et in eius ciuitatis ſuburbio, iuuenem leproſum, filium Vlphi, CHRISTI inuocato nomine lepra mundatum, una cum patre & omni familia ſacri baptiſmatis unda perfudit. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 86. Antonin part. 1. tit. 6. cap. 16. Bergomen. Chron. lib. 8. ANNO XLIIII.

ANNO XLV. S. HERMAGORAS, à B. Petro Aquileiæ conſtitutus Epiſcopus, maximam populi partem ad lucem ueritatis & fidem attraxit. Pontianum carceris cuſtodem, dum in tormentis eſſet, ad CHRISTVM conuertit, & poſt triduanum ieiunium baptizauit. Gregorium quoq; nobilem ciuem Aquileien. cuius filium à dæmonio uexatum liberauerat, cum coniuge, & duobus filiis, totaq; familia: & uiduam illuſtrem Alexandrinã cum omni familia CHRISTO uendicauit. Hieronym. ad Euagr. Ado Vienen. Chronic. ætat. 6. Petr. de Natal. libro 6. cap. 86. Volaterr. Commenc. libro 15. Sabellic. part. 4. libro 3. de uetuſtate Aquileiæ, & Ennead. 7. libro 4.

LOMBARDIÆ.

ANNO XLVI. S. BARNABAM Lombardiam circuiſſe, & omnia loca Euangelio CHRISTI repleuiſſe, Bergomen. affirmat Chronic. lib. 8. Alexand. monachus in Vit. Barnabæ.

PAPIENSIVM.

ANNO LXI. S. SYRVS Epiſcopus, B. Hermagoræ Aquileien. Antiſtitis diſcipulus, Papiam pertulit gratum Euangelij nuncium, errantes enim inſtitutis ſalutaribus informauit, ægrotos ſanauit, Miſſarum ſolennia celebrauit, Presbyteros atq; Diaconos ordinauit, cunctumq; populum ad CHRISTI fidem attraxit, & baptizauit. Petr. de Natal. libro 1. cap. 50. Bergomen. Chronic. lib. 8.

MEDIOLANENSIVM.

ANNO XLVI. D. BARNABAM Epiſcopum Mediolanum ueniſſe, atq; ſacramentum regni cœleſtis prædicaſſe, Doroth. Epiſcop. Tyri teſtatur in Synop. de 70. Clemens libro 1. recognit. Metaphraſt. in Vit. Apoſtol. Petri & Pauli.

ANNO XLVI. S. GERVASIVM & Prothaſium fratres, Mediolani per integrum decennium doctrinam CHRISTI tradidiſſe, D. Ambroſius aſſeuerat in Vit. Geruaſ. & Prothaſ. Metaphraſt. in Vit. eorundem. Beda Venerab. ſub 13. Calend. Iul. Pet. de Natal. lib. 6. cap. cap. 147.

ANNO LXIIII. PETRVM Apoſtolorum Coryphæum Mediolanum profectum ad Euangelij plautationem, Metaphraſt. in Vit. princip. Apoſtol. Petr. & Pauli commemorat.

ANNO LVIII. S. NAZARIVM & Celſum Mediolani docuiſſe, & Euangelium CHRISTI tradidiſſe, Metaphraſt. docet in Vit. S. Geruaſ. & Prothaſ. Nazar. & Celſ. D. Ambroſ. de B. Geruaſ. & Prothaſ. Ado Treueren. & Beda Venerab. ſub prid. Idus Iun. Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. Volaterr. Comment. lib. 14.

PLACENTINORVM.

ANNO LVIII. PLACENTIÆ collecta eſt Eccleſia CHRISTI per Nazarium & Celſum, Metaphraſt. in Vit. S. Geruaſ. & Prothaſ. Nazar. & Celſi. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 147. Antonin. part. 1. tit. tit. 6. cap. 27.

RAVENNATVM.

ANNO XLIX. RAVENNAM tempeſtiuè Euangelium IESV CHRISTI per

latum

latum conſtat. Nam Irenæi filium cæcum inuocato CHRISTI nomine Apollinarem illuminaſſe, & cum parentibus baptizaſſe: Tribuni uxorem Teclam per annos plurimos decumbentem ſanaſſe, ipſam cum uiro & filijs, atque omni domo ſacris undis perfudiſſe: Presbyteros atque Clericos ordinaſſe, Primit. Eccleſ. Prothonot. in uit. Apollinar. affirmant. Ado Treueren. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 10. Cal. Auguſt. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 128. Volaterr. Comment. lib. 13.

S. VITALEM CHRISTI uerbum docuiſſe Rauennæ, Vrticinũ medicum ad martyriũ cõfirmaſſe, Ado Treueren. Beda Venerab. & Iſuard. docent in Martyrol. ſub 4. Calend. Maij. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 95. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. Volaterr. Commentar. lib. 20. ANNO XLVI.

FESVLANORVM.

S. ROMVLVM Feſulas abijſſe, eaſque ad fidem uocaſſe, Volaterr. Comment. lib. 5. teſtatur. ANNO XLIX.

CLASSENSIVM.

S. APOLLINAREM, Epiſcopum Rauennatum, in Ciuitate Claſsis nobilem mutum ſanaſſe, ſpiritum immundum inuocato CHRISTI nomine expuliſſe, & plus quam quingentos gentiles conuertiſſe, Primit. Eccleſ. Prothonot. in uit. Apollinar. affirmant. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 128. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 2. ANNO LXI.

ÆMILIÆ.

ÆMILIAM Apollinarem Epiſcopum Rauennæ ueniſſe, & ibi Eccleſiam collegiſſe, teſtantur Primit. Eccle. Prothonot. in uit. Apollinar. Ado Treueren. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 10. Cal. Auguſt. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 128. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 2. ANNO LXI.

LVCENSIVM.

S. PAVLVS Sergius Epiſcopus Narbonenſis, CHRISTI Eccleſiam Lucæ collegit, filium cæcum mulieris uiduæ quæ ipſum hoſpitio ſuſceperat illuminauit, eamque cum filio & multis ad CHRISTVM conuertit, Petr. de Natal. lib. 1. cap. 60. ANNO XLIX.

PISANORVM.

S. TORPETEM, Eccleſias Piſæ conſtituiſſe, & Conſiliarium Neronis Euellium CHRISTO uendicaſſe, Ado Treueren. affirmat in Martyrol. ſub 16. Cal. Iun. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 8. ANNO LXIII.

ESTENSIVM.

IN Eſtenſiũ urbe collectam à Proſdocimo Patauino Epiſcopo CHRISTI Eccleſiam, Petr. de Natal. oſtendit lib. 10. cap. 33. ANNO LVIII.

ASYLI.

IN Aſylo caſtello Proſidocimum Patauinum Epiſcopum Euangelium IESV CHRISTI docuiſſe, liquido conſtat ex Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33. ANNO LVIII.

PADVANORVM.

S. PROSDOCIMVS Epiſcopus, Paduam profectus ad Euangelij ANNO XLIX.

plantationem, multitudinem languentium oratione ad DEVM fuſa extra urbis portam ſanauit, CLX. gentilium conuertit, Vitalianum Regem in urbe Patauina cum uxore Præpedigna & tota familia baptizauit, uniuerſum quoque Ciuitatis populum & oppidorum circumiacentium CHRISTO lucratus eſt. Ado Treueren. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 7. Id. Nouembr. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33. Volaterr. Commentar. lib. 4.

VINCENTINORVM.

ANNO LVIII. VINCENTINIS Proſdocimum CHRISTI Euangelium tradiſſe, Petr. de Natal. refert lib. 10. cap. 33.

FELTRENSIVM.

ANNO LVIII. IN Feltrenſiū Ciuitate B. Proſdocimus Patauinus Epiſcopus Verbū DEI propagauit, multum CHRISTO uendicans populum. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33.

ALTINENSIVM.

ANNO LVIII. ALTINAM Ciuitatem Italiæ à D. Proſdocimo CHRISTI Euangelium relictis idolis hauſiſſe, Petr. de Natal. ſcribit lib. 10. cap. 33.

PHOTICENSIVM.

ANNO LXIIII. S. PETRVM Apoſtolorum Principem in Photicen ueniſſe CHRISTI Euangelium propagaſſe, Presbyteros atque Diaconos conſecraſſe, Metaphraſt. docet in uit. Apoſtol. Petr. & Pauli.

TARVISIORVM.

ANNO LVIII. IN Taruiſio Ciuitate B. Proſdocimus CHRISTI Eccleſiam congregauit, Euphroſyni filiam cœcam ſigno Crucis facto illuminauit eamque cum parentibus & alijs plurimis ſacris undis perfudit: Theodoram Comitis cuiuſdam uxorem infirmam ſanauit, ipſamque una cum Comite marito & filijs ac uniuerſa domo hominum circiter CXII. baptizauit. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33.

NVCERINORVM.

ANNO LVII. S. FOELICEM Presbyterum Nuceriam ueniſſe, ueram religionem & idolorum uanitatē prædicaſſe, Ado Treuereñ. docet in Martyrol. ſub 13. Cal. Octobr. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 96.

CAMPANIÆ.

ANNO XLV. S. PRISCVS diſcipulus ex LXX. in partibus Campaniæ Euangelium prædicauit. Ado Treueren. in Martyrol. ſub Calend. Septembr. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 17.

VOLATERRANORVM.

ANNO XLIX. S. ROMVLVM cum ſocijs Marchiciano & Cariſsimo apud urbem Volaterranam repleuiſſe omnia loca Euangelio CHRISTI, Antonin. teſtis eſt part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 4.

AMITERNORVM.

ANNO LXX. S. VICTORINVM Amiternæ docuiſſe, Beda Venerab. & Iſuard. docent in Martyrol. ſub Non. Septemb. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 1. §. 8. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 39.

NEAPOLITANORVM.

ANNO XLIX. S. ASPRENVS Principis Apoſtolorum Petri diſcipulus, Neapolitanis CHRISTI Euangelium tradidit, Volaterr. Comment. lib. 6.

PARTIS

PARTIS QVARTÆ.

DISTINCTIO. II.

DE CONVERSIONIBVS REGIONVM Germaniæ ad fidem Chriſtianam.

CONVERSIO GERMANIÆ.

SANCT. CRESCENTEM Pauli diſcipulum unum
exprimis Germaniæ Apoſtolis Annal. Moguntineñ. Spi- ANNO
reñ. atq; Argentorateñ. uocant. Vuolfg. Bawr in uit. Præ- LVIII.
ſul. Nemetocernæ. Ioann. Mutterſtat. in Epiſ. Spireñ.

S. THOMAM Apoſtolum Germanis CHRISTVM
Dominum annunciaſſe, Hieronym. ſcribit de Vir. illuſtrib. in Thoma. Do- ANNO
roth. Epi. Tyri in Synop. de 12. Viterbien. Chron. part. 14. Oecumen. in pro- XLV.
log. Actor.

S. DIONYSIVM Areopagitam Germanis CHRISTVM Domi- ANNO
nũ annunciaſſe, Metrodor. affirmat in Martyrol. Dionyſ. Michael Syn- LXIX.
gel. Presbyt. Hieroſol. in uit. eiuſdem.

MOGVNTINENSIVM.

S. CRESCENS Pauli diſcipulus Moguntinum populum ad CHRI-
STVM conuertit, Annal. Moguntineñ. Vuolfg. Bawr in uit. Præſul. Ne- ANNO
metocern. Ioann. Mutterſtat in Epiſc. Spireñ. LVIII.

TREVERENSIVM.

S. MATERNVS Eucharius atq; Valerius, Petri Apoſtolorũ princi- ANNO
pis diſcipuli, apud Treuerim Chriſtianæ pietatis ſementem fecere. Annal. LIIII.
Spireñ. Treuereñ. atq; Argentorateñ. Method. in Chron. Beda Venerab. in
Martyrol. ſub 18. Cal. Octob. Marian. Scot. Chron. lib. 2. ætat. 6. Vuolfg.
Bawr in uit. Præſul. Nemetocer. Ioañ. Mutterſtat in Epiſc. Spireñ. Nau-
cler. part. 2. generat. 2. Eckius Homil. 4. de S. Petr. & Paulo.

IN Vrbe Treueri collecta eſt Eccleſia CHRISTI per S. Nazarium, ANNO
Petr. de Natal. lib. 6. cap. 147. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 27. LIX.

SPIRENSIVM.

SPIRÆ Creſcentem Pauli diſcipulum docuiſſe, annotat Vuolfg Bawr ANNO
in uit. Præſul. Nemetocernæ. Ioann. Mutterſtat de Epiſc. Spireñ. Annal. LVIII.
Spireñ. Moguntineñ. & Argentorateñ.

S. MATERNVM Eucharium atq; Valerium, Petri diſcipulos, Nemetũ ANNO
fines circuiſſe, & Spiræ uixiſſe, Vuolfg. Bawr commemorat in uit. Præſul. LIIII.
Nemetocernæ. Ioann. Mutterſtat. de Epiſc. Spireñ. Annal. Moguntineñ.
Spireñ. & Argentorateñ.

VVORMACIENSIVM.

PETRI Apoſtolorũ Coryphæi diſcipulos Maternũ Eucharium atq; Va- ANNO
leriũ Vuormatiã quoq; ad Euangelij plantationẽ profectos, teſtantur Annal. LIIII.
Vuormatieñ. Vuolfg. Bawr in uit. Præſul. Nemetocernæ.

ALSATIÆ.

ANNO LIIII. TRIBOCOS in Alſatia, à S. Materno Petri diſcipulo ad fidem Chriſtianam perductos, Michaël Buochinger. in Eccleſ. ſua Hiſto. annotat. Eckius Homil. 4. de B. Petro & Paulo.

ARGENTORATENSIVM.

ANNO LIIII. S. MATERNVS, Apoſtolorum Coryphæi Petri diſcipulus, Argentoratenſes ad CHRISTI fidem pertraxit. Annal. Argentoratẽ. Vuolſg. Bawr in uit. Præſul. Nemetocernæ, Michaël Büchinger. in Eccleſ. ſua Hiſtor.

NORICI.

ANNO LVI. S. LVCIVS Cyrenenſis, Pauli commilito & cognatus, in Vindelicia, Rhetijs, prouincijsq́ Iſtro conterminis CHRISTI doctrinam tradidit. Auentin. Annal. Boior. lib. 2.

LAVREACENSIVM.

ANNO XL. S. MARCVS, quem Paulus ſuum collegam uocat eiusq́ mentionem in Epiſt. ad Timoth. & Philemon. facit, in Norico Laureaci Euangelium propagauit. Annal. Patauien Auentin. Annal. Boior. lib. 2.

MOSSELLANORVM.

ANNO XLIX. S. CLEMENTEM Epiſcopum Metenſem Moſellanis CHRISTI uerbum annunciaſſe, Treueren. Annales edocent.

COLONIENSIVM.

ANNO LIIII. S. MATERNVM, Eucharium & Valeriũ, à Petro miſſos eſſe ut Coloniæ & Treueris docerent, Annal. Colonien. Treueren. atq́ Tungren. teſtantur. Beda Venerab. in Martyrol. ſub. 18. Cal. Octob. Method. in Chron. Eckius Homil. 4. de S. Apoſtol. Petr. & Paul. Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. Naucler. part. 2. generat. 2. Iſuard. in Martyrol. ſub 4. Calend. Febr.

BARDOVICENSIVM.

ANNO LIIII. S. ÆGISTVM, unum de LXX. CHRISTI diſcipulis, à Petro in Germaniam miſſum, in Bardewick ad filium Elmenow, non procul ab eo loco ubi nunc Luneburga ſita eſt, Euangelium prædicaſſe, Henric. de Erſford. cap. 5. refert.

TVNGRENSIVM.

ANNO XCVII. TVNGRENSIBVS concionatum eſſe B. Maternum Petri diſcipulum, Tungrẽ. Annal. edocent. Anton. Monchiaceñ. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 37.

BRIXIENSIVM.

ANNO LXI. S. SYRVS Epiſcopus Papienſis, B. Hermagoræ Aquileienſium Antiſtitis diſcipulus, Brixienſibus doctrinam CHRISTI tradidit, Pet. de Natal. lib. 1. cap. 50. Bergomen. Chron. lib. 8.

ILLYRICI.

ANNO XLV. PAVLVS ſe ab Hieroſolymis uſq́ ad Illyricum repleuiſſe omnia loca Euangelio CHRISTI ad Roman. cap. 15. affirmat.

PANNONIÆ.

ANNO LIX. IN Pannoniam pertulit gratum Euangelij nunciũ S. Andronicus, unus ex numero LXX. diſcipulorum CHRISTI. Volaterr. Commentar. lib. 19. Doroth. Epi. Tyri in Synop. de 70.

PARTIS QVARTÆ.

DISTINCTIO. III.

DE CONVERSIONIBVS REGIONVM Galliæ ad fidem Chriſtianam.

CONVERSIO GALLIÆ.

IN Gallia factam tempeſtiuè propagationem uerbi, Euſeb. ANNO
Sacr. Hiſt. lib. 3. cap. 4. affirmat dum Creſcentem in Galli- LXVIII.
am à Paulo miſſum ſcribit.

S. NAZARIVM Galliæ ciuitates obijſſe, & in eas ANNO
ueritatis ſemina deieciſſe, Metaphraſt. docet in Vit. S. Ger- LIX.
uaſ. Prothaſ. Nazar. & Celſi.

PAVLVM Apoſtolum in Gallia uerbum CHRISTI diſſeminaſſe, ANNO
multos à dijs patrijs euulſiſſe, & cum grege Domini coniunxiſſe, Metaphraſt. LXV.
annotat in uit. Apoſt. Petr. & Pauli.

PHILIPPVM quoque Apoſtolum ad Gallias perueniſſe ut CHRI- ANNO
STVM Dominum prædicaret, Iſidor. Iſpalen. oſtendit in lib. de patribus XLVI.
noui Teſtament.

GALLI Occidentales ab Areopagita Dionyſio & ſocijs eius CHRI- ANNO
STI uerbum hauſerunt. Metrodor. in Vit. Dionyſ. Metaphraſt. in Vit. eiuſ- LXIX.
dem. Gregor. Turonen. Hiſt. lib. 1.

METENSIVM.

S. CLEMENS cognomento Flauius, Conſul Romanorum, patruus ANNO
Clementis Papæ, gratam Metenſibus de CHRISTO famam propagauit, XLIX.
ægris oratione fuſa ſanitatem reſtituit, Miſſarum ſolennia celebrauit, Cleri-
cos ordinauit, & Eccleſias conſtruxit. Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 26. Petr. de
Natal. lib. 10. cap. 113. Vincent. lib. 9. cap. 42. Antoni. Monchiacen. Demo-
car. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 33.

GEBENNENSIVM.

APVD Gebennenſes facta eſt propagatio Euangelij CHRISTI per ANNO
S. Nazarium. Petr. de Natal. 6. cap. 147. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 27. Anto- LVIII.
ni. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 30.

VIRDVNENSIVM.

IN Virduno Sanctinus CHRISTVM prædicauit, Anton. Monchia- ANNO
cen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 33. XCVI.

REMENSIVM.

S. TIMOTHEVM & Apollinarem in urbe Remenſi CHRISTI ANNO
propagaſſe Eccleſiam, author eſt Gregor. Turonen. in lib. in glor. plurimor. LIX.
Martyr. edito cap. 62. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 95.

deſtructis, uniuerſum populum baptizauit. Antonin.part.1.tit.6.cap.28.§.2. Petr.de Natal.lib.4.cap.15. Volaterr.Commentar.lib.19.

ENGOLISMENSIVM.

S. MARTIALIS, Engoliſmenſes ad CHRISTVM traduxit. Anton.Monchiacen.Democar.lib.2.de Miſſ.contr.Caluin.cap.25. ANNO XLVII

RVLIACENSIVM.

IN Villa Ruliaco B.Regulum CHRISTI uerbum euangelizaſſe, Antonin.affirmat part.1.tit.6.cap.28.§.2.Petr.de Natal.lib.4.cap.15. ANNO LXIX.

LAVRIENSIVM.

LAVRIVM Siluanectenſium Antiſtitem Regulum ueniſſe, & ibi Eccleſiam collegiſſe, Petr.de Natal.teſtatur lib.4.cap.15. Antonin.part.1.tit.6.cap.28.§.2. ANNO LXIX.

TVLLENSIVM.

S. MANSVETVS CHRISTI Eccleſiam apud Tullum collegit, Petr.de Natal.lib.11.cap.ult.Anton.Monchiac.Democ.lib.2.de Miſſ.cont. Caluin.cap.33. ANNO LXIX.

SANTONENSIVM.

S. MARTIALEM Santonæ CHRISTI propagaſſe Eccleſiam, author eſt Anton.Monchiac.Democ.lib.2.de Miſſ.contr.Caluin.cap.25. ANNO XLVII.

S. EVTROPIVM, Perſarum Regis filium Santonæ Euangelium propagaſſe, Euſtellam Santonum Principis filiam conuertiſſe, & ſacro uirginitatis uelamine conſecraſſe, multumq; populum Domino acquiſiuiſſe, Ado Treueren.& Iſuard.docent in Martyrol.ſub prid.Calend.Maij, Beda Venerab.in Martyrol.ſub 3.Calen.Maij, Gregor.Turon.lib.in glor.plurim.Martyr.edito. Petr.de Natal.lib.4.cap.105. Antonin.part.1.tit.6.cap.28.§.6. ANNO LXIX.

VIENENSIVM.

D.CRESCENS, Viennam ueniens, gratam de CHRISTO famam initio prædicationis ſuæ tempeſtiuè propagauit, ac multos ad CHRISTVM contulit. Ado Vienen.Chron.ætat.6.Beda Venerab.ſub 4.Calend Ianuar. Petr.de Natal.lib.2.cap.15. ANNO LXVIII.

AGENENSIVM.

S. MARTIALIS, infinitum populum apud Agenenſes ſua prædicatione CHRISTO Domino acquiſiuit, Antoni. Monchiac. Democ.lib.2.de Miſſ.contra Caluin.cap.25. ANNO XLVII.

PICTAVIENSIVM.

S. MARTIALIS, apud Pictauos conſtitutus, maximam populi partem ad lucem ueritatis & fidem attraxit. Anton.Monchiac.Democ.lib.2.de Miſſ.contr.Caluin.cap.25. ANNO XLVII.

AVRELIANENSIVM.

S. ALTINVM, diſcipulum ex LXX. Aureliam circuiſſe, & Euangelio CHRISTI omnia loca repleuiſſe, Anton.Monchiac.Democ.affirmat lib.2.de Miſſ.contr.Caluin.cap.18. ANNO LIIII.

BVRDEGALENSIVM.

ANNO XLVII. S. MARTIALIS CHRISTI diſcipulus ex LXX. Burdegalam pertulit gratum Euangelij nuncium. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. Antoni. Monchiacen. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25.

ROTHOMAGENSIVM.

ANNO LXIX. S. NICASIVM Epiſcopum, Rothomagum ueniſſe, atq; ſacramentum regni cœleſtis prædicaſſe, Anton. Monchiacen. Democar. teſtatur lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 20.

CARNOTENSIVM.

ANNO XXXVI. S. ADVENTINVM, Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulum, Carnoti doctrinam CHRISTI tradidiſſe, Antoni. Monchiacen. Democar. aſſeuerat lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 18.

ANNO LXIX. S. CARAVNVM Carnotum profectum ad Euangelij plantationem, Iſuard. docet in Martyrol. ſub 5. Calend. Iun. Petr. Natal. lib. 5. cap. 60. Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 2.

TRECENSIVM.

ANNO LIIII. S. AMATOREM Trecas ueniſſe, & Euangelium CHRISTI tradidiſſe. Anton. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. cont. Caluin. cap. 19. commemorat.

CENOMANENSIVM.

ANNO XLVI. CENOMANIS collecta eſt Eccleſia CHRISTI per S. Iulianum, qui & Defenſorem Cenomanicæ ciuitatis Principem cũ tota familia multaq; nobilium turba baptizauit. Volaterr. Commentar. lib. 3. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 35. Iſuard. in Martyr. ſub prid. Non. Mart. Anton. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 4.

BAIOCENSIVM.

ANNO LXIX. S. EXVPERIVM CHRISTI uerbum apud Baiocenſes docuiſſe, Anton. Monchiac. Democ. docet lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 21.

TORNACENSIVM.

ANNO LXIX. TORNACVM Piatorem ueniſſe, & ibi Eccleſiam collegiſſe, teſtatur Petr. de Natal. lib. 9. cap. 11.

CADVRCENSIVM.

ANNO XLVII. S. MARTIALEM Cadurcenſes conuertiſſe, Anton. Monchiac. Democa. lib. 2. de Miſſ. cont. Caluin. cap. 25. affirmat.

SVCCESSIONVM.

ANNO LX. S. SIXTVS, Petri Apoſtolorum principis diſcipulus, CHRISTI apud Sueſſiones collegit, Anton. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 15.

ANICIENSIVM.

ANNO LXIX. S. MARTIALEM Eccleſiam CHRISTI Anicij conſtituiſſe. Antoni. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. contra Caluin. cap. 25.

PETRAGORICENSIVM.

ANNO LIIII. IN Petragoricenſium urbe collectam à Frontone Epiſcopo CHRISTI Eccleſiam, Beda Venerab. oſtendit in Martyrol. ſub 8. Cal. Nouem. Volaterr. Comment. lib. 3. & 16. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 1.

ARVE-

ARVERNENSIVM.

IN Aruerna Vrbe S.Martialem Epiſcopum Euangeliũ IESV CHRISTI docuiſſe,liquidò conſtat ex Anton.Monchiac.Democ. lib. 2. de Miſſ. contr.Caluin.cap.25. ANNO XLVII.

MELDENSIVM.

S. DIONYSIVS Areopagita profectus ad Euangelij plantationem, Meldenſes ad fidem cõuertit,Anton.Monchiac.Democ.lib.2. de Miſſ.contra Caluin.cap.19. ANNO LXIX.

MELDENSIBVS B.Sanctinum CHRISTI Euangelium tradidiſſe,Petr.de Natal.refert lib.8. cap.108.Antonin.part.1.tit.6.cap.28.§.1. ANNO XCVI.

RVTHENENSIVM.

RVTHENAM Ciuitatem Galliæ à S.Martiale CHRISTI Euangeliũ relictis idolis hauſiſſe,Anton.Monchiac.Democ. ſcribit lib. 2.de Miſſ. contr.Caluin.cap.25. ANNO XLVII.

TOLOSANORVM.

IN Toloſana Ciuitate B. Martialis uerbum DEI propagauit,multum CHRISTO uendicans populum,Anton. Monchiac. Democ. lib.2. de Miſſ.contr.Caluin. cap.25. ANNO XLVII.

AVINIONENSIVM.

S. RVFVM, Pauli Sergij diſcipulum,Auinionum ueniſſe,& CHRISTI Euangelium propagaſſe,Petr.de Natal.docet lib. 1. cap.60.Antonin. part.1.tit.6.cap.28. §.6. ANNO LXIII.

MIMIATENSIVM.

IN Mimiato Ciuitate S.Martialis CHRISTI Eccleſiam congregauit, Anton.Monchiac.Democ.lib.2.de Miſſ.contr.Caluin.cap.25. ANNO XLVII.

ARELATENSIVM.

S. TROPHIMVM, B.Petri diſcipulum,Arelatum ueniſſe, ueram religionem & idolorum uanitatem prædicaſſe, Ado Vienen. docet Chron.ætat.6. Gregor.Turonen.Hiſtor.lib.1.Beda Venerab.in Martyrol. ſub 4.Calend.Decemb.& 4.Calend.Ianuar.Petr.de Natal.lib. 2. cap.18. ANNO LVI.

S. PAVLVS Sergius,Gentium Doctoris diſcipulus,Arelati Euangelium prædicauit,Antonin.part.1.tit.6.cap.28.§.6.Pet.de Natal.lib.1.cap. 60. ANNO XLVIII.

S. REGVLVM apud urbẽ Arelatenſem repleuiſſe omnia loca Euangelio CHRISTI,Volaterr.teſtis eſt Comment.lib.19.Petr.de Natal.lib.4. cap.15.Antonin.part.1.tit.6.cap.28.§.2. ANNO LXIX.

MELIENSIVM.

S. NAZARIVM Meliæ docuiſſe,Metaphr.docet in uit.S.Geruaſ.Prothaſ.Nazar.& Celſi.ſub 14.Octobr. ANNO LIX.

AVRIENENSIVM.

S. PAVLVS Sergius,Gentium Doctoris diſcipulus, Aurienenſibus CHRISTI Euangelium tradidit.Petr. de Natal. lib.1. cap. 60. Antonin. part.1.tit.6.cap.28.§.6. ANNO XLVIII.

EBREDVNENSIVM.

S. PAVLVM Sergium , Ebredunenſibus CHRISTVM Dominum annunciaſſe,Antonin.ſcribit part.1.tit.6.cap.28.§.6.Pet.de Natal.lib.1. cap.60. ANNO XLVIII.

AQVENSIVM.

ANNO XLVI. S. MAXIMINVS, diſcipulus ex LXX. Aquenſem populũ ad CHRISTVM conuertit. Volaterr. Comment. lib. 17. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 101. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 19. §. 1.

MASSILIENSIVM.

ANNO XLVI. IN Maſsilia collecta eſt Eccleſia CHRISTI per S. Lazarum, Beda Venerab. in Martyrol. ſub 16. Calend. Ianuar. Hamular. Fortunat. Archiepiſc. Treueren. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 72.

EBROICENSIVM.

ANNO XCIIII. EBROACI Taurinum Epiſcopum docuiſſe, teſtatur Anton. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 21.

TEMERENSIVM.

ANNO LVIII. S. NAZARIVM Temerum Galliæ urbem ad Euangelij plantationem profectum, Metaphraſ. commemorat. in uit. S. Geruaſ. Prothaſ. Nazar. & Celſi.

NARBONENSIVM.

ANNO XLVIII. NARBONÆ S. Paulus Sergius CHRISTI Eccleſiam congregauit, filium Principis eius Ciuitatis dæmonio liberauit, eumq́ cum matre & alijs plurimis ſacra unda perfudit, Bed. Venerab. & Iſuar. in Martyrol. ſub 11. Calend. April. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 60. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 6. Gregor. Turonen. Hiſt. lib. 1.

PARTIS QVARTÆ

DISTINCTIO IIII.

DE CONVERSIONIBVS REGIONUM Hiſpaniæ ad fidem Chriſtianam.

CONVERSIO HISPANIÆ.

ANNO LXV. HISPANOS à S. Paulo Apoſtolo Gentium Doctore ad fidem Chriſtianam perductos, Metaphraſt. annotat in uit. Apoſt. Petr. & Pauli. Athanaſ. ad Dracont. Epiphan. lib. 1. Tom. 2. hæreſ. 27. Iſidor. Epi. Iſpalen. de patr. Noui Teſtament. Doroth. Epi. Tyri in Synop. de 12.

ANNO XLV. S. IACOBVS Apoſtolus, filius Zebedæi, Hiſpanos ad CHRISTI fidem pertraxit, Iſidor. Iſpalen. in lib. de patrib. Noui Teſtamenti. Viterbien. Chron. part. 14. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 133. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 7.

TOLETANORVM.

ANNO LXIX. S. EVGENIVS, Areopagitæ diſcipulus, Toleti Euangelium CHRISTI propagauit. Petr. de Natal. libr. 10. cap. 62. Antonin. part. 1. tit. 8. cap. 28. §. 4. Vincent. lib. 10. cap. 35.

ACCIORVM.

ACCIORVM.

S. TORQVATVM, Iacobi Zebedæi diſcipulum, Accitanis CHRI- ANNO.
STI uerbum annunciaſſe, Beda Venerab. & Iſuard. edocent. in Martyrol. XLV.
ſub Id. Maij. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 3. Ado Treueren. ſub Id. Maij.

VERGIORVM.

S. CTESTIPHONEM, Iacobi Maioris Apoſtoli diſcipulum, Ver- ANNO
gijs concionatum eſſe, Petr. de Natal. teſtatur lib. 5. cap. 3. Ado Treueren. XLV.
Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub Id. Maij.

ABVLENSIVM.

S. SECVNDVS, Abulenſibus doctrinam CHRISTI tradidit. Petr. ANNO
de Natal. lib. 5. cap. 3. Ado Treueren, Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. XLV.
ſub Id. Maij.

VRCIORVM.

VRCIS pertulit gratum Euangelij nuncium S. Indalecius, Iacobi Ze-
bedæi diſcipulus. Autor. qui ſupr. ANNO XLV.

HELIBERRORVM.

APVD Heliberros factam tempeſtiuè propagationem uerbi per S. Cæ- ANNO
cilium, Author. ubi ſupr. affirmant. XLV.

CARCESIORVM.

S. HESYCHIVS Iacobi maioris Apoſtoli auditor, gratam Carceſis ANNO
de CHRISTO famam propagauit. Ibidem. XLV.

ELITVRGORVM.

APVD Eliturgós facta eſt propagatio Euangelij CHRISTI. Qui ſupr. ANNO XLV.

TARRACINORVM.

S. EPAPHRODITVM in Tarracina uerbum CHRISTI diſſe-
minaſſe, multos à dijs patrijs euulſiſſe & cum grege Domini cõiunxiſſe, Me- ANNO
taphraſt. annotat in uit. Apoſt. Petr. & Pauli. XLVIII.

SIRMIORVM.

IN Sirmio S. Epænetus Apoſtolorũ Principis diſcipulus CHRISTVM
prædicauit. Metaphraſt. in uit. Apoſtol. Petr. & Pauli. ANNO LXVIII.

PARTIS QVARTÆ.

DISTINCTIO. V.

DE CONVERSIONIBVS REGIONVM Græciæ ad fidem Chriſtianam.

CONVERSIO GRÆCIÆ.

SANCT. PAVLVM Apoſtolum Græciæ Ciuitates ob- ANNO
ijſſe, & in eas ueritatis ſemina deieciſſe, Metaphraſt. docet in XLIX.
uit. Apoſt. Petr. & Pauli. Athanaſ. ad Dracont. Theodor.
Daphnopat. in encom. S. Pauli.

THRACIÆ.

THRACIÆ.

ANNO XLVII. S. ANDREAS Apoſtolus, infinitũ populum ſua prædicatione apud Thraces Domino acquiſiuit. Abdi. Babyl. Epi. Apoſtol. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 3. Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 39. & lib. 8. cap. 6.

ANNO LXI. S. APOLLINAREM in Tracia CHRISTI propagaſſe Eccleſiã, author eſt Petr. de Natal. lib. 6. cap. 128. Primit. Eccle. Prothonot. in uit. Apollinar.

CONSTANTINOPOLITANORVM.

ANNO XLV. S. ANDREAM Apoſtolum docendi gratia ſe contuliſſe Byzantium, Abdi. ſcribit Babyl. Epi. Apoſtol. diſcipu. certamin. Apoſt. lib. 3. Sozomen. Eccle. Hiſt. lib. 8. cap. 6. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 39. & lib. 8. cap. 6.

AMPHIPOLITANORVM.

ANNO XLIX. S. PAVLVM Gentium Doctorem Amphipoli cum Sila docuiſſe, Lucas docet Actor. cap. 17.

APOLLONIADVM.

ANNO XLIX. S. PAVLVS Apoſtolus Apolloniæ CHRISTVM prædicauit. Actor. 17.

MACEDONIÆ.

ANNO XLI. IN Macedonia S. Matthiam Apoſtolum CHRISTI uerbum Euangelizaſſe Petr. de Natal. affirmat lib. 3. cap. 149.

ANNO XLIII. S. PETRVS Apoſtolorum anteſignanus, apud Macedones CHRISTVM prædicans, populum gentilitatis errore liberauit, Metaphraſt. in uit. Apoſt. Petr. & Pauli. Stephan. Epi. Græc. in uit. S. Petri quem citat Hugo Etherian. lib. 3. cap. 17. de proceſſ. Spiritusſ.

ANNO XLV. S. TIMOTHEVS, Pauli Apoſtoli diſcipulus, Macedones ad CHRISTVM traduxit, Metaphr. in uit. Timoth. ſub 22. Ianuar.

ANNO XLVII. IN Macedoniam S. Andream Apoſtolum ueniſſe, & ibi Eccleſiam collegiſſe, Nicephor. teſtatur Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 39. & lib. 8. cap. 6.

ANNO XLVIII. S. MATTHEVS Apoſtolus & Euangeliſta, CHRISTI Eccleſiam apud Macedones collegit. Iſidor. Epi. Iſpalen. de patrib. noui Teſtament.

ANNO XLIX. S. PAVLVS Doctor gentium, plurimas Eccleſias in Macedonia collegit, quas & egregio exornat encomio, quod liberales ſint ad alendos ſanctos afflictos, & quod dederint ſibi ſumptus ut gratis in Achaia docere poſſet. 2. Corinth. 8. & 11.

BERRHOEENSIVM.

ANNO XXXIX. S. CARPVS, Berrhæam ueniens, gratam de CHRISTO famam initio prædicationis ſuæ tempeſtiue propagauit, ac multos ad CHRISTVM contulit, Doroth. Epi. Tyri in Synop. de 70.

ANNO XLVII. S. THIMONEM Diaconum, Berrhææ CHRISTI propagaſſe Eccleſiam, author eſt Petr. de Natal. lib. 4. cap. 66.

ANNO XLIX. S. PAVLVS Apoſtolus, cum ſocijs Timotheo & Sila, infinitum populum apud Berrhæam ſua prædicatione CHRISTO Domino acquiſiuit.

Crediderunt

crediderunt plurimi è Iudæis gentiles ac honeſtæ matronæ, Actorum 17.

THESSALONICENSIVM.

S. SOSIPATRVM, Theſſalonicæ doctrinam CHRISTI tradidiſſe, Origen. aſſeuerat quem citat Petr. de Natal. lib. 6. cap. 6. ANNO XXXIX.

S. PETRVS Apoſtolorum princeps, Theſſalonicę conſtitutus, maximam populi partem ad lucem ueritatis & fidem attraxit, Metaphraſt. in Vit. Apoſtol. Petr. & Pauli. ANNO XLIII.

S. ARISTARCHVM diſcipulum ex LXX. Theſſalonicam ueniſſe, atq; ſacramentū regni cœleſtis prędicaſſe, Petr. de Natal. teſtatur lib. 7. cap 19. ANNO XLVI.

S. PAVLVM, gentium Doctorem, Theſſalonicam circuiſſe, & Euangelio CHISTI omnia loca repleuiſſe, plures cum Iudæos tum gentiles, & mulieres nobiles non paucas couuertiſſe, Lucas affirmat Actor. cap. 17. ANNO XLIX.

NEAPOLITANORVM.

S. PAVLVM Neapolim profectum ad Euangelij plantationem, Lucas docet Actor. cap. 16. ANNO XLIX.

PHILIPPENSIVM.

S. OLYMPVM, Petri diſcipulum, CHRISTI uerbum apud Philippenſes docuiſſe, Metaphraſt. docet in uit. principis Apoſt. Petr. S. Stephan. Epi. Grę. in uit. Petri quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſsione Spiritus S. ANNO XXXIX.

S. PETRVM Apoſtolorum coryphæum, Philippos ueniſſe, & Euangeliū CHRISTI tradidiſſe, Metaphraſt. docet in uit. princip. Apoſt. Petr, & Pauli. ANNO XLIII.

PHILIPPIS collecta eſt Eccleſia CHRISTI per S. Paulum, ubi & Lydiam Thyatirenam purpurariam conuertit & baptizauit, & puellam Pythonico ſpiritu obſeſſam in nomine IESV liberauit. Actor. 16. ANNO XLIX.

PHILIPPOS, Andream Apoſtolum ueniſſe, & ibi Eccleſiam collegiſſe, teſtatur Abdi. Babylo. Epiſc. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 3. ANNO XLVII.

THESSALIENSIVM.

S. ANDREAM Apoſtolum Theſſalienſes conuertiſſe, Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 39. & lib. 8. cap. 6. affirmat. ANNO XLVII.

EPIRI.

S. ANDREAS Apoſtolus, CHRISTI Eccleſiam apud Epirum collegit, Gregor. Nazianzenus in orat. ad Arrian. ANNO XLVIII.

ACHAIÆ.

IN Achaia S. Andreas Apoſtolus CHRISTI Eccleſiam congregauit, Procoſſ. & multos alios credentes baptizauit, Abdi. Babyl. epi. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 3. Cypr. in libr. de duplic. martyr. Hieron. in epi. ad Marcellam. Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 39. & lib. 8. cap. 6. ANNO XLVII.

THEBARVM.

S. PAVLVM Apoſtolum Thebas ueniſſe, ueram religionem & idolorum uanitatem prædicaſſe, & S. Lucam ibi conuertiſſe, Nicephor. docet Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 43. ANNO XLIX.

S. RVFVS, Petri Apoſtolorum coryphæi diſcipulus, in urbe Thebarum Euangelium prædicauit, Metaphraſt. in uit. Petr. Doroth. epi. Tyri in Synop. de 70. Volaterr. Commentar. lib. 19. ANNO XXXIX.

HERACLIENSIVM.

ANNO XLIII. S. AQVILAM apud Heracliam repleuiſſe omnia loca Euangelio CHRISTI, Doroth. Tyri epi. teſtis eſt in Synop. de 70.

ATHENIENSIVM.

ANNO XLIX. S. PAVLVM Athenis docuiſſe, Lucas docet Actor. cap. 17.

ANNO XXXIX. B. DIONYSIVS Areopagita, Pauli diſcipulus, Athenieñſibus CHRISTI Euangelium tradidit, Metrodor. in uit. Dionyſ. Micael Syngel. Presb. Hieroſol. in Vit. Areopagit. Metaphraſt. in Paul. Apoſt. uit. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 4. cap. 23. Beda. Venerab. Ado Treueren. & Iſuard. in Martyrol. ſub 15. Calend. Febr.

MARATHONENSIVM.

ANNO XXXVII. S. PHLEGONTEM Marathonenſibus CHRISTVM Dominum annunciaſſe, Doroth. Tyri Epi. ſcribit in Synop. de 70.

CENCHREENSIVM.

ANNO XLIX. S. PAVLVS Doctor gentium, Cenchreenſem populum ad CHRISTVM conuertit, & iuxta uotum ſuum ibi caput raſit, Act. 18.

CORINTHIORVM.

ANNO XLIII. CORINTHI Petrum Apoſtolorum principem docuiſſe, teſtatur Dionyſ. Corinth. ad Roman. de Petr. & Paulo. Euſeb. Eccl. Hiſt. lib. 2. cap. 25. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 37. Metaphraſt. in uit. Petri.

ANNO XLVII. S. ANDREAS Apoſtolus Corinthijs Euangelium CHRISTI propagauit. Abdi Babyl. Epi. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 3.

ANNO XLVIII. S. THIMO Corinthios ad CHRISTI fidem pertraxit. Hieronym. & Iſuard. in Martyrol. ſub 13. Cal. Maij. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 33.

ANNO XLIII. CORINTHI S. Paulus Apoſtolus cum Sila & Timotheo CHRISTI Eccleſiam congregauit, atq; Archiſynagogum eius ciuitatis cum tota ſua domo conuertit. Actor. 18.

ANNO XLIX. CORINTHIOS à Iudæo Apolline, Syluano, Stephano, Fortunato, Achaico & Tito ad fidem Chriſtianam perductos, Paulus annotat, 1. Corint. 16. & 2. Corinth. 1. 7. & 8.

SARDICENSIVM.

ANNO XXXIX. S. CLEMENS Sardicenſibus doctrinam CHRISTI tradidit, Doroth. epi. Tyri in Synop. de 70. Volaterr. Comment. lib. 19.

MEGARENSIVM.

ANNO XLVII. MEGARENSIBVS pertulit gratum Euangelij nuncium S. Andreas Apoſtolus, Abdi Babylo. Epiſ. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſtol. libro 3.

PATRARVM.

ANNO XLIII. S. PETRVS Apoſtolorum anteſignanus gratam Patrenſibus de CHRISTO famam propagauit. Metaphraſt. in Vit. Petri. Stephan. Epiſ. Græc. in Vit. Petr. quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſſ. Spiritus S.

ANNO XLVII. APVD Patras factam tempeſtiuè propagationẽ uerbi per S. Andream Apoſtolum, Niceph. teſtatur Sacr. Hiſt. lib. 8. cap. 6. Bed. Venerab. in Martyrol. ſub Non. Februar. Cyprian. in libr. de duplic. martyr. Volaterr. Commentar.

mentar. libro 9. Presbyter. & Diacon. Achaiæ in Vit. Andr. Apoſt. Abdi. Babyl. Epiſt. Apoſtol. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 3, Ado Treueren, in Martyrol. ſub prid. Calend. Septembr.

PARTIS QVARTÆ.

DISTINCTIO VI.

DE CONVERSIONIBVS REGIONVM *Africæ ad fidem Chriſtianam.*

CONVERSI O AERICÆ.

SANCTVM SIMONEM Zelotem Apoſtolum docendi gratia ſe contuliſſe in Africam, Nicephor. ſcribit Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 40. ANNO XLVI.

OSTRACINÆ.

S. IACOBVM Alphæi, fratrem Domini, Oſtracinæ docuiſſe, Nicephor. docet Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 40. ANNO XLVI.

MARMARICÆ.

MARCVS Euangeliſta Marmaricæ CHRISTVM prædicauit, Primit. Eccl. Prothonot. in Vit. S. Marci. Ado Treueren. in Martyrol. ſub 7. Calend. Maij. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Metaphraſt. in Vit. S. Marci. ANNO XLV.

AMMONICÆ.

IN Ammonica S. Marcum Euangeliſtam CHRISTI uerbum euangelizaſſe, Authores affirmant qui ſupr. ANNO XLV.

CARTHAGINENSIVM.

S. CRESCENS, Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, apud Carthaginenſes CHRISTVM prædicans, populum gentilitatis errore liberauit, Metaphraſt. in Vit. Petri. ANNO XLVIII.

ÆTHIOPVM.

S. THOMAS Apoſtolus, Æthiopes ad CHRISTVM traduxit, Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 40. ANNO XLVI.

IN Æthiopiam S. Matthæum Apoſtolum & Euangeliſtam ueniſſe, & ibi Eccleſiam collegiſſe, Regis Æglippi filium excitaſſe, eoq; miraculo Regem eius liberos & plus quam ſexaginta hominum millia conuertiſſe, Ephigeniam filiam Regis ſacro uelamine conſecraſſe, & plus quam ducentis uirginibus præfeciſſe, Abdi. Babyl. Epi. Apoſt. diſcip. teſtatur certamin. Apoſtol. lib. 7. Ado Treueren. in Myrtyrol. ſub 11. Calend. Octobr. Metaphraſt. in Vit. Matth. ſub 16. Nouembr. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 100. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 13. ANNO XLIX.

ANNO XXXIIII. EVNVCHVS præfectus Candacis Æthiopum Reginæ, CHRISTI Eccleſiam apud Æthiopes collegit, reginam ipſam cum tota familia bonaq́ populi parte ſacris undis perfudit, Act. 8.

ANNO XLIIII. S. MATTHIAS Apoſtolus, plurimas Eccleſias in Æthiopia collegit, Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 40. Method. epi. Tyri in Synop. de 70.

NADDAVER.

ANNO XLIX. S. MATTHÆVS Apoſtolus & Euangeliſta, in ciuitatem magnam Naddoaber ueniens, gratam de CHRISTO famam initio prædicationis ſuæ tempeſtiuè propagauit, ac multos ad CHRISTVM contulit, Abdi. Babyl. Epi. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 7. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 100. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 13.

LYBIÆ.

ANNO XLV. S. MARCVM Euangeliſtam in Lybia CHRISTI propagaſſe Eccleſiam, author eſt Alexander monachus in Vit. Barnabę. Primit. Eccl. Prothonot. in uit, Marci. Ado Treueren. in Martyrol. ſub 7. Calend. Maij. Ado Viennen. Chron. ætat. 6. Metaphraſt. in uit. Lucæ, Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 43.

ANNO XLVI. S. SIMONEM Chananæum Apoſtolum in Lybia doctrinā CHRISTI tradidiſſe, Nicephor. aſſeuerat lib. 2. cap. 40.

ANNO XLVII. S. LVCAS Euangeliſta infinitum populum apud Lybiam ſua prædicatione CHRISTO Domino acquiſiuit. Metaphraſt. in uit. Lucæ.

CYRENENSIVM.

ANNO XXXIX. S. LVCIVM Pauli cognatum Cyrenem ueniſſe, atq́ ſacramentū regni cœleſtis prædicaſſe, Hieron. teſtatur in Martyrol. ſub prid. Non. Maij. Pet. de Natal. lib. 4. cap. 136.

ANNO XLV. S. MARCVM Euangeliſtam Cyrenem profectū ad Euangelij plantationem, Nicephor. docet Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 43. Primit. Eccl. Prothonot. in Vit. Marci. Iſidor. Iſpalen. in lib. de ortu & obit. Sanctor. Metaphraſt. in uit. S. Marci. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 86.

ANNO XLVI. S. SIMON Zelotes Apoſtolus Cyrene conſtitutus, maximam populi partem ad lucem ueritatis & fidem attraxit. Nicephor. Sacr. Hiſtor. libro 2. cap. 40.

MAVRITANIÆ.

ANNO XLVI. S. SIMONEM Chananeum Apoſtolum CHRISTI uerbum apud Mauritanos docuiſſe. Nicephor. docet Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 40.

ANTROPORPHAGORVM.

ANNO XLVIII. S. ANDREAM Apoſtolum Antropophagos ad CHRISTVM traduxiſſe, Nicephor. affirmat lib. 2. cap. 39.

MYRMENÆ.

ANNO XLVI. S. MATTHÆVS Apoſtolus & Euangeliſta, Myrmenæ apud Antropophagos CHRISTVM prædicauit, Nicephor. lib. 2. cap. 41.

Error commiſſus in Pontificibus, dum Epiſcopi Myrmenæ & Alexandrinorum referuntur inter Aſiaticos, accidit incuria correctorum huius noſtri tomi prioris.

ÆGYPTIORVM.

ANNO XLI. IN Ægyptum S. Simeonem Zelotem Apoſtolum ueniſſe, & ibi Eccleſiam

ſiam

ſiam collegiſſe, Nicephor. teſtatur lib. 2. cap. 41. Ado Treueren. in Martyrol.
ſub 5. Cal. Nouemb. Iſidor. de patrib. Noui Teſtamen.

S. MARCVS Euangeliſta CHRISTI Eccleſiã apud Ægyptios col- ANNO
legit, Nicephor. lib. 2. cap. 43. Euſeb. lib. 2. cap. 15. Primit. Eccleſ. Prothonot. XLV.
in uir. S. Marci. Ado Vienen. Chron. ætat. 6.

S. LVCAS Euangeliſta, apud Ægytiptios CHRISTVM prædi- ANNO
cans, populum gentilitatis errore liberauit, Metaphraſt. in uit. B. Lucæ. XLVII.

S. PETRVM Apoſtolorum Principem docendi gratia ſe contuliſſe ANNO
in Ægyptum, Metaphraſt. ſcribit in uit. Petri. XLVIII.

S. MATTÆVM Apoſtolum & Euangeliſtam in Ægypto docuiſſe, ANNO
eamq́ ad fidem Chriſtianam perduxiſſe, Antonin. docet part. 1. tit. 6. cap. 13. XLIX.
Petr. de Natal. lib. 8. cap. 100. Abdi. certamin. Apoſt. lib. 7.

PENTAPOLITANORVM.

S. MARCVS Euangeliſta, CHRISTI Eccleſiam apud Ægyptios ANNO
collegit, Niceph. lib. 2. cap. 43. Euſeb. lib. 2. cap. 15. Primit. Eccle. Prothonot. XLV.
in uit. B. Marci. Ado Vienen. Chron. ætat. 6.

S. BARNABAS Apoſtolus plurimas Eccleſias Pentapoli collegit, ANNO
Alexand. monachus in Metaphr. in uit. S. Barnabæ. XLIX.

ALEXANDRINORVM.

S. MARCVM Euangeliſtam CHRISTI uerbum apud Alexan-
drinos docuiſſe. Iræn. docet contr. hæreſ. lib. 3. cap. 1. Euſeb. lib. 2. cap. 39. ANNO XLV.
16. & 24. & in Chron. Beda de tempor. Metaphr. in uit. Petri. Iſidor. de pa-
trib. noui Teſtament. Hieron. in ſcript. Eccleſ. de Marco.

PARTIS QVARTÆ.

DISTINCTIO VII.

DE CONVERSIONIBVS REGIONVM Aſiæ ad fidem Chriſtianam.

CONVERSIO ASIÆ.

SANCT. ANDREAS Apoſtolus CHRISTI Eccle- ANNO
ſiam in Aſia collegit, Abdi. Babylon. Epi. Apoſt. diſcipul. XLIIII.
certamin. Apoſtol. lib. 3.

IN Aſia S. Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta CHRI- ANNO
STI Eccleſiam congregauit, Euſeb. Eccle. Hiſt. lib. 3. cap. 1. LXXX.
Nicephor. Sacr. Hiſto. lib. 2. cap. 42. Hieron. de r uir. illuſtr. in Ioanne. Abdi.
Babylon. Epi. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 5.

S. PETRVM Apoſtolorum Coryphæum in Aſia docuiſſe. Virgil. ANNO
Polydor. docet de rer. inuentor. lib. 4. cap. 2. XXXVIII.

ANNO XLIIII. S. BARTHOLOMÆVM Apoſtolum Aſiam circuiſſe, & Euangelio CHRISTI omnia loca repleuiſſe, Nicephor. affirmat Sacr. Hiſto. lib.2.cap.39. Sabellic. Ennead.7. lib.4.

ANNO XLV. S. PHILIPPVM in Aſiam ueniſſe, ueram religionem & idolorum uanitatem prædicaſſe, docet Iſidor. in ort. & obitu Sanct. Niceph. Sacr. Hiſt. lib.2.cap.39. Metaphraſt. in uit. Philip. ſub 14. Nouembr. Abdi. Babyl. Epiſ. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 10.

ANNO LII. S. PAVLVS Apoſtolus in Aſia conſtitutus, maximam populi partem ad lucem ueritatis & fidem attraxit, Actor. 19.

BITHYNIÆ.

ANNO XLV. S. ANDREAM Apoſtolum Bithyniam acceſsiſſe, Nicephor ait Sacr. Hiſt. lib.2.cap.39.

ANNO XLVIII. IN Bithynia fuit Eccleſia CHRISTI, nam ad eos ſcripſit Petrus Apoſtolorum anteſignanus, 1. Petr. 1.

NICOMEDIENSIVM.

ANNO XXXIX. S. PROCORIVS, nepos S. Stephani Prothomartyris, Nicomedienſes ad CHRISTI fidem pertraxit. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. Volaterr. Commentar. lib. 19. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 39.

ANNO XLIII. S. PETRVS Apoſtolorum Princeps, Nicomedienſibus Euangelium CHRISTI propagauit. Metaphraſt. in uit. Petri.

ANNO XLV. NICOMEDIÆ S. Andream Apoſtolum docuiſſe, & illo miraculo multos conuertiſſe, teſtatur Abdi. Babyl. Epiſc. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 3.

NICÆNORVM.

ANNO XLIII. NICÆÆ S. Petrus Apoſtolus CHRISTI Eccleſiam congregauit. Metaphraſt. in uit. Petri.

ANNO XLV. NICÆNOS à B. Andrea Apoſtolo ad fidem Chriſtianam perductos atq; baptizatos, Abdi. annotat Babyl. Epiſ. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 3.

MYSIÆ.

ANNO XLIX. IN Myſiam Paulus Apoſtolus cum Timotheo gratum Euangelij nuncium pertulit, Actor. 16.

ANNO LXII. S. APOLLINARIS Epiſcopus Rauennas Myſiæ doctrinã CHRISTI tradidit, nobilem quendam leproſum mundauit, & plurimos ad fidem perduxit. Primit. Eccleſ. Prothonot. in uit. Apollinar. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 128.

TROADVM.

ANNO XL. S. CARPVS Pauli diſcipulus, gratam apud Troades de CHRISTO famam propagauit. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 56.

ANNO LIII. APVD Troades factam tempeſtiuè propagationem uerbi per S. Paulum Apoſtolum, Lucas teſtatur Actor. 20. Nam cum ibi doceret in Sabbato, & ſermonem protraheret ad mediam noctem, Eutychus ſomno grauatus, ex contignatione delapſus expirauit, quem Paulus reſuſcitauit.

SYNADENSIVM.

ANNO XLIII. SYNADEM pertulit gratum Euangelij nuncium Petrus Apoſtolorũ coryphæus, Metaphr. in uit. Petr. & Pauli. CLAVDIO-

CLAVDIOPOLENSIVM.

S. PETRVS Apoſtolorum primus Claudiopolenſibus doctrinam CHRISTI tradidit. Metaphr. in uit. Petri. ANNO XLIII.

PHRYGIÆ.

PHRYGIÆ concionatum eſſe Paulum gentium Doctorem Lucas teſtatur, Actor. 16. ANNO XLIX.

HIERAPOLITANORVM.

S. MATTHÆVM Apoſtolum & Euangeliſtã Hierapolitanis CHRIſTVM prædicaſſe, Metaphr. refert in uit. S. Matthæi ſub 16. Nouembr. ANNO XLVIII.

S. PHILIPPVM Apoſtolum Hierapolitanis CHRISTI uerbum annunciaſſe, Antonin. teſtatur part. 1. tit. 6. cap. 11. Iſidor. de ortu & obitu Sanct. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 107. Nicephor, Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 39. Metaphraſt, in uit. Philipp. ſub 14. Nouemb. Ioſeph. humil. in Bartholom. Abdi. Epi. Babyl. Apoſt. diſcip. certam. Apoſt. lib. 10. ANNO XLV.

S. BARTHOLOMÆVS Apoſtolus Hierapoli Euangelium propagauit. Metaphr. in uit. Philipp. ſub 14. Nouemb. Ioſeph. humil. in Barthol. ANNO XLV.

S. EPAPHRAS Hierapolitanis CHRISTI doctrinam tradidit, Paul. ad Coloſſ. 4. ANNO LVI.

PERGAMI.

S. IOANNES Apoſtolus & Euangeliſta Pergamum ad CHRISTI fidem pertraxit, nam ad eam ſcribit Apocal. 1. & 2. ANNO LXXXIIII.

SMYRNENSIVM.

SMYRNENSES à S. Petro Apoſtolorum anteſignano ad fidem Chriſtianam perductos, Metaphr. annotat in uit. Petr. & Pauli. Stephan. Epi. Græc. in uit. S. Petri quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſſ. Spirituſſ. ANNO XLIII.

S. TRASEAM Apoſtoloum diſcipulũ Smyrnam ad Euangelij plantationem profectum, teſtatur Petr. de Natal. lib. 9. cap. 24. ANNO LXXIII.

SMYRNENSES Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtam docuiſſe, demonſtratur Apocalyp. 1. & 2. ANNO LXXXIIII.

COLOPHONIÆ.

COLOPHONIÆ collecta eſt Eccleſia CHRISTI per S. Titicũ, Doroth. Epi. Tyri in Synop. de 70. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 99. ANNO XXXIX.

EPHESIORVM.

S. PETRVS Apoſtolorũ coryphæus apud Epheſum Chriſtianæ pietatis ſementem fecit, Metaphr. in uit. Petri. Stephan. Epiſ. Græc. in uit. Petri quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſſ. Spirituſſ. ANNO XXXIX.

S. ONESIMVM Pauli diſcipulum apud Epheſios repleuiſſe omnia loca Euangelio CHRISTI, Petr. de Natal. teſtis eſt lib. 3. cap. 130. Ado Vienen. Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 14. Cal. Mart. ANNO XLIIII.

S. TIMOTHEVM Pauli diſcipulum Epheſijs CHRISTVM Dominum annunciaſſe, Metaphr. ſcribit in uit. Timoth. ſub 22. Ianuar. Beda Venerab. ſub 9. Cal. Febr. in Martyrol. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 34. Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 70. ANNO XLV.

ANNO XLVIII. S. CORNELIVM Centurionem apud Epheſum docuiſſe, Metaphr. docet in uit. Cornel. Centur.

ANNO XLIX. S. PAVLVS Apoſtolus Doctor gentiũ Epheſijs CHRISTI Euangelium tradidit. Actor. 19.

ANNO LXXXIIII. S. IOANNES Apoſtolus & Euangeliſta Epheſinum populum ad CHRISTVM conuertit, Iren. contr. hæreſ. lib. 3. cap. 1. Niceph. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 42. & lib. 3. cap. 11. Tertull. in lib. de præſcript. hæret. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Abdi. Babyl. Epi. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſt. lib. 5.

THYATIRORVM.

ANNO LXXXIIII. IN Thyatirorum urbe collectam à S. Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta CHRISTI Eccleſiam, patet ex Apocalyp. cap. 1. & 2.

PISINVNTIS.

ANNO XLIII. S. PETRVM Apoſtolorum primum Eccleſias in Piſinunte conſtituiſſe, Metaphr. affirmat in uit. Petri.

GALATHIÆ.

ANNO XLV. S. ANDREAS Apoſtolus CHRISTI Eccleſiam in Galathia collegit, Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 39.

ANNO XLVII. S. PAVLVM CHRISTI uerbum docuiſſe in Galathia, Lucas docet Actor. 16.

ANNO XLVIII. S. PETRVM Apoſtolorum anteſignanum Galathiam ad fidem uocaſſe, teſtatur ipſe. 1. Petr. 1.

ANNO XLIX. IN Galathiam S. Creſcentem ueniſſe & ibi Eccleſiam collegiſſe, teſtatur Beda Venerab. & Iſuard. in Martyrol. ſub 5. Calend. Iul.

SARDIENSIVM.

ANNO LXXXIIII. SARDIENSIBVS tempeſtiuè Euangelium IESV CHRISTI prædicatum eſt à S. Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta, Apocalyp. 1. & 2.

PHILADELPHIÆ.

ANNO LXXXIIII. PHILADELPHIÆ collecta eſt Eccleſia CHRISTI per S. Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtam, Apocalyp. 1. & 2.

PISIDIÆ.

ANNO XLIII. S. PAVLVM Apoſtolum Piſidiæ docuiſſe, & Euangelium CHRISTI tradidiſſe, Lucas teſtatur Actor. 14.

MILETANORVM.

ANNO LIIII. S. PAVLVM, gentium Doctorem, Miletum profectum ad Euangelij plantationẽ, in ea Ciuitate Presbyteros & Seniores ad ſe uocaſſe, & prolixius admonuiſſe, ut ſuſcepto muneri fideliter præſint, & falſos caueant doctores, Lucas Actor. cap. 20. commemorat.

COLOSSENSIVM.

ANNO LVIII. S. EPAPHRAM Coloſſenſibus doctrinam CHRISTI tradidiſſe, Paulus aſſeuerat ad Coloſſ. cap. 1.

LAODICENSIVM.

ANNO XXXVI. S. LVCIVM, Petri Apoſtoli diſcipulum, Laodiceam ueniſſe, atq; Sacramentũ regni cœleſtis prædicaſſe, Clemens teſtatur lib. 10. Recognit. & in Epito. Metaphraſt. in uit. Petri. Doroth. Epi. Tyri in ſynop. de 70. Volaterr. Comment. lib. 19.

ANTIOCHE-

ANTIOCHIENORVM PISIDIÆ.

S. PAVLVM Apoſtolum Antiochiam Piſidiæ circuiſſe, & omnia loca Euangelio CHRISTI repleuiſſe, Lucas affirmat Actor.14. ANNO XLIII.

LYSTRENSIVM.

GENTIVM Doctor Paulus cum Barnaba Apoſtolo Lyſtrę conſtitutus, maximam populi partem ad lucem ueritatis adduxit, claudum quoque ex utero matris ſanauit, Act.14. ANNO XLIII.

DERBENSIVM.

S. PAVLVS Apoſtolus cum Barnaba infinitum populum Derbæ CHRISTO lucrifaciunt. Actor.14.15.& 16. ANNO XLIII.

ATTALIÆ.

BARNABAS Apoſtolus & gentiũ Doctor Paulus, Attaliæ docent, Actor.14. ANNO XLIII.

LYCAONIÆ.

APVD Lycaones factam propagationem uerbi à gentiũ Doctore Paulo & Barnaba Apoſtolo, Lucas teſtatur Actor.cap.13. ANNO XLIII.

S. BARTHOLOMÆVM Apoſtolum ſacramentum regni cœleſtis in Lycaonia prædicaſſe, D.Iſidor.epi.Iſpalen.in lib. de patrib. noui teſtamenti teſtatum reliquit. ANNO XLIIII.

PAMPHILIÆ.

GENTIVM Doctor Paulus, & Barnabas Apoſtolus, gratam de CHRISTO famam in Pamphilia propagarunt, Actor.14. ANNO XLIII.

PERGENSIVM.

BARNABAS Apoſtolus, & Gentium Doctor Paulus Pergæ docuerunt, Actor.14. ANNO XLIII.

ANDRIACÆ.

ANDRIACAM pertulit gratum Euangelij nuncium S.Petrus Apoſtolorum anteſignanus, Metaphraſt.in Vit. Petr. Stephan.epi.Græc.in Vit. Petri, quem citat Hugo Eterian.lib.3.cap.19. de proceſſ. Spiritusſ. ANNO XXXIX.

PATARENSIVM.

S. PAVLVS Apoſtolus Patarenſibus doctrinam CHRISTI tradidit, Actor.21. ANNO LII.

ANCYRÆ.

ANCYRANOS à Petro Apoſtolorom coryphæo ad fidem Chriſtianam perductos, Metaphraſt. annotat in Vit.Petri. ANNO XXXIX.

CAPPADOCVM.

CAPPADOCES S.Andreas Apoſtolus ad CHRISTI fidem pertraxit, Nicephor.Sacr.Hiſt.lib.2.cap.39. ANNO XLV.

IN Cappadocia, Petrus Apoſtolorum primus, CHRISTI Eccleſiam congregauit, 1.Petr.1. ANNO XLVIII.

CILICIÆ.

PAVLVS Gentium Doctor in Cilicia Euangelium CHRISTI propagauit, Galath.1. ANNO XXXVII.

THARSENSIVM.

S. PAVLVS Apoſtolus Tharſenſem populum ad CHRISTVM conuertit, Actor.9. ANNO XXXVIII.

ANNO XXXVIII. S. BARNABAM Apoſtolum Tharſenſibus CHRISTVM Dominum annunciaſſe, Lucas ſcribit Act. 11.

ANNO XLIII. THARSENSES Petrũ Apoſtolorũ principem docuiſſe, teſtatur Metaphraſt. in uit. Petri, Steph. epi. Græc. in uit. Petri, quem citat Hugo Eterian. lib. 3. cap. 17. de proceſſ. Spiritus.

DAMASCENORVM.

ANNO XL. S. ANANIAS Apoſtolorum diſcipulus Damaſcenis CHRISTI Euangelium tradidit, Pet. de Natal. lib. 3. cap. 21. Doroth. in Synop. de 70. Volaterr. Comment. lib. 19. Metaphraſt in uit. Anani. ſub 1. Octobr.

ANNO XXXVI. S. PAVLVS Gentiũ Doctor in urbe Damaſcena Euangeliũ prędicauit, ubi cum Iudęi inſidias illi ſtruerent, à diſcipulis noctu per murum in ſporta demittitur, eaq; ratione liberatur, Act. 9. Galath. 1. 2. Corinth. 11.

TYANENSIVM.

ANNO XXXIX. S. PETRVS Apoſtolorum anteſignanus gratam Tyanenſibus de CHRISTO famam propagauit, Metaphraſt. in uit. Petri.

CÆSARIENSIVM CAPPADOCIÆ.

ANNO XXXVIII. S. LONGINVS, Apoſtolorũ diſcipulus, miles ille qui lancea CHRISTI latus aperuit, monachum agens ann. XXXVIII. Eccleſiam apud Cęſarienſes collegit, Anton. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 6. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 201. Ado Treueren. in Martyrol. ſub Calend. Decemb. Metaphraſt. in Vit. Longin. ſub 16. Octob.

ICONII.

ANNO XLIII. S. PAVLVM Apoſtolum Eccleſiam CHRISTI Iconij conſtituiſſe, Lucas affirmat, Act. 13.

EDESSENORVM.

ANNO XXXVI. IN Edeſſenorum urbe collegiſſe B. Thaddæum CHRISTI Eccleſiam, & impoſito crucis ſignaculo, Regem Abagarum ab omni infirmitate liberaſſe, Euſeb. oſtendit lib. 1. cap. 15. & lib. 2. cap. 1. Abdi. Apoſt. Hiſt. lib. 9. Hieron. in cap. 10. Matth. Niceph. lib. 2. cap. 7.

MESOPOTAMIÆ.

ANNO LIX. IN Meſopotamia S. Iudã Thaddęi Apoſtolũ Euangeliũ IESV CHRISTI docuiſſe, liquidò conſtat ex Niceph. lib. 2. cap. 40. Sabell. Ennead. 7. lib. 4.

TRIPOLITANORVM.

ANNO XXXVI. S. PETRVS Apoſtolorum Coryphæus, profectus ad Euangelij plantationẽ, Tripolitanos ad fidem conuertit, Abdi. Apoſt. Hiſt. lib. 1. Clemens recognit. lib. 6. & in Epit. Metaphraſt. in Vit. Petri.

BERYTI.

ANNO XXXVI. APOSTOLORVM Principem Petrũ docendi gratia ſe contuliſſe Berytum, Clemens ſcribit lib. 4. recognit. & in Epit. Metaphr. in Vit. Petri.

BYBLIORVM.

ANNO XXXVI. S. PETRVS Apoſtolorum anteſignanus Byblijs CHRISTVM prędicauit, Clemens recognit. lib. 6. & in Epit. Metaphraſt. in Vit. Petri.

SELEVCIORVM.

ANNO XLIII. GENTIVM Doctorem Paulum cum Barnaba docendi gratia ſe contuliſſe Seleuciam, Lucas ſcribit Actor. 13.

TRALLIANORVM.

ANNO XXXVIII. S. PHILIPPVM Diaconum, illum ex ſeptem primis, Trallis docuiſſe, Doroth. docet epi. Tyri in Synop. de 70.

GAN-

GANGRENSIVM.

PETRVS Apoſtolorum primus Gangrenſibus CHRISTVM prędicauit, Metaphraſt. in uit. Petri. ANNO XXXIX.

SYRIÆ.

PER totam Syriam ueræ Eccleſiæ membra fuiſſe à CHRISTO collecta. Matth. cap. 4. teſtatur, ANNO XXX.

IN Syria Petrum Apoſtolorum coryphæum CHRISTVM euangelizaſſe. Metaphraſt. docet in Vit. Petri. ANNO XXXIX.

S. PAVLVS Apoſtolus Gentium Doctor, apud Syros CHRISTVM prædicans, populum gentilitatis errore liberauit. Galat. 1. ANNO XXXVII.

S. BARTHOLOMÆVS Apoſtolus, Syros ad CHRISTVM traduxit. Nicephor. lib. 2. cap. 39. Sabellic. Ennead. lib. 7. libr. 4. ANNO XLIIII.

IN Syriam B. Philippum Apoſtolum ueniſſe, & ibi Eccleſiam collegiſſe, teſtatur Nicephor. lib. 2. cap. 39. Sabell. Ennead. 7. lib. 4. ANNO XLIIII.

IVDAS Thaddæus Apoſtolus CHRISTI Eccleſiam in Syria collegit, Nicephor. lib. 2. cap. 40. ANNO XLVI.

IVDÆÆ.

S. MATTHÆVS Apoſtolus & Euangeliſta plurimas Eccleſias in Iudæa collegit, Iſidor. Iſpal. de patr. noui teſtam. Ado Treuer. ſub 11. Cal. Octo. ANNO XLIIII.

S. MATTHIAS Apoſtolus in Syria gratam de CHRISTO famam initio ſuæ prædicationis propagauit, & multos ad CHRISTVM contulit, Pet. de Natal. lib. 3. cap. 149. Iſidor. Iſpal. de patr. noui teſtamen. Primit. Eccle. Prothonot. in uit. Matthiæ. ANNO XLIIII.

S. IVDAM Thaddæum Apoſtolum in Iudæa CHRISTI propagaſſe Eccleſiam, author eſt Nicephor. lib. 2. caq. 40. Iſidor. Iſpalen. de patr. noui teſtam. Ado Treueren. ſub 11. Cal. Octobr. ANNO XLVI.

GALILÆÆ.

CHRISTVM Saluatorem uniuerſam Galilæam circuiſſe, ibidemq́ docuiſſe, omniſq́ generis infirmos ac ualetudinarios priſtinæ ſanitati reſtituiſſe, Matth. commemorat cap. 4. ANNO XXX.

S. IVDAM Lebbæum Apoſtolum, in Galilæa doctrinam CHRISTI tradidiſſe, Nicephor. aſſeuerat lib. 2. cap. 40. Iſidor. Iſpal. de patr. noui teſtamen. Ado Treueren. ſub 11. Cal. Octobr. ANNO XLVI.

SAMARIÆ.

S. PETRVM Apoſtolorum Principem & Ioannem Euangeliſtam oratione & manuum impoſitione in Samaria Spiritum ſanctum dediſſe, Lucas teſtatur Actor. 8. ANNO XXXV.

S. PHILIPPVM Diaconum ex primis ſeptem in Samariam ueniſſe, ſpiritus immundos expuliſſe, claudos & paraliticos ſanaſſe, Lucas Actor. cap. 8. commemorat. ANNO XXXV.

S. IVDAS Thaddæus Apoſtolus, infinitum populum apud Samariam ſua prędicatione CHRISTO acquiſiuit, Nicephor. lib. 2. cap. 40. Iſidor. Iſpal. de patr. noui teſtamen. Ado Treuer. ſub 11. Cal. Octobr. ANNO XLIIII.

PALÆSTINÆ.

S. MATTHÆVM Apoſtolum & Euangeliſtam per Palæſtinam profectum ad Euangelij plantationem, Metaphr. docet in Vit. S. Matth. ſub 16. Nouemb. ANNO XLV.

IDVMÆÆ.

ANNO XLIIII. S. IVDAS Lebbæus Apoſtolus in Idumæa cōſtitutus, maximam populi partem ad lucem ueritatis & fidem attraxit, Nicephor. lib. 2. cap. 40. Iſidor. Iſpal. de patr. noui teſtam. Ado Treueren. ſub 11. Cal. Octobr.

CÆSAREÆ STRATONIS.

ANNO XXXV. S. PHILIPPVS Diaconus CHRISTI Eccleſiam in Stratonis Cæſarea collegit, Actor. 8.

ANNO XXXVI. S. SIMONEM Petrum Barlonam, CHRISTI Apoſtolum, apud Cæſaream Stratonis Simonem Magum confudiſſe, & Euangelium prædicaſſe, Metaphr. docet in uit. Petr. Abdi. certam. Apoſt. lib. 1. Clemens recogn. lib. 3.

ANNO LIIII. IN Cæſarea Stratonis Paulus Gentium Doctor, dum ad Philippum Diaconum diuerteret, unum ex ſeptem, cui erant quatuor filiæ Prophetiſſæ, CHRISTI Eccleſiam congregauit, Actor. 22.

HIEROSOLYMITANORVM.

ANNO XXX. HIEROSOLYMIS mundi Saluatorem in templo & ſynagogis docuiſſe, & miraculis ſuam diuinitatem comprobaſſe: prætereà non exiguam turbam ad CHRISTVM confluxiſſe, eiusq́ doctrinam auidè audiuiſſe, ſacra teſtantur Euangelia.

ANNO XXXIII. PETRO capite & Eccleſiæ principe Hieroſolymis Miſſarum ſolennia celebrante, ut poſtea probabimus, adueniſſe Spiritum ſanctum ſub ſpecie linguarum ignearum in domo Ioannis Euangeliſtæ, in qua & primum Paſchæ myſticum conuiuium Dominus cum diſcipulis inſtituerat, Lucas teſtatur Actor. cap. 1. Fuerunt autem tum congregati non ſolum Apoſtoli, ſed & diſcipuli Chriſtiani circiter CXX. cum mulieribus & MARIA matre Domini, quotidie Hieroſolymitanis regnum DEI euangelizantes iuxta mandatum DEI. De eo quod Petrus Miſſæ peregerit ſacrificium in urbe Hieroſolymarum, uide infr. part. 5. diſt. 1. de Martyr. Roman. in uit. Petri.

ANNO XXXVII. S. PAVLVM Apoſtolum Hieroſolymis poſt ſuam conuerſionem docuiſſe, Lucas in Actis teſtatur.

LYDDÆ.

ANNO XXXIIII. S. PETRVM Apoſtolorū principem Lyddam ueniſſe, Æneam paralyticum ſanitati reſtituiſſe, ueram religionem contra idolorum uanitatem prædicaſſe, Lucas docet Act. 9.

IOPPE.

ANNO XXXIIII. S. PETRVM Apoſtolum Ioppen acceſsiſſe, Thabitam puellam ſiue Dorcadem oratione ad CHRISTVM fuſa à morte reſuſcitaſſe, & populum ibi conuertiſſe, Lucas ait Actor. 9.

ANTIOCHENORVM SYRIÆ.

ANNO XXXVII. S. PETRVS Apoſtolorum Coryphæus Antiochenos ad CHRISTVM pertraxit, qui & primus Antiochenam fundauit Eccleſiam, & Epiſcopus ibi ſedit ann. VII. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Euſeb. lib. 3. cap. 4. & 22. & in Chron. Niceph. lib. 2. cap. 35. Hieron. de uir. illuſtr. in Petro. Iſidor. de ort. & obitu Sanctor. Clemens recognit. lib. 7. & 10. Et in Epit.

ANNO XXXVII. ANTIOCHIÆ S. Paulum Doctorem gentiū & Barnabam Apoſtolum docuiſſe,

docuiſſe, ac tantum Euangelio hominum numerum acceſsiſſe, ut primum Antiochiæ diſcipuli cognominarentur Chriſtiani, Lucas Actor. 11. teſtatur.

S. IGNATIVS, Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, Antiochenis Euangelium CHRISTI propagauit, Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Gregor. Turon. Hiſtor. lib. 1. Volaterr. lib. 16. Euſeb. lib. 3. cap. 36. ANNO LXXI.

BETHANIÆ.

BETHANIÆ Eccleſia fuit collecta, nam ibi CHRISTVS Lazarum defunctum, & iam quatriduo in ſepulchro iacentem ad uitam reuocat: ſæpius quoque ad ædes Simonis cognomento Leproſi diuertit. Ioann. 11. & 12. Math. 26. Marc. 14. ANNO XXXIII.

BETLEHEMITARVM.

IN Betlehem collecta fuiſſe membra CHRISTI ex eo apparet, nam in ea natus eſt Saluator mundi, quē paſtores Angelorum nuncio agniũ adorarunt, & famam de eo non obſcuram ſparſerunt. Magi quoque ex oriente inſolitæ ductu ſtellæ aduentantes, ardentibus uotis natum Meſsiam quærētes, nonnullorum corda mouerunt. Luc. 2. Matth. 2. ANNO I.

IERICHO.

IN Iericho non defuiſſe templum DEI, hinc coniectare licet, quod CHRISTVS ad Zachæum diuertit, Luc. 19. Et cæcis quibuſdam ibi uiſum integrum reſtituit ue rbi ſui diuini uirtute. Matth. 20. Marc. 10. Luc. 18. ANNO XXXIII.

EPHRAIM.

IN deſerto, in Ciuitate Ephraim, IESVS cum diſcipulis ſuis Eccleſiam collegit, ut teſtatur Ioan. cap. 11. ANNO XXXII.

BETABARÆ.

ECCLESIAM in Bethabara plantaſſe S. Ioannem Baptiſtam, Ioann. docet cap. 1. ANNO XXX.

SICHAR.

IN Ciuitate Sichar iuxta prædium Iacob, integro biduo ſubſtitiſſe CHRISTVM, & ibi uerbum regni DEI tradidiſſe, Ioann. aſſeuerat cap. 4. ANNO XXX.

NAZARETH.

IN oppido Nazareth CHRISTVM Saluatorem educatum, poſtea frequenter & rediſſe, ac in Synagogis lætam Euangelij uocem prædicaſſe, Lucas commemorat Actor. cap. 2. & 4. Matth. 2. 4. & 13. Ioann. 1. ANNO XXX.

CAPERNAVM.

CAPERNAVM IESVM commigraſſe, didrachma pro ſe & Petro perſoluiſſe, in Synagogis ibi palam docuiſſe, Archiſynagogi filiam curaſſe, ſocrum Petri febri liberaſſe, mortuam puellam reſuſcitaſſe, hæmorrhoiſſam ſanaſſe, cæcis uiſum reſtituiſſe, ex Matth. cap. 4. 8. 9. 11. 16. & 17. comprobatur, Marc. 1. 2. 5. & 9. Luc. 4. & 7. Ioann. 2. 4. & 6. ANNO XXX.

BETHSAIDÆ.

TEMPLVM DEI in Bethſaida fuit, quod ibi CHRISTVS uiſum cæco reſtituit, Matth. 8. ANNO XXXI.

MAGDALI.

IN Magdalo Eccleſiæ membra extitiſſe Matth. 15. probatur, nam CHRISTVS ibi uerbi diuini ſemina iecit. ANNO XXXI.

NAIM.

ANNO XXX. IN porta Naim uiduæ unicum filium iam defunctum ad uitam reuocauit CHRISTVS, & haud dubiè aliquot Eccleſiæ membra collegit, Luc. 7.

CHANÆ GALILÆÆ.

ANNO XXX. IN Chana Galilææ collectionem Eccleſiæ CHRISTI factam, ſatis euidenter probat, quod Saluator in nuptijs B. Ioannis Euangeliſtæ (ut patres tenent) diuina uirtute aquam in uinum commutauit, Ioann. 2. Beda in Homilia ſuper illud, dicit IESVS Petro, ſequere me.

DECAPOLIS.

ANNO XXXI. DÆMONIACVS à CHRISTO ſanatus, in Decapoli beneficiũ Saluatoris prædicauit. Marc. 5.

TYRI ET SIDONIS.

ANNO XXXII. CHRISTI Eccleſiam ſe extendiſſe in fines Tyri & Sidonis, ex eo patet, quod IESVS ea loca acceſsit, & Chananææ Syropheniſſæ filiam à dæmonio abſens liberauit, Matth. 15. Marc. 7.

CÆSAREÆ PHILIPPI.

ANNO XXXI. CÆSAREÆ Philippi non obſcuram fuiſſe Eccleſiam DEI ex eo patet, quod CHRISTVS ad ea loca acceſsit, Math. 17. Marc. 8.

ANNO XXXVII. S. PHILIPPVS Diaconus de ſeptem primis, profectus ad Euangelij plantationem, Cæſaream Philippi ad fidem conuertit, ut de eo teſtatur Papias Epiſc. Hieropol. quem citat Petr. de Natal. lib. 5. cap. 91.

PTOLEMAIDIS.

ANNO LIIII. S. PAVLVM Apoſtolum docendi gratia ſe contuliſſe in Ptolomaidem, & ibi fratres uiſitaſſe, ac una die manſiſſe, Lucas ſcribit Actor. 21.

PELLÆ.

ANNO LXXI. PELLÆ celebris fuit Eccleſiæ ſedes, nam eò diuina admonitione ante cladem Hieroſolymorum credentes in CHRISTVM migrarunt, Euſeb. lib. 3. cap. 5.

ARABIÆ.

ANNO XXXV. S. PAVSVS Gentium Doctor Arabiæ CHRISTVM prædicauit, ad Galath. cap. 1.

ANNO XLVII. S. IVDAM Thaddæum Apoſtolum in Arabia docuiſſe, Nicephor. docet lib. 2. cap. 40.

PHOENICIÆ.

ANNO XLVI. IN Phœnicia S. Cornelium Centurionem CHRISTI uerbum euangelizaſſe, Metaphr. affirmat in uit. Cornel.

GALIM.

ANNO XLV. S. MATTHIAS Apoſtolus, Eccleſiam apud Ciuitatem Galilææ Galim collegit, Primit. Eccleſ. Prothonot. in uit. Matth.

BETHAGABRÆ.

ANNO XLI. S. ANNANIAM, Apoſtolorum diſcipulum, Eccleſiam CHRISTI in Bethagabra cõſtituiſſe, Metaph. affirmat in uit. B. Anan. ſub 1. Octobr.

PERSIÆ.

ANNO XXXII. IN Perſia Eccleſiæ membra extitiſſe ex eo colligi uidetur, nam Rex Perſarum pictorem ad CHRISTVM depingendum pio ſtudio miſit. Niceph. lib. 2. cap. 7.

ANNO XLVIII. S. THOMAM Apoſtolum docendi gratia ſe contuliſſe in Perſiam, Niceph.

Niceph.ſcribit lib.2.cap.40.Iſidor.de patr. Noui Teſtament. Euſeb. lib. 3. cap.1.Origen.tom.3.expoſit. in Geneſ.

S. SIMON & Iudas Apoſtoli, Perſis CHRISTVM prædicarunt, Abdi.certam.Apoſt.lib.6. ANNO XLIX.

BABYLONIÆ.

IN Babylone S. Simonem & Iudam Apoſtolos collegiſſe CHRISTI Eccleſiam, illuminaſſe cæcos, ſurdis reddidiſſe auditum, claudicantibus greſſum, Abdi. oſtendit certam.Apoſt.lib.6. ANNO XLIX.

SVANYR.

S. SIMONEM Chananæum cum Iuda Thaddeo Apoſtolo docendi gratia ſe cõtuliſſe in urbẽ Perſidis Suanyr.Abdi.ſcribit. certam. Apoſt. lib.6. ANNO XLIX.

PARTHIÆ.

IN Parthia S. Thomam Apoſtolum Euangelium IESV CHRISTI docuiſſe, Niceph.aſſeuerat lib.2.cap.40.Iſidor.de patr.Noui Teſtamen.Euſeb.lib.3.cap.1.Origen.tom.3.expoſit.in Geneſ. ANNO XLVIII.

INDIE.

S. BARTOLOMÆVM Apoſtolum in India CHRISTI propagaſſe Eccleſiam, autor eſt Abdi.certam.Apoſt.lib.8. ANNO XLVI.

IN India Thomas Apoſtolus CHRISTVM prædicauit, ut Metaphr. affirmat in uit.B.Thomæ ſub.6. Octob.Iſidor. Iſpal.de patr. Noui Teſtam. Niceph.lib.2.cap.40.Abdi.certam.Apoſt.lib.9.Hieron. in Epi. ad Marcell. ANNO XLIX.

SCYTHARVM.

IN Scythiam pertulit gratum Euangelij nuncium S. Philippus Apoſtolus, Iſidor.de ortu & obit.Sanct. ANNO XLIIII.

S. ANDREAS Scytharum loca multa Euangelio CHRISTI repleuit, Nicephor.lib. 2. cap. 39. Ado Treueren.ſub prid. Cal. Decemb. Euſeb. lib.3.cap.1. ANNO XLVII.

SOGDIANORVM ET SACCORVM.

SOGDIANIS & Saccis, uicinis (ut Ptolomeus tradidit) gentibus, S. Andreas Apoſtolus doctrinam CHRISTI tradidit. Sophron. in uit. B. Andreæ. ANNO XLVII.

HIRCANIÆ.

S. THOMAM Apoſtolum Hircanis CHRISTI uerbum annunciaſſe, Nicephor.edocet lib.2.cap.40. Viterb.Chron.part.14. ANNO LXVIII.

MEDORVM.

MEDOS à S.Thoma Apoſtolo ad fidem Chriſtianam perductos, Nicephor.annotat lib.2.cap.40.Viterb.Chron.Part.14. ANNO XLVIII.

BRACHMANVM.

S. BARTHOLOMÆVS Apoſtolus Brachmanes ad CHRISTI fidem pertraxit, Hieron.in Epi.ad Marcell. ANNO XLVII.

S. THOMAM quoq; Brachmanis concionatum eſſe, Nicepho.commemorat lib.2.cap.40.Viterb.Chron.part.14. ANNO XLVIII.

BACTRIANORVM.

BACTRIANIS CHRISTI doctrinam tradidit B. Thomas Apoſtolus, qui & Didymus, Nicephor.lib.2.cap.40.Viterb. Chron.part.14. ANNO XLVIII.

PARTIS

PARTIS QVARTÆ

DISTINCTIO VIII.

DE CONVERSIONIBVS REGIOnum Inſularium ad fidem Chriſtianam.

CONVERSIO BRITANNIÆ.

ANNO LXIII. SANCT. IOSEPHVM Arimathienſem in Britannia non procul ab urbe Vuellia docuiſſe, & plurimos cõuertiſſe, Polydor. Virgil. ſcribit Hiſtor. lib. 2.

ANNO XLVII. IN Britannia S. Simeonem Zelotem Apoſtolum CHRISTVM docuiſſe, Niceph. oſtendit. lib. 2. cap. 40.

HIBERNIÆ.

ANNO XXXIIII. IN Hibernia Iacobum Zebedæi Apoſtolum una cum alijs quibuſdam docuiſſe, Vincen. ſcribit lib. 8. cap. 7.

MELITENSIVM.

ANNO LVIII. S. PAVLVS Apoſtolus Melitenſem populum ad CHRISTVM conuertit, quando ex naufragio emerſus, Publij Principis hoſpitio uteretur, & patrem eius precibus & manuum impoſitione à febri & dyſenteria liberabat, Actor. 28.

CRETENSIVM.

ANNO XLI. S. DIONYSIVM Areopagitam Cretam appuliſſe, & à S. Carpo Presbytero hoſpititio exceptum fuiſſe, commemorat ipſe de ſe in Epiſt. ad Demophil.

ANNO XLVI. S. TITVM à Paulo in Cretam miſſum ut Euangeliũ prædicaret, Doroth. refert in Synop. de 70. Volaterr. lib. 9. Beda ſub prid. Non. Ianuar. Iſidor. de patr. noui teſtam.

SICILIÆ.

ANNO XXXIX. S. PETRVM Apoſtolorum anteſignanum Eccleſiam CHRISTI in Sicilia conſtituiſſe, Metaphr. affirmat in uit. Petri.

ANNO XLIX. IN Sicilia collegiſſe Bartholomæum Apoſtolum CHRISTI Eccleſiam, & Papinum quendam ibi reliquiſſe, Vincent. oſtendit lib. 9, cap. 67.

TAVROMENII.

ANNO XXXIX. TAVROMENII concionatum eſſe B. Petrum Apoſtolum, Metaphr. edocet in uit. Petr. Niceph. lib. 2. cap. 35.

SYRACVSANORVM.

ANNO XXXIX. SYRACVSAS pertulit gratum Euangelij uuncium Petrus Apoſtolorum primus, Metaphr. in uit. Petri. Niceph. lib. 2. cap. 35.

CYPRIORVM.

ANNO XXXIII. S. NICANOR Diaconus de ſeptem primis in Cypro CHRISTVM prædicauit, Petr. de Natal, lib. 2. cap. 62.

S. PAVLVM

S. PAVLVM Gentium Doctorem & Barnabam Apoſtolum docendi gratia profectos in Inſulam Cyprum, Lucas teſtatur Act. 13. ANNO XLI.

CHERSONÆ.

S. CLEMENTEM Pontificem Romanum Cherſonæ CHRISTI doctrinam tradidiſſe, Primit. Eccl. Prothonot. affirmant. in Vit. Clement. Metaphraſt. in Vit. eiuſdem. Damaſ. de Vit. Pontif. ANNO LXXVI.

PATHMOS.

IN Pathmo inſula S. Iohannes Apoſtolus & Euangeliſta Apocalypſin conſcribens CHRISTVM prædicauit, Tertull. in lib. de præſcript. hæret. Euſeb. lib. 3. cap. 18. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Metaphraſt. in uit. Ioann. ANNO LXXXIII.

ANTARADI.

S. PETRVS Apoſtolorum coryphæus Antaradi CHRISTVM prædicauit, & Miſſarum ſolennia celebrauit. Volaterr. lib. 11. Abdi. certamin. Apoſt. lib 1. ANNO XXXVII.

FINIS PARTIS QVARTÆ, CENTENARII PRIMI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE.

GVILIELMI EYSEN-GREINEI DE NEMETO SPIrenſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

CENTENARIVS PRIMVS.

PARS QVINTA.

DISTINCTIO PRIMA.

DE VITA, MIRACVLIS ATQVE Martyrijs, Sanctorum Italiæ.

ROMANI MARTYRES.

S. PETRVS.

OBIIT ANNO LXVIII.

Aduerte hic Illyrice, quæ quantaq; antiqui & orthodoxi patres tribuerint epitheta D. Petro.

SANCTVS PETRVS, qui & Simon Barlona, & Cephas, Andreæ Apoſtoli Ioannis percurſoris diſcipuli frater, Galilæus, ex Bethſaida paruo quodam & uili oppidulo, iuxta ſtagnum Genazareth, patre Iona ſiue Ioannne, fortiſsimus fidei agonotheta, Eccleſiarum omnium reuerendiſsimus pater, D. Maxim. Sermo. 1. in Natal. Apoſtol. Petri & Pauli, Magiſter Apoſtolorum, Principium fidei orthodoxæ, Magnus interpres Sacrorum Eccleſiæ, Chriſtianorum neceſſarius conſiliarius, Theſaurus ſupernarum uirtutum, Honoratus à Domino Apoſtolus, Templum DEI, Dulce Eccleſię ſpectaculum, Campus uniuerſę terræ, Alba & caſta columba, Acris & uehemens Apoſtolus, Feruens ſpiritu, Angelus & homo, Gratia plenus, Solida petra fidei, Vetuſtus Eccleſiæ ſenſus, qui beatus eſt & columbæ filius propter caſtitatem, qui Angelorum ordines ſpoliauit, quem laudat ipſe Dominus mundi lucem dicens, qui eſt potentior Regibus, fortior militibus, ditior diuitibus, ſapientior Philoſophis, eloquentior Oratoribus, qui nihil habet & omnia poſsidet, Martyrum tolerantia, Patriarcharum orthodoxa ſententia, Monachorum exercitatio, Virginum coronator, eorū qui ſunt matrimonio coniugati pacificator, raptorum refrenator, intemperantium caſtigator, Tegumentum Regum, Murus Chriſtianorum, Barbarorum aduerſarius, qui chamum a hæreticis imponit, qui à ratione alienas morte afficit perturbationes, qui legiones Dęmonū expellit, qui aras Idolorum diruit, qui & infra & ſupra dìues eſt, ut qui ſuperorum quidem claues accepit, eorum autem qui ſunt infra ſoluendi & ligandi peccata poteſtatem habet, Apoſtolorū uertex, Fundamentum immobile, Petra ſtabilis & quæ frangi non poteſt, Eccleſię princeps, Portus inexpugnabilis, Turris firma & quæ non poteſt concuti, Eccleſiæ columna ac propugnaculum, Orbis

a Pro his omnibus Illyricus putat rem benè actam probaſſe Petrū humilis generis & conditionis, illiteratumq; piſcatorē fuiſſe.

Orbis terrarum magiſter, B. Chryſoſt. in Sermo. de S. Petro & Paulo. Princeps Apoſtolici ordinis, Primus in Apoſtolica dignitate, quod primus fuerit in Domini confeſsione, S. Leo Papa in Serm. de Natal. Apoſt. Petri & Pauli. Quęſtor cœlorũ conſtitutus, Metaphraſt. in uit. Petri. Mundi lumen, Columna fidei, eccleſię fundator, Innocentiæ magiſter, Totius ſanctitatis & ueritatis author. Gaudent Epiſc. Brixien. in uit. Petr. Confeſſor primus, Paſtor humani generis, Clauicularius Regni, Iſidor. Epiſc. Hiſpalen. in uit. Petri. Eccleſiæ unicæ typus, In Apoſtolorũ ordine primus, In CHRISTI amore promptiſsimus, B. Auguſtin. in lib. de uerbis Domini. Coryphęus Apoſtolorum, Princeps Apoſtolorum, Doroth. Epiſc. Tyri in Synop. de 12. Sozomen. Sac. Hiſt. lib. 7. cap. 4. Niceph. Eccle. Hiſt. lib. 2. cap. 14. Caput Eccleſiæ. Euariſt. Papa in Epiſt. Decretal. Supremum decus & Theologorum columen, Dionyſ. Areopag. cap. 3. de diuin. nominib. Probatiſsimus omnium Apoſtolorum, Maximus fideiq́ magnificentia primorum princeps, Euſeb. Sacr. Hiſt. libr. 2. cap. 14. Dux diſcipulorum CHRISTI Epiphan. hæreſ. 51. Omnium Apoſtolorum ſummus, Leo Papa in epiſt. ad Epiſc. Vienen. Veriſsimus teſtis, ex piſcatore Domini noſtri Saluatoris IESV diſcipulus, quem CHRISTVS manibus baptizauit ſuis, Euodi. in Epiſt. quam lumen inſcripſit. Qui ueræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentũ eſſe Eccleſiæ definitus eſt, qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, Apoſtolorum primus, cui & primo DEVS pater filium reuelauit, cui & CHRISTVS competenter beatitudinem contulit, qui & uocatus eſt & electus, & conuiua Domini & comes effectus, tanquam bonus & probatiſsimus diſcipulus, qui obſcuriorem mundi plagam occidentis (uelut omnium potentior) illuminare præceptus eſt, quiq́ & integrè potuit implere pręceptum. Clemens epiſt. 1. ad fratrem Domini. Quem unigenitus DEI filius beatum prædicauit. Quem DEVS ipſe ac Pater coronadonauit. Quem paracletus SPIRITVS ſanctum reddidit, & inſtrumentum quoddam diuinas res ſpirans effecit. Quem cœleſtes Angelorum ordines collaudarunt, & Apoſtolorum chorus ualdè admiratus, tanquam os ſuum amplexatus eſt ac celebrauit. Quem qui CHRISTO crediderunt ducem ac magiſtrum ſequentes, ad infidelitatis ſcopulos non offendunt. Quem ad cœlum uſq́ peruenientem, & ualde illuſtrem ſpiritualis Iſraelis columnam, & animarum in perfidiæ pelago fluctuantium gubernatorem appellamus. Quem ut umbræ legis expulſorem ualde honoramus. Quiq́ nos ad ueritatis lumen traduxit, eum laudibus atq́ hymnis proſequimur. Verè Apoſtolorum firmamentum, & ſacratus cœlorum magiſter, arcanorum interpres, nutantium confirmator, lapſos erigens, firmos conſeruans, pœnitentiæ dux ardentiſsimus: Magnum orbis terrarum miraculum, Eccleſiæ iactatio, diſcipulorum decus, & eorum, qui rectè ſentiunt ornamentum, Theologorum pulchritudo, CHRISTI os, Mens cœleſtis, Trinitatis puriſsimum tabernaculum, lapſorum reconciliator, honeſtè uiuentium ductor, rectè currentium propugnator, omni cœleſti & humana laude, omni pręconio digniſsimus, Metaphraſt. in Sermon. de adoratione Venerab. cathen. & glad. S. Petri. Hic poſt corporeum Dominicæ Natiuitatis aduentum uir acerrimus & diligentiſsimus, cum filiam Ariſtobuli fratris Barnabæ Apoſtoli coniugem duxiſſet, & ex ea filium unum atq́ filiam genuiſſet, magis uerſa-

Dicit Illyricus: Aliquis Apoſtolorum cogebatur ponu primo loco quicunq; demũ is fuiſſet, ex hoc igitur nihil accedit primatui Petri. Sed heus tu, ut id fieri oportuiſſe cõcedatur, neceſſum tamen nõ erat ut unus & idem ab Euangeliſtis omnibus, ubique et ſemper in Apoſtolorũ relatione primo loco poneretur, id quod in Petro accidiſſe uidemus. Nunquã enim erat caput in medio uel in fine ponendũ. Matt. cap. 10. explicat clarè, Primus Simon, quaſi diceret, etiamſi primo loco non poneretur, reuera tamen primus eſt.

Petrus ducit uxorem antequam Chriſtũ agnoſcat.

batur in ijs quæ ad uictum comparandum pertinebant, ut qui & cum uxore habitaret, & ſenis patris prouideret ſenectuti, Metaphraſt. in Vita S. Petri.

Cum autem aliquando Dominus IESVS CHRISTVS uera lux mundi mundanis illuxiſſet tenebris, ambulans iuxta mare Galileæ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, (de quo agimus) & Andream fratrē eius, mittentes rete in mare, (erant enim piſcatores) & ait illis: Venite poſt me, & faciam uos fieri piſcatores hominum. At illi continuò, relictis retibus ſecuti ſunt eum. Matth. 4. Ab eo tempore, Petrus conſentiente uxore ſua, a aſſumptus in Apoſtolatum, reliquit coniugale officium, quod ex alio colligitur loco, nempe Matth. 19. cum diſcipuli dicunt: Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere. Cui diuino inſtituto obtemperaſſe Apoſtolos profitetur, his uerbis: Ecce nos reliquimus omnia, b & ſecuti ſumus te, Hieron. aduerſ. Iouinian. libr. 1. ſcribit, excepto Apoſtolo Petro, non eſſe manifeſtè relatum de alijs Apoſtolis quod uxores habuerint, & cum de uno ſcriptum ſit ac de cæteris tacitum, intelligere debemus, ſine uxoribus eos fuiſſe, de quibus nihil tale ſcriptura ſignificet. Et infra: Poſſumus autem de Petro dicere, quod habuerit ſocrum eo tempore quo credidit, & uxorem iam non habuerit. Hæc abdicatio Petri qualis fuerit, & abundè Gregorius docet: Multum (inquit) reliquit, qui ſibi nihil retinuit: multum dimiſit, qui cum re poſſeſſa, etiam concupiſcentijs renunciauit. Nam promiſerat CHRISTVS inquiens: Si quis dimiſerit patrem, uxorem, filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam poſsidebit.

ET cum ueniſſet IESVS in partes Cæſareæ Philippi, Matth. 16. interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At ili dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij uero Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Dicit illi IESVS: Vos autem, quem me eſſe dicitis? Tum Simon Petrus conſtanter & intrepidè tacentibus reliquis Apoſtolis, quia tum, ſecundum Chryſoſtomum Hilarium & Ambroſium, CHRISTVM DEVM non credebant, ſolus reſpondit: Tu es CHRISTVS filius DEI uiui. Tu es unctus, CHRISTVS, Rex & Pontifex expectatus. Tu Domine de carne uirginis factus es CHRISTVS, qui DEI filius es ſempiternus. Tu Domine hominibus natus es homo, qui incogitabili maieſtate DEVS es apud DEVM. Tu es CHRISTVS, qui pro redemptione noſtra ad paſsionem ueniens, impaſsibilis permanes apud patrem. Sic ualidiſsima inuictaq́ nobis credendi fundamenta conſtituens, D. Maxim. in Sermo. 1. de Natal. Apoſtol. Pet. & Pauli. Vt autem confeſsionis huius quanta eſſet magnitudo Saluator oſtenderet, ait Petro: Beatus d es Simō Barlona, (& nomen Petri antiquum ſeruans, & patris etiam nomen addens, ne ad Cananæum poſſent uerba referri) quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Hinc CHRISTVS Dominus communionem ſui nominis libenter ei indulſit, e quod Petro non cummune cum reliquis Apoſtolis eſſet, ſed proprium. Vt enim (ſicut Paulus Apoſtolus 1. Corinth. 3. edocuit) petra erat CHRISTVS, ita per CHRISTVM Petrus factus eſt petra. Nam ſicut in deſerto dominico ſitienti populo aqua fluxit è petra, ita uniuerſo mundo perfidiæ ariditate laſſato, de ore Petri fons ſalutiferæ confeſsionis emerſit. Maxim. Taurinen. Epiſcop. in Sermone primo de Natal.

a Petrus cognito Chriſto cum conſenſu reliquit uxorem.

b Mentitur ergo Illyricus; Petrū ambitione quadam rerū carnalium ſolum obiecisſe Chriſto quod omnia illius cauſa reliquerit, cum non dicat ego, ſed nos. Qum & ipſe Chriſtus tantum abeſt ut hanc eius affectum reprehendat, ut etiam ampliſsimū premium promiſerit.

c Petrus fatetur Chriſtum eſſe DEVM primus, quia primus nouit, non pro reliquis, quia id reliqui nondum credebant.

d Inde manſit Rom. Pontificū Epitheton ut beati & beatiſsimi nuncupentur.

e Chriſtus tanquam inſigne aliquid facturus, mutat nomen Simonis, id enim in rebus maximis fieri ſolitum ſcripturæ docent utriusq́ teſtament. in Abrahamo, Sara, Iacob etc. Inde mos obtinuit, ut Pontifices Rom. nomen mutēt.

Natal. Apoſtol. Petri & Pauli. Dicit autem DOMINVS Petro: Et ego dico tibi, non Ioanni, non Iacobo, ſed tibi, tu es, non ſolum uocaris ſed es Petrus, hoc eſt ſaxum. Vnde & Ioann. 1. capite Cephas, id eſt, petra ingens ſeu rupis magno ferendo ædificio idonea à Domino uocatus eſt. Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, id eſt, ſuper te [a] ô Petre, ſuper me ædificabo te, ut exponit Hilar. Math. 16. Ambroſ. Sermon. 47. de fide Petri. Cyprian. Epiſt. ad Iubaian. & Quintum. Hieron. lib. 1. contra Iouinian. & ſup. Matth. & in Epiſt. quadam ad Marcellam, & Eſai. 2. & 16. cap. Chryſoſtom. Homil. 55. in Matthæ. Cyrill. lib. 2. in Ioann. cap. 12. Origenes in Epiſt. ad Roman. Homil. 1. in Matth. Homil. 5. in Exod. & Homil. 8. in Ioann. Auguſt. contra Epiſt. Donati, & Homil. de ſanctis Petro & Paulo, & Sermon. de Cathedra Petri. Theophilact. Luc. 22. Gregor. lib. 4. Epiſt. 32. & lib. 6. Epiſt. 37. Leo Papa in Serm. 2. de Apoſt. Petro & Paulo, & in Epiſt. ad Flauianum, & in Epiſt. 67. ad Epiſc. Vienen. Baſil. lib. 2. contra Eunomium. D. Maxim. in Sermon. de S. Petro & Paulo. Tertullian. in lib. de præſcript. hæretic. Epiphan. in lib. Ancoratus. Dionyſ. in Epiſt. ad Timoth. Clemens in Epiſt. 1. ad fratrem Domini. Et permanſuram hanc ſucceſſorum temporibus Petri cathedram Dominus non obſcurè ſignificauit, cum adiecit: Et portæ [b] inferi non præualebunt aduerſus eam. Matth. 16. Suſtentat itaq; Dominus Eccleſiam ſuam hodie, ſed per Petrum, ſuſtentat & Petrus, ſed per ſucceſſores ſuos. Si enim cathedra Petri hodie nulla eſſet, quiuis intelligeret contra promiſsionem Domini ſequi, iam portas inferi aduerſus eam præualuiſſe. Nouit hoc Alexandrinorum, Ægyptiorum & Thebanorum ſacra Synodus, cui & B. Athanaſius præfuit: nouit S. Leo Papa Sermo. 2. aſſumpt. ſuæ ad Ponti. Vnde Iræne. lib. 4. cap. 63. Agnitio, inquit, uera eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus in uniuerſo mundo & charactere corporis CHRISTI ſecundum ſucceſsiones Epiſcoporum quibus illi eam, quæ in unoquoq; loco eſt, Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit uſq; ad nos cuſtodita. Peruenit aũt ſecundum ſucceſsiones cathedræ Petri, [c] defecit enim Ieroſolimytana Eccleſia, cui præſedit Iacobus: defecit Achaia, ubi Andreas: defecit Aſia, ubi Ioannes: defecit India, ubi Thomas: defecit Perſis, ubi Iudas: defecit Æthiopia, ubi Matthæus: defecit Phrygia, ubi Philippus: defecit Græcia, ubi Paulus. Sola fuit & eſt Romana Eccleſia, ad quam nunquam acceſſum habere poſſe perfidiam [d] ſcribit Cyprian. lib. 1. Epiſt. 3. in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ uiguiſſe principatum narrat Auguſtin. Epiſt. 142. in qua Patrum authoritatem incorruptam ſeruari teſtatur Hieron. ad Dāmaſum, neq; dubitat Romanam fidem, Catholicam fidem appellare lib. 1. contra Ruffin. ſicut & Ambroſ. in oration. funebr. de obitu fratris Epiſcopos Catholicos uocat Romanam Eccleſiam.

Subdit poſtea CHRISTVS, ad Petrum dicens: Et tibi dabo claues regni [d] cœlorum, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Math. 16. Hæc illi confeſsio dedit, ut ante claues regni cœlorum acciperet [e] quam cœli ianuas introiret. Claues autem regni cœlorum CHRISTVS appellauit Eccleſiæ Catholicæ principatum, nam regnum cœlorum ſæ-

[a] Tò, ſuper te. Illyricus multum ſudat torquendo hunc locum, ne cogatur omnium illorum patrum menti Chriſti congruam interpretationẽ hāc ſequi, ſed fruſtra.

[b] Ecce Illyrice, uerbis Chriſti tuis conatus in Petri primatũ oſtenduntur fruſtranei. Et hactenus quidem omnium hæreſiarcharum inſultus fruſtraneos fuiſſe, cũ Dei gratia experimur.

[c] Vide Flacij quid uir Apoſtolicus Iræneus de Petri Cathedræ ſucceſsione ſentiat.

[d] Firmitas adamantina S. Eccleſiæ Rom. & integritas eius uere uirginea in fide.

[e] O præmiũ Vicario Chriſti conſtituto dignum, & à Pontifice Pontificum profectum.

[f] Petrus claues accepit ante ingreſſum cœlorum, non materiales ſicut ueteris teſtamenti Pontifices, ſed ſpirituales: ſpiritualium enim ianuarum reſerator conſtitutus eſt.

pe in Euangelio uocatur Eccleſia Catholica, ut cum regnum cœlorum ſimile eſſe decem uirginibus perhibetur, quinque fatuis & quinque prudentibus: & claues Symbolum eſſe Imperij & Principatus agnoſcimus ex Eſaia, qui quod cap. 22. habetur: Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, cap. 9. ſic protulit, Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Tranſiuit quidem in alios Apoſtolos uis iſtius poteſtatis, ſed non fruſtra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ſingulariter hoc creditur, quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma *a* proponitur. Manet ergo Petri priuilegium, ubicunque ex ipſius fertur æquitate iudicium, nec nimia eſt uel ſeueritas, uel remiſsio, ubi nihil erit ligatum, nihil ſolutum, niſi quod Petrus aut ligauerit aut ſoluerit. S. Leo Papa in Sermo. de B. Apoſtolo Petro & Paulo.

a Petrus forma rectorum omnium Eccleſiæ.

A CHRISTO inde Petrus una cum Iacobo & Ioanne in montem ducitur, quem Hieron. in Epitaph. Paulæ dicit montem fuiſſe Thabor in Galilæa, quatuor miliaribus à Nazareth. Andreas Epiſco. Creten. in orati. de transfigura. citat ſcripturam pro hoc. Pſalm. 88. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: eſtque ſpectator mirandi CHRISTI transfigurationis. Videt Eliam & Moyſen, eoſque audit cum CHRISTO colloquentes. Audit inſuper uocē patris cœleſtis, qua ornabatur IESVS, quod eſſet ſuus dilectus filius, quem ab ipſis totoque mundo uellet audiri. Matth. 17. Mar. 9. Luc. 9.

b Cur hic nō exclamat Illyricus ſicut in illis ubi Petrus humana fragilitate peccauit? Quia nō conuenit eius inſtituto. Et ſi hic non turbatur Petri ſemitā, multo minus ſtolidorum hæreticorum inſultibus greſſus Petri fient lubrici.

Facta reſurrectione, piſcantibus diſcipulis ad mare Tyberiadis, in littore apparuit IESVS, quærens nunquid piſces aliquot cepiſſent. Id cum negaſſent, iubet eos ad dexteram partem nauis rete mittere. Quod ubi feciſſent, & cognito CHRISTO Petrus ſe in mare demiſiſſet, rete plenum piſcibus retraxerunt, & appellentes ad littus, prope eum piſcem ſubiectis carbonibus & panem inuenerunt. Cumque Centum & Quinquaginta piſces numeraſſent, quos ex reti colligebant, inuitabat CHRISTVS diſcipulos ut ſecum piſcemque & panem ederent. Ioann. ult. Ambulauit autem in mari Petrus magis dilectione quam pedibus, non enim uidebat ubi ueſtigium pedum poneret, uidebat autem ubi figeret ueſtigium charitatis, in naui enim poſitus conſiderat Dominum, & amore eius ductus deſcendit in mare, non cogitat labentes aquas, non fluenta correntia, & dum CHRISTVM reſpicit non reſpicit elementum. Credit fide etiam inter undas ſolidum inuenire ueſtigium, iactetur licet fluctibus mare, uentis pelagus conturbetur, non tamen turbatur Petri ſemita, *b* quæ ducit ad Dominum. Ambulat igitur ſuper aquas Petrus, & ſub pedibus eius mollis unda non cedit. Ambroſ. Sermo. 47. de B. Apoſtol. Petro & Paulo. Succinctus tunica mittit ſe in mare, in ſignum ſingularis potentiæ & Pontificij Petri, per quod non nauem unam ut cæteri quiſque ſuam, ſed ſeculum ipſum *c* ſuſcepit gubernandum. Bernardus de conſiderat. lib. 2.

c Sufficiat hoc Illyrico dubitanti an Epiſcopi Rom. Petri ſucceſſoris gubernatio ſe ultra unum Epiſcopatum extendere debeat.

Exinde dicit Simoni Petro Dominus, (ſoli Petro, ſcribit Chryſoſtomus in locum Ioann. 21. ut oris & Apoſtolorum Principi, & ut fiduciam daret tanquam negationis factæ obliuiſceretur, fratrum curam committit,) Simon Ioannis diligis me plus his? examinans de *d* moribus Petrum

d Petrus diligere debuit Christū plus quā Apoſtoli reliqui, ad quid? quia plus illi committendum erat ac alijs.

Petrum, ſoli loquitur, ut demonſtraret quanti ouium ſuarum curam faciat, & quod hoc ſit maximum amoris argumentum. Chryſoſtomus. Etiam Domine, inquit Petrus, tu ſcis [a] quia amo te. Præueniebat enim alios Petrus amore CHRISTI præcipuo feruens, & ad faciendum & ad reſpondendum paratiſsimus: amare ſe fatetur, & amoris ſui non alium ſed CHISTVM ipſum teſtē citat. Tum CHRISTVS: Paſce agnos [b] meos. Dicuntur hæc ſoli Petro, non enim dicit paſcite, ſed paſce, quod ſi omnibus diceretur præſentibus, Nathanael quoq; & alij duo diſcipuli qui ibi cum quibuſdam Apoſtolis aderant facti fuiſſent paſtores & Epiſcopi à CHRISTO. Impleta eſt itaq; tunc figura quæ habetur Nume. 17. Vbi cū duodecim Principes tribuū attuliſſent uirgas, ſola uirga Aaron de tribu Leui floruit & protulit amigdalas. Sic inter duodecim Apoſtolos Principes ſuper omnem terram, ſola uirga, id eſt poteſtas Petri floruit in paſtoratum perpetuum, unde Hieron. ad Euſtach. de uincu. S. Petri: Ecce Apoſtolo pœnitenti ſuccurritur, qui eſt Epiſcopus Epiſcoporū, & maior gradus redditur ploranti quam ſublatus eſt neganti, quod ut doceam illud oſtendo, quod nullus Apoſtolorum paſtoris nomen accepit, [c] ore ſcilicet CHRISTI. Paſce agnos meos, accipe claues regni cœlorum quas tibi promiſeram, eſto Epiſcopus Chriſtianorum. Apoſtolatus ei renouans dignitatem, ne propter negationem quæ humana infirmitate accidit labefactata uideretur. Dignitatem intellige Epiſcopatus Eccleſiæ Catholicæ promiſſam Matth. 16. Et ſic qui ante lachrymas præuaricator extitit poſt lachrymas paſtor aſſumptus eſt, & alios regēdos accepit qui prius ſeipſum nō rexit. Fidelior factus eſt poſtq; fidem ſe perdidiſſe defleuit, atq; ideo maiorem gratiam reperit quam amiſit: tanquā bonus paſtor tuendam gregem accepit. Poſtq; trimæ negationis maculas confeſsione diluit amoris, nō ſolum in gradu ſui Apoſtolatus remanſit, uerum etiam in paſtorem totius Eccleſiæ à CHRISTO inſtitui meruit. Ambroſ. in Sermon. de pœnitentia Petri, & Sermon. de fide Petri. Sic Chryſoſt. Sic Cyrill. Sic Euthymius in cap. 21. Ioann. Cum uero omnes agni ſint CHRISTI, omnes Petro [d] commendantur, non ut Domino, adhuc enim CHRISTVS uocat ſuos agnos, ſed ut paſtori & diſpenſatori. Quod inter has oues & illas non diſtinxit CHRISTVS, alienum à ſuo demonſtrauit ouili, qui Petrum paſtorem non recognoſceret, ut Innocent. de maio. & obe. cap. Solitæ, & Bernard. lib. de conſider. ad Eugenium cap. 6. euidentiſsimè teſtantur. Et dicit ei iterum CHRISTVS: Simon Ioannis diligis me? nec addit, plus his, ne Petrus putaret quæri de illo, & cogi ut aliquid diceret de ſui præ cæteris amoris excellentia, ſic Caietan. At ille: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Veraciter reſpondet, & de intimo cordis profert amantis uocem, & ſemel atq; iterum interrogatus, ipſum arcanorum cordis ſcrutatorem teſtem aduocat. Chryſoſtom. ſup. Ioann. Auguſtin. in Sermo. poſt Paſcha. Dicit ei iterum: Paſce oues meas, & ſic ſecunda uice Petro paſtoratus agnorum CHRISTI munus commendat, qui nihil aliud eſt, quam Epiſcopatus [e] Eccleſiæ Catholicæ. Dixit ei tertio: Simon Ioannis amas me? Interrogatur de quo dubitatur, ſed Dominus non dubitat, qui interrogat non ut diſceret, ſed ut doceret quem eleuandus in cœlum amoris ſui uelut nobis Vicarium [f] relinquebat. Ambroſ. Luc. 18. Quod autem meminit Ambroſius de eleuatione in cœlum, innuit figuram Moſis, qui aſcenſurus

in montem

[a] Vide hæreticę nullam in Petro arrogantiam: Non reſpondet ſe plus amare cæteris cum id Chriſti quæſtio uelle uideatur, ſed ſimpliciter, Tu ſcis quia amo te, hoc enim omnino dicendū erat.

[b] Petro promiſſus antea à Chriſto Pontificatus, ab eodem hic traditur.

[c] Chriſtus præter Petrum nemineṁ Apoſtolorum ſuo ore conſecrauit Epiſcopum, qui igitur hæretici de eius primatu dubitat? De quo in uita Chriſti latius.

[d] Petrus paſtor eſt ouium Chriſti, ergo Illyricus & alij hæretici non agnoſcentes paſtorem Petrum, non ſunt de ouibus Chriſti.

[e] Paſtoratus ouium Chriſti qui ſit.

[f] Petrus Chriſti Vicarius.

in montem, commiſit negotia Aaroni, ſic CHRISTVS aſcenſurus in cœlum commiſit Petro. Vnde Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum. Petrus poſt peccatū factus eſt paſtor Eccleſiæ, Vt Moyſes poſt percuſſum Ægyptiū factus eſt rector Synagogę. Tertio quoq; interrogatur à CHRISTO Petrus, ut unitatē Eccleſiæ commendaret. Quę cum audiſſet Petrus, contriſtatus a eſt quod ei tertio dixiſſet amas me? Et reſpondens ait, Domine, tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Petrus trinam timens negationem, ſuſpicatus ne forte putaret ſe amare non tamen amaret, ſicut prius putauerat ſe nunquam negaturum & tamen negauit, & quia medeſtiorem ac meliorem ipſum effectus ille reddiderat, mœrore affectus eſt, & iam ipſum, ut qui omnia noſſet priuſquam fierent, teſtem facit & ait: Tu omnia noſti, & præſentia & quæ futura ſunt tanquam DEVS: tu ſcis quod nunc toto corde te amem, nil amplius adijciens, ignorans b quid futurum ſit, nam paulò ante cum contradixiſſet, conuictus eſt quod uanam habuerit de ſe fiduciam, Sic ibi Chryſoſtom. Redditur autem negationi trinæ, trina confeſsio, ne minus amori lingua ſeruiat quam timori, ſit amoris officium paſcere gregem Dominicum, ſi fuit timoris indicium negare paſtorem. Sic Auguſtin. in hunc locum, cum quo conuenit Cyrill. & Ambroſ. Sermo. 46. de B. Apoſt. Petro & Paulo. Et IESVS Petro: Paſce ergo oues meas. Datur hic tertio ſummus ordo Epiſcopalis & ſumma iuriſdictio: Infallibilis enim fidei priuilegium datum erat, Luc. 22. Ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua, ſed quod ibi promittitur, Tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos, hic impletur teſte Venerab. Bed. in Homel. huius loci, quæ legitur in uigilia S. Petr. & Pauli. Hoc paſce oues meas, ſoli & uni Petro dicitur. Auguſtin. in lib. de paſtorib. Petrus uero c alijs Apoſtolis & paſtoribus dixit, 1. Pet. 5. Paſcite qui in uobis eſt, gregem DEI prouidentes &c. Amen amen dico tibi, cum eſſes iunior cingebas te & ambulabas ubi uolebas, cū autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non uis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet DEVM. Et cum hoc dixiſſet, ait illi: Sequere d me. Te namq; nunc dirigo ad orbis Pontificatū, cunctorum fidelium prælatum eum inſtituens. Theophil. Et hæc quidem facta ſunt antequam Saluator cœlos aſcendiſſet.

Poſt CHRISTI ad patrem aſcenſum continuo Petrus cœpit miraculis illuſtrior fieri, Cibus eius panis ſolus cum oliuis, & raro cū oleribus erat. Indumentum autem tunica ſola cum pallio. Clemens in lib, recognitio. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 22.

Adueniente Spiritu ſancto ſub ſpecie linguarum ignearū ipſa Pentecoſte in domo Ioannis Euangeliſtæ Hieroſolymis, in qua & primū Paſchæ miſticum conuiuium Dominus cum diſcipulis inſtituit, ut Euod. in Epiſt. quā Lumen inſcripſit teſtatur, primū Petrus Miſſæ ſacrificiū, e ſanctū myſterium, cœnam Dominicam celebrauit, ut apertè diſertis uerbis docet Heſychius Preſbyter Hieroſolym. in Acto. cap. 2. & cap. 23. Leuit. lib. 6. Nicolaus Cabaſilla cap. 28. de Miſſæ ſacrificio, & German. Archiepiſc. Conſtantinopolitan. in Hiſt. Eccleſ. exponens Miſſæ Canon. Beda Venerabilis. ad cap. 2. Acto, lib. 1. Commentar. ad Accam Epiſc. & ad cap. 2. eiuſdem. Hieron. in Comment. ad cap. Eſai. 2. Theonas Abbas Collat. 21. cap. 20. & Ioan. Caſsianus. Petrū tanquam caput & Eccleſiæ principem primum Miſſas celebraſſe Anacletus do-

cet

a Lutheriſta hæretice, ubi eſt tua gratiæ certitudo? Petrus putauit ſe ex corde amare Chriſtum (ut & amauit) attamē ad Chriſti uerbū incipit dubitare de ſeipſo. Ceſſa igitur Illyrice Petrum uocare arrogantē, ſui confidētē: tales enim uos eſtis.

b Negatio Petri occaſio ipſi fuit modeſtius in poſterum de ſe ſentiēdi. Cur igitur negationē hæreticus in tantū extollit & quod ex eo ſecutum eſt bonū contemnit?

c Chriſtus ſoli Petro commitit oues, hic poſtea reliqs Apoſtlis.

d Soli Petro dicitur: Sequere me. Cur hoc? quia eidē ſoli dictum erat, Tu es Petrus, &c.

e Secunda Miſſa á ſecundo Chriſtianorum Papa primū facta. Quando ergo Illyricus et alij dicunt, Miſſam Papiſticum eſſe inuentū, neſcij & inuiti, ſicut olim Cayphas, uerißimum dicunt, á ſummo enim Papa Chriſto primum, à Petro ſecundo celebrata eſt.

cet Epiſt.2.Clemens Epiſtola 2.Epiphan.lib.3.hæreſ.79. Ionas. Epiſc.Aurelianeñ.de cultu imagin.ſanct.lib.3. Accepto Spiritu ſancto unacum cæteris prodijt in publicum Euangelium IESV CHRISTI palam adnuncians, & cũ adeſſent qui criminarentur dicentes, quaſi muſto pleni eſſent diſcipuli, Petrus ut inflammatas & ſicut ille cui à CHRISTO commiſſum erat ouile, (inquit Chryſoſt.) & ut Princeps Apoſtolorum, luculentam & grauem defenſionẽ orditur, *a* ac docet, iſtas cõciones nequaquã ex temulentia promanere, ſed fieri iuxta Prophetiam diuinam Ioelis.2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem &c. & cum alia quoq; illis tuliſſet teſtimonia, tria millia ſtatim hominum ad fidem conuertit. Actor.2. Petrus inde & Ioannes aſcendebant in templum Hieroſolymitanum ad horam orationis *b* nonã, & ecce quidam uir, qui erat claudus ex utero matris ſuæ (Hiſtor. Scholaſtica dicit quod etiam fuerit paralyticus) baiulabatur, quẽ ponebant quotidie ad portã templi, quæ dicitur Speciofa, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum. Is cum uidiſſet Petrum & Ioannem ingredientes, ſupplicabat ut eleemoſynam *c* acciperet, intuens autem in eum Petrus cum Ioanne dixit: Reſpice in nos. At ille intendebat in eos ſperans ſe aliquid accepturũ ab eis. Tum Petrus: Argentum & aurum *d* non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine IESV CHRISTI Nazareni ſurge & ambula: & appræhenſa eius dextera alleuauit eum. Et protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ, & exiliens ſtetit & ambulauit, & ingreſſus cum illis in templũ, coram omni populo teſtificabatur & magnificabat Dominũ. Erat autem annorum amplius quadraginta. Actor.3. Beata plane largitas quæ petenti argentũ non contulit, ſed contulit ſanitatem. Beata largitas, quæ de theſauris ſuis aurum non protulit, ſed protulit medicinã. Beatus & ille claudus, qui dum in ſtipem quærit pecunias, diuitias incolumitatis accepit. Hoc enim ab Apoſtolis donatum meruit, quod nullis theſauris à medicis redimere potuiſſet. Primum ergo ſignum mirabilium ſuorum Petrus fecit, claudo pedum reſtituendo ueſtigia, ut ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Rectè inquam primo in Chriſtiano pedes curat, ut iam non intrepidus nec imbecillis poſsit ſuper petram Eccleſiæ ſed robuſtus & fortis incedere. Ambroſ.Sermo.68.de B.Apoſt.Petro & Paulo. Habuit tum Petrus ſecundam concionem occaſione miraculi facti de claudo, & cum rurſus eos qui erant congregati arguendo inſtituiſſet, & ad ſalutem inuitaſſet, & uerum DEVM eſſe Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM ex Moyſe & Prophetis euidenter oſtendiſſet, non ſolum miraculi magnitudine, ſed orationis quoq; uehementia, omnes obſtupefecit, & ad fidem in CHRISTVM attraxit quinq; milia uirorum. Act.4. Dicit Metaphraſt.hic inuit.Petr, Petrum decies mille uirorum Eccleſiam tum conſtituiſſe Hieroſolymis. Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt Sacerdotes & magiſtratus templi & Saducæi dolentes, quod docerent populum & annunciarent in IESV reſurrectionem ex mortuis, & iniecerũt in eos manus, & poſuerunt in cuſtodiam. Mane autem facto, cum congregarentur Principes eorum, & Seniores & Scribę in Ieruſalem, & Annas princeps *e* Sacerdotum, & Cayphas, & quotquot erant de genere ſacerdotali, Pe-

i trus re-

e Si quid iſti Pſeudo Pontifices Moſaicum retinuerunt, hoc unum eſt, quod in Concilia non admiſerunt laicos, aut quemlibet de fece uulgi.

a Flaciberetice, etiã ne adhuc idiota Petrus? Quis docuit eum interpretari ſcripturas?

b Ecce, Lorarum Canonicarum contemptor. In hunc locum exercuit ſuã tyrannidem Lutherus, cũ pro uerbo orationis, fal ſo interpretatus eſt, ad orandum.

c Cur á fore didis, ut hæretico uidetur, piſcatoribus eleemoſynam petijſſet, niſi ſciuiſſet, eos depoſitorum ad pedes theſaurorum eſſe diſpenſatores?

d Hic triumphant hæretici facitis Petrum Papam, & non habet quod det mendico. Cum id cuius diuiti accidere poſſit, ut argentũ apud ſe non habeat. Deinde licet habuiſſet (ut certè domi habebat) rectè tamen dixit: Non eſt mihi, nihil habeo proprij. Commune autem quod habebat, erat pro pauperibus domeſticis. et recẽs cõuerſis Chriſtianorum millibus.

trus repletus Spiritu ſancto, in nomine IESV Nazareni ſe claudum ſanaſſe oratione grauiſsima proponit. Videntes itaq; Petri conſtantiam & Ioannis, interdixerunt ne omnino loquerentur, neq; docerent in nomine IESV, & ſic eos demiſerunt, non inuenientes quomodo punirent eos, propter populum: quia omnes glorificabant DEVM in eo quod acciderat. Actor. 4.

Ananias cum Saphira uxore ſua uendiderat agrum, ac fraudauerat de precio agri conſcia uxore ſua, & afferens partem quandam ad Apoſtolorum pedes poſuit, quaſi totum id quod accepiſſent offerrent, ſibiq; tanquam propria uſurpantes, quę DEO conſecrauerant. Petrus autem fucum a hunc peculiari Spiritusſancti reuelatione aduertens, Ananiam his uerbis alloquitur: Anania cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te b Spiritu ſancto, & fraudari de precio agri? Nonne poteras retinere agrum, uel etiam precium, quod ex uenditione accepiſti liberè in poteſtate habere? Quare maluiſti mentiri? Non es mentitus hominibus ſed DEO. Ananias hac uoce tanquam excommunicationis fulmine audita mox corruit, & expirauit. Poſt tres horas Saphira quid de marito factum eſſet ignara aduenit. Cui Petrus: Dic mihi inquit mulier, tanntine agrum uendidiſtis? At illa affirmat. Ibi Petrus eam quoq; ſuis ſeris uerbis affatur: Cur inter uos conſpiraſtis inquit tentare ſpiritum Domini? Ecce pedes eorum qui ſepelierunt uirum tuum ad oſtium ſunt, & efferent te. Mulier hæc audiens, confeſtim & ipſa uiribus deſtituta collabitur, & animam exhalat ſubito. Actor. cap. 5. Augebatur uero interea numerus credentium in CHRISTVM, multitudo uirorum ac mulierum, ita ut in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut ueniente Petro ſaltem umbra illius c obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Conueniebant autem & ex proximis ciuitatibus multi Hieroſolymam ægros adferentes, & qui à ſpiritibus immundis uexabantur, quos omnes curabat Petrus. Exurgens autem princeps Sacerdotum & omnes qui cum illo erant, iniecerunt manus in Apoſtolos, ponentes eos in cuſtodiam publicam. Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris eduxit eos, qui cum diluculo in templo docerent, Magiſtratus templi & principes ſacerdotum adducentes illos ſine ui (timebant enim populum ne lapidarentur) ſtatuerunt eos in Concilio. Cum uero Petrus egregia concione doceret CHRISTVM IESVM, & DEO magis obediendum quam hominibus prædicaret, flagellati, Gamalielis Phariſæi occulti tum Chriſtiani (ut Venerab. Beda ex quadam Clement. Epiſtol. teſtatur) conſilio dimiſsi ſunt, denunciato ne omnino loquerentur in nomine IESV, Actor. 5.

Interea cum fama ueniſſet Hieroſolymam, quia Samaria uerbum Domini reciperet, miſerunt eò d Apoſtoli corũ conſilio maximos, ad rem maximi momenti, Petrum & Ioannem: qui cum ueniſſent orauerunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctum, nondum enim in quenquam illorum uenerat, ſed baptizati tantũ erant in nomine IESV. At Apoſtoli imponebant e manus

a Caueas tibi hæretice, potens eſt Petrus, quem tu uſq; adeo ſpernis, uerbo & opere. Et ſi mortẽ intulit illis tantum propter uotũ fractũ communionis facultatũ, quanto magis licebit Pontifici per idoneos magiſtros in uotifragos Apoſtatas animaduertere?

b Nota menti ti dicuntur ſpiritui ſancto & tamen mẽtiebantur Petro. Quando igitur tu hæretice ſpernis & derides Pontificẽ, derides Spiritũ ſanctum, unde tẽ mors animæ manebit, & eò quidem grauior ſi hic non in corpore puniris.

c Aduerte hæretice: ueniente Petro ait, cur nõ ueniente Ioanne aut Iacobo &c. ſanat aũt Petrus umbra, quod Chriſtus non fecit. Honor autem ad Chriſtum eò maior redit, quod per Vicarium diſcipulum ea operatus eſt & non per ſeipſum.

d Dicit hæreticus: Petrus ab Apoſtolis miſſus eſt in Samariam, ergo non fuit eorum caput. Quaſi uero neceſsitate urgente & inſigni fructu qui ex eo ſequatur apparente, totus Cardinalium cœtus aſſentientem imò & uolentem Põtificem (ſicuti hoc uoluit Petrus) aliquo non poſſit mittere, & dicetur: Cardinales Pontificem eò miſerunt, ut Paulus 3. ad pacem procurandam inter Principes Chriſtianos Nicæam Sabaudiæ uenit.

e Vides hæretice, etiam baptizatis, ut Spiritum ſanctum accipiant, imponendas eſſe manus, idq; in Sacramento confirmationis ſicuti omnes patres hunc locum interpretantur. Quod cum non niſi à ſolis Epiſcopis conferri unquam potuerit, quid mirum Petrum ad hoc opus pergere oportuiſſe cum Ioanne, incertum enim eſt quando reliqui Apoſtoli à Petro aut alijs facti ſint Epiſcopi.

ſuper illos, & acceperunt Spiritum Sanctum Samaritani. Quam rem cum uidiſſet Simon qui dicebatur Magus, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi hanc poteſtatē, ut cuicunq; impoſuero manus accipiat Spiritum Sanctū. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia donum DEI exiſtimaſti pecunia poſsideri. Non ſit tibi pars neq; ſors in ſermone iſto, cor enim tuū non eſt rectum [a] coram DEO. Quare age pœnitentiam, & recede ab hac nequitia tua, & roga DEVM, ſi forte [b] remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te eſſe. Reſpondens autem Simon dixit: Precamini uos pro me Dominum, ut nihil eueniat ſuper me horum, quæ dixiſtis. Et iſti quidem teſtificati & loquuti uerbum Domini redibant Hieroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant Dominum. Act. 8.

[a] Adhuc ne Petrus tibi ſomniare uidetur carnalis illyrice?
[b] Quo nunc hæretice cū remiſsionis peccatorū certitudine: uides ne Petrū Simonem Magū ſuſpenſum adhuc relinquere.

Factum eſt autem, ut Petrus dum pertranſiret multas urbes ac uicos, deueniret ad ſanctos qui habitabant Liddæ. Ibi hominem quendem inuenit nomine Æneam, ab annis octo iacentem in lecto, qui erat paralyticus, & ait illi Petrus: Ænea, ſanet te Dominus IESVS CHRISTVS. Surge & ſterne tibi. Et continuo ſurrexit: & uiderunt eum omnes qui habitabant Liddæ & Saronæ, qui conuerſi ſunt ad Dominum. Act. 9.

Dum hæc agerentur, CHRISTI diſcipula quædam nomine Tabita occurrit, quæ interpretata, dicitur Dorcas: hæc erat plena operibus [c] bonis & eleemoſynis, quas quotidie erogabat. Accidit autem ut forte infirmata moreretur. Quam cum lauiſſent agnati, depoſuerunt eam in cœnaculo. Quia autem non procul diſtabat Ioppe à Lydda, miſerunt duos uiros ad Petrum rogantes, ut non differret uenire ad eos. Quæ cum accepiſſet Petrus, exurgens uenit cum illis in Ioppen Phœnicum urbem uetuſtiſsimam. Et cum ueniſſent, duxerunt eum in cœnaculum, & circumſteterunt eum omnes uiduæ flentes, & oſtenderunt ei tunicas & ueſtes quas faciebat illis Dorcas. Quarum fletibus condolens Petrus, eiectis omnibus qui aderant foras, extenſis in cœlum cum oculis [d] manibus, & ponens genua orauit. Conuerſusq; ad corpus dixit: Thabita ſurge. At illa aperuit oculos ſuos, & uiſo Petro reſedit. Dans autem illi manum erexit eam. Et cum uocaſſet ſanctos & uiduas ad ſe, ſignificauit eam uiuam. Notum autem factum eſt per uniuerſam Ioppen, & crediderunt multi in dominum. Act. 9.

[c] Ecce myſter[ium] operabo[nis].
[d] Vide hæretice geſtus inter orandum, quos uocas papiſticos, extenſionem manuum, flexionem genuū, elationem in cœlum oculorum à Papa Petro profectos.

Cæſareæ Cornelium Centurionem, [e] uirū religioſum & timentem DEVM cum omni domo ſua, facientem eleemoſynas multas plebi, & deprecantem Deum ſemper, ad fidem in CHRISTVM euocauit, & Spiritu ſancto impleuit per baptiſmum. Quin etiam fidei portam gentibus aperuit, per eam quæ illi apparuit uaſis linthei uiſionem, in quo erant omnes beſtiæ terræ, & uocem quæ de cœlo una cum uaſe eſt delata, & eum eſt adhortata, ut ſurgens mactaret & comederet, nihil eorum eſſe commune exiſtimans. Act. 10.

[e] Huius Centurionis bona opera grata fuerunt Deo, quia Deū quærebat, unde ſuo auxilio ei Deus non defuit, ut ipſum reperiret.

Eodem tempore, Herodes cum Rex eſſet Iudæorum, zelo quodam excitabatur ad patrias inſtitutiones ac leges defendendas, easq; diſſolui non patiebatur, quæ Apoſtolorum doctrina tolli ac funditus euerti uidebantur. Ille igitur Iudæorum iracundis uocibus inflammatus, ut illis gratum faceret, furorem ac rabiem in Apoſtolos ipſos magis effundens, primum Iacobum fratrem Ioannis gladio interfecit. Cum autem uideret gratum eſſe Iudæis quod

faceret, præterea & Petrum ipſum capere aggreſſus eſt. Quem cum cepiſſet, in carcerem coniecit, & tradidit quatuor quaternionibus militū qui eum ſeruarent, eò quod eſſent dies azimorum, uolens poſt Paſcha [a] producere eum populo. Nihil enim quod iuſtum eſſet ante oculos propoſitum habebat, nihil honeſtum aut laudabile, ſed quę nationi ſuæ grata eſſe intelligebat, quæq́ ad prophanam Iudęorum uolutantem alliciendam ſpectabant, ea tantum ab illo dicebantur & fiebant. Quod enim Apoſtolum ipſum tenuerit, & in carcere cuſtodiendum tradiderit, mortemq́ ipſam præſentem conſtituerit, totum hoc eò ſpectabat, ut Iudaicis uotis ſatis omnino faceret. Namq́ putabant illud futurū, ut ſi Petrū Apoſtolum de medio ſuſtuliſſet, [b] facile reliquos Apoſtolos ſuperarent. Ille enim erat qui cōtrarias uoces emittebat, quiq́ in concilijs, in iudicijs & in ſynagogis cū aduerſarijs certabat, & IESV nomen palam prędicās, inuocato eius nomine pręcipua quędā miracula perficiebat. In quatuor aūt quaterniones militū cuſtodiā diſtribuit Herodes, non uno in loco, ſed pluribus, & paulū à ſe diſtantibus, ut cuſtodia ipſa tutior ac munitior foret, ut ſi fortè Apoſtolus ipſe à uinculis effugiſſet, & cuſtodes qui ꝓpius manerēt latuiſſet, ab alijs depręhendi & capi poſſet. Sed Petrus erat in carcere dormiens inter duos milites, & ligatis cathenis duabus: oratio aūt fiebat aſsiduè ꝓ ipſo ab eccleſia.[b] Cauſa, ſecundū Metaph. in Serm. in adorat. Venerab. cathena. & gladij S. Petri hęc fuit, cur tot diebus cuſtodiretur. Cū Herodes ipſe infinita rabie contra Petrū Apoſtolum redundaret, eū detineri uoluit, ut diuturniore cruciatu, mœroribus, ærumnis, cathenarū pondere, ac morte, qnam à fame ipſa inferendā ſpectabat, eorū deniq́ militum qui una dormiebant inhumanitate grauius affligeretur. Quot enim per illos dies uerba temeritatis & minarum plena, quam multa conuitia & contumelias credimus à militibus illis in Apoſtolum iniectas fuiſſe, partim, ut cognatorum Iudæorum dogmata peruertentem, partim ut præceptis regalibus aduerſantem? [c] Modo autem ut ſeditioſum & cauſam tumultus, modò ut Moſaicis legibus contrariū conuiciabantur: nonnunquam pugnis & alapis eum percutiebant, neq́ quiſquam illud dubitare poteſt, quin cathenis illis uehementius ac laborioſius Apoſtolum conſtringentes, ita coarctarint, ut ex omnibus his maiorem doloris ſenſum percipiens, celeriter ab hac uita migraret. Sed omnia illorum ſtudia & facta inania extiterunt, quo enim diutius in carcere Apoſtolus detentus eſt, eo firmior atq́ conſtantior factus fuit, & acerbis illis ærumnis quibus undiq́ affligebatur, ut quibuſdam ſtimulis excitatus eſt erectus: tantum aberat ut rebus his infirmior fieret ac deficeret, ut cuſtodes illi Apoſtoli Petri iucūda & ſecura hilaritate confuſi, in ruborē conuerterentur. Hęc cū ita ſe haberent, preces ab eccleſia miſſę, in cœlos penetrarunt. Itaq́ ſtatim Angelus illinc miſſus eſt, et in carcerē ueniens illū cōpleuit lumine, ut Apoſtolorū ſummus miracula quę fierent apertè intueretur. Percuſſo aūt eius latere: Surge inquit, uelociter. Et catenę à manibus ipſius deciderūt, ut uerba ipſa factis confirmarentur, neq́ potentiā aliquā ex eorū numero quę Deo ipſi rebelles extiterunt, neq́ qd uiſum fuerat inane aliqd ſpectrū eſſe crederet, ſed uerū & cœleſtē angelū, uiſionē uerā eſſe ſciret, ac certa fide comprobatā. Hęc cū ita proceſsiſſent Apoſtolo, quoniā adhuc metu & tremore detinebatur, nō ſolū re uiſa dubius a: q́ anceps, uerū etiā qua ratione diſpoſitas militū cuſtodias pertranſiret, quippe q multa diligētia & cautione multisq́ uigilijs in eo cuſtodiēdo

utebant-

[a] Ecce quam ſimilia cum Chriſto & eius Vicario Petro operatus eſt Deus. Cayphas propter Paſcha nolebat Chriſtū crucifigere, idem hic Herodes in Petro.

[b] Et rectè quidem putant, ſublato enim capite, reliqua membra tabida fiunt. Idem planè noſtrorū hæreticorū eſt ſtudiū, ut unicū Papam impetant, ſed quo magis Petrum impugnāt, eò uidemus fideles maiori reuerentia ipſum proſequi.

[c] En hæretice, primitiuæ eccleſiæ in ſuum paſtorē pietas, orauit pro ipſo, & exaudita eſt. Hæretici in orationibus ſuis maledicunt Papæ, et fit oratio eorū ipſis in peccatum.

utebantur. Propterea Angelus: Indue te, inquit, ſandalio tuo, & præcingere ueſtimento tuo, & ſequere me. Quoniã, inquit, Regis & Iudæorũ timore adhuc detentus es, ac eorũ militũ uigiliæ qui circumſtantes te cuſtodiũt, horrorem ac ſtuporem tibi attulerunt, ob idq; nõ his quæ à me dicuntur fidem habes, tanto te auxilio ac præſidio munitum eſſe facio, ſicq; omnem metum à mente tua excutio, ut & pallio ipſo ſine timore aliquo, & ſandalijs indui poſſis. O celerrimum DEI auxilium, O Apoſtoli in DEVM fiduciam, atq; gratitudinem. O maximas & ex corde ipſo prolatas preces, quæ tanquam à funda quadã ab ipſius Eccleſiæ ore prolatæ, atq; in cœlos emiſſæ, Herodis animum letaliter uulnerarunt, & Apoſtolorum Principem ab eius manibus incolumẽ eripuerunt. Proh, quanta eſt Apoſtolica gratia & ſpes firma & uera, quibus diuinum numen propitium & ad audiendum promptum habens à mortis laqueo Petrus ipſe ereptus eſt. At Apoſtolus ipſe, uel poſt tanti miraculi potentiam & Angeli adhortationem, neſciebat uerum eſſe quod fiebat per Angelum, ſed uidebatur ſibi uiſum uidere. Adhuc enim arguebatur humanæ naturæ infirmitas; quodq; ſupra naturam eo modo qui explicari non poteſt, efficiebatur, cum naturali ordine ac uiribus comparatum, tale perinde, ac ſi inane aliquod uiſum eſſet æſtimabatur. Sed quid nam Angelus ipſe? Quoniam illum uidit adhuc animo fluctuantem, uiſioni fidem non habere, neq; quicquam ex ijs quæ fiebant reuera factum admirabiliter exiſtimare, primam & ſecundam militum cuſtodiam ita ſine ſtrepitu cum Apoſtolo pertranſit, ut cuſtodes ipſi eorum tranſitionem ne ſenſerint quidem, diuino nutu ſomno ipſo illorum palpebras detinente, quo minus factum illud ſentire poſſent. Cum uero ad portam ferream ueniſſent, quæ ad Ciuitatem ducebat, illa ultrò aperta eſt, DEO ipſo & hoc loco miraculũ faciente, & Apoſtoli formidinem paulatim ſubtrahente, ut ad ea, quæ deinceps futura erant, promptior fieret. Poſtea uero quam exeuntes proceſſerunt uicũ unum, Angelus quidem ipſe auolauit, nec; amplius apparuit: Ille uero cum miraculi ſenſum cæpiſſet atq; conſideraſſet, tum ea quæ nunc ſupra naturã prodigioſè facta uiderat, atq; hæc cum illis conferens, & utrumq; uiciſsim comparans, de uiſione ipſa certior factus fuiſſet, quod uidelicet non inane aliquod ſpectrũ ſed uerum illud fuerat, quippe quod manifeſto rerum euentu confirmatum uidebat, gratias DEO agens, talem emiſit uocem: Nunc ſcio uerè quod miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Cum deindè Apoſtolus ad eam domum acceſſiſſet in qua fideles homines congregati erant, & ianuam pulſaſſet, ab ancilla quidem ipſa cum agnoſceretur, nunciatus eſt ijs qui intus erant, Sed quod ancilla, Rhode nomine, nunciabat, tam incredibile uidebatur, ut in ſana eſſe crederetur, & non Apoſtolum ſed eius Angelum præſentem uidiſſe putaretur. Cum uero patefacta ianua Apoſtolus ipſe ad eos ingreſſus eſſet omnes ſtupuerunt, in ſperatam eius liberationem uidentes. Tum ille ſtatim narrauit, quemadmodum ab Herode compræhenſus, & in carcere detentus, & ferreis catenis uinctus fuerit, quodq; per Angeli uiſionẽ cathenæ ipſæ à manibus cecidiſſent, ipſe uero Angelum ſequens, eorum à quibus ſeruabatur cuſtodias præteriſſet, & portam ſpontè patefactam tranſiſſet. Quibus rebus perterrefacti, & admirabili narratione illa perculſi, apud ſeipſos non amplius eſſe uidebantur, gaudio cum admiratione coniuncto, & duobus his affectibus illos obſidentibus, Actor. 12. Metaphr. in adorat. uenerabil. catenar. & gladij S. Petri.

Nota hæretice, Petrus putauit ſe uiſum uidere, ergo non ſunt noua, aut à monachis inuenta, quæ de hac re dicuntur.

Non longè ab Herodis Tetrachæ regia Petrus Apoſtolus in carcere, ſed in propinquo quodam loco militaribus cohortibus obſeruabatur. Nam illi metuebant, ne Apoſtolus ipſe ab aliquibus ſolueretur è uinculis, & miraculũ fuiſſe uideretur. Illic igitur ſeruabatur, ut tum propter regalis palatij uicinitatẽ, tum ob militum cuſtodias & catenas quibus ipſe erat conſtrictus, nullã effugiendi facultatẽ haberet. Quoniã uero multi ex ijs qui Petri Apoſtoli opera CHRISTO crediderãt in regia illa erant, atq; illic uiuebãt, & Regis ipſius miniſteria obeuntes, ſuã in CHRISTVM & eius Apoſtolũ beneuolentiam in animis occultã ſeruabãt, cũ admirabili illo modo Apoſtoli Petri liberatio per Angeli præſentiã allata eſt, & Apoſtolus ipſe per portã exijt quæ ad urbẽ ducebat, catenas illas in carcere *a* derelictas ipſi Herodis miniſtri, quibus diuinæ cognitionis lumen effulſerat, clam ſuſtulerũt, & apud ſeipſos uelut theſaurum quendã eas cõſeruarunt. Quod uero à patre ſuo traditũ & de catenis illis narratũ ſibi quiſq; acceperat, poſteris ſuis deinceps tradebat, & tuto in loco cathenas illas ſeruabat occultas, quoad & Iudaica natio bello deuicta, captiſq; Hieroſolymis ad nihilũ redacta eſt, & ſuperſtitioſæ idololatriæ cæcitate, & errore ſublato, Romanorũ ſceptra ad Imperatores, qui CHRISTI fidẽ ſequebantur translata ſunt. Quibus CHRISTI & Apoſtolorũ facta omni honore proſequi ſtudentib⁹, hæc etiã Apoſtoli Petri catena manifeſta facta eſt, & ab alijs ad urbẽ Regiã Romã translata, in Apoſtoli Petri ſacro tẽplo iure optimo repoſita, quã ut eius ipſius miraculorũ effectricem & ueneramur, & ample ctimur: hanc enim uidentes, illũ ipſum mente in ſpicimus: hanc tangentes, illũ à nobis tangi exiſtimamus. Hæ catenæ *b* ægrotos à morbis liberãt, homines illos ſanctos efficiunt, qui cum fide ad eas accedunt. Has catenas potentiarum, quæ à DEO ipſo defecerunt princeps exhorruit, & nũc etiã exhorret, ac multo cũ timore illas ſubterfugiens, cõprimitur. Has aëreа ſpirituũ multitudo metuens ac tremens, iaculiſq; inde immiſsis percuſſa, longius profugatur. Licet *c* ferreæ ſint naturæ, diuina tamen gratia & potẽtia, plenæ ſunt. Ab his dæmonũ praui ſpiritus illigati enecantur. Ab his princeps huius mundi pertractus captiuus ducitur. Hæ diuinæ hæreditatis terminos cingentes & undiq; munientes, faciunt ne ab hoſtibus expugnari poſsint. Eædem Chriſtianorum uertices coronantes, ab illorũ hoſtiũ inſidijs qui corporeis oculis nõ cernuntur, intactos ſeruãt. His nũc *d* ſanctiſsima omniq; ex parte incorrupta ac pura CHRISTI ſponſa Eccleſia, tanquã ſplendido monili & aureo quodam ornatu iuduta, uelut corona quædam ex intactis floribus cõtexta, decorata eſt, & ad dexterã ſui ſponſi partẽ aſsiſtit. Metaphraſt. in Sermo. in adora uenerab. catena. & gladij S. Petri. Catenæ huius uenerandæ pars, incluſa capſæ aureæ, reſeruatur cum maxima religionis maieſtate Coloniæ in cathedrali S. Petri templo, de qua in ſuis dicemus Centenarijs.

a Si in tanto honore reſeruatæ ſunt Cathenæ, quia Apoſtoli corpus cõſtrinxerunt, quanto magis ipſas Diui corporis reliquias, uenerari debemus.

b Vah hæretice qui hactenus dicere es ſolitus ſi quæ ad Sanctorum reliquias ederẽtur miracula, fieri præſtigio dæmonũ.

c Catenæ D. Petri eijciunt dæmones.

d Vide hæretice, Eccleſia ornata et coronata dicitur inuentione cathenarũ D. Petri.

Cum iam tertius annus præteriſſet à uocatione magni Pauli, ab ipſo Paulo Hieroſolymis uiſitur, ſicut ille ipſe dicit. Poſt tres annos aſcẽdi Hieroſolymam ad uidendum Petrum, & manſi apud eum dies quindecim. Galat. 1.

Propter Simonem autem ſceleratum illum magum, Petrus omnes poſtea Cœleſyriæ Ciuitates obit. Cum ab Hieruſalem ueniſſet Cæſaream Stratonis, Simon Petri cupiens euertere uias, diem conſtituit, in quo conuenientibus turbis ad diſputandum cum Petro præſens adeſſet. Igitur illuceſcente ſtatuta die, Zachæus qui erat prior Ciuitatis

Ciuitatis, aſtitit Petro dicens: Tempus eſt ut procedas ad diſputandū Petre. Turba autem in medio atrij congregata opprimitur, te operiens, quorum in medio multis fultus ad ſe [a] conſtitit Simon. Tum Petrus ut hæc audiuit, orationis gratia ſecedere aliquos iubens, qui nondū erant diluti à peccatis quæ ignorantia commiſerant, ait ad reliquos: Oremus fratres, ut Dominus per CHRISTVM filium ſuum, pro ineffabili miſericordià ſua adiuuet me exeuntem pro ſalute hominum, qui ab ipſo creati ſunt. Et hæc cum dixiſſet, oratione facta proceſsit ad atriū domus, in quo erat multitudo plurima populi congregata. Quo, ubi omnes ſummo cum ſilentio attentos eſſe uideret, & Magum Simonem in medio eorum uelut ſigniſerum, ſtatim hoc modo loqui cœpit: Pax uobis omnibus, qui parati eſtis dare dextras ueritati, quicunq; enim obediuit ei, uidentur quidèm ſibi aliquid gratiæ conferre Domino, porrò autem ipſi ab eo donum ſummi muneris conſequuntur, iuſtitiæ eius ſemitas incedentes. Propter quod & primum eſt omnium, iuſticiam Domini regnumq; inquirere eius, iuſtitiam quidem, ut [b] recte agere doceamur: regnum uerò, ut quæ ſit merces poſita laborum & patientiæ nouerimus: in quo eſt bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem qui cōtra uoluntatem eius egerint, pro uniuſcuiuſq; geſtis, pœnarum digna reſtitutio. Hic ergò, hoc eſt, in præſenti uita poſitos, oportet uos agnoſcere uoluntatem [c] Domini, ubi & agendi locus eſt. Nam ſi quis uelit, antequam actus ſuos emendet, de his requirere quæ non poteſt inuenire, ſtulta & ineſficax erit huiuſcemodi inquiſitio: tempus enim breue eſt, & iudicium digeſtorum cauſa agitur, non quæſtionum. Ideoq; ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, ut æternam uitam conſequi mereamur. Mea ergo iſta ſententia eſt, ſicut & uero Prophetæ uiſum eſt, ut primū de iuſtitia requiratur, ab eis maximè, qui Dominū ſe noſſe confitentur. Si ergo habet aliquis, quod eſſet rectius putet dicat: & cū dixerit, audiat, ſed cū patientia & quiete. Propter hoc enim ab initio ſalutationis, ſpeciem pacis cunctis imprecatus ſum. Ad hæc Simon reſpondit: Nos pace tua opus nō habemus. Si enim pax & concordia ſit ad inueniendam ueritatem, nihil proficere poterimus, habent enim pacē inter ſe [d] & latrones, & ſcortatores, & omnis nequitia cum ſemetipſa cōcordat. Et nos ergò, ſi ob hoc conuenimus, ut pacis cauſa omnibus quæ dicuntur præbeamus aſſenſum, nihil auditoribus conferemus, ſed è cōtrario incluſis eis amici diſcedimus, propter quod, noli inuocare pacē, ſed magis pugnam, et ſi potes expugnare errores, ne requiras amicitiā iniuſtis aſſentationibus partā. Hoc enim te ante omnia ſcire uolo, quia duobus inter ſe dimicantibus tunc erit cum alter ceciderit ſuperatus. Et Petrus ait: Quid times crebrò audire pacem? an ignoras, quia perfectio legis eſt pax? Ex peccatis enim bella naſcuntur & certamina, ubi autem peccatum non ſit, pax in diſputationibus, ueritas in operibꝰ [e] inuenitur. Et Simon: Nihil momenti continent hæc uerba quæ loqueris, ſed nunc oſtendam uirtutis ac diuinitatis meæ potentiam, ut repentè procidas & adores me. Ego ſum prima uirtus, qui ſemper & ſine initio ſum. Ingreſſus autem in uterum Rachel, natus ſum ex ea ut homo, quo ab hominibus uideri poſsim. Ego per aërem uolaui, igne commixtus unū corpus effectus ſum, ſtatuas moueri feci, animaui exanima, lapides panes feci, de monte uolatu tranſmeaui, manibus Angelorū ſuſtentatus ſum, ad terram deſcendi. Hæc non ſolum feci ſed & nunc facere poſſum

ut rebus

a Hæc eſt Illyrice Petri arrogantia, ut diſputaturus cum Mago, prius oret id quod hodie obſeruat Eccleſia.

b Quid ſibi uult merces Illyrice? præſupponit certè meritum, quo tu omnino cares.

c Nota hæretice, ſi futura cum Mago, diſputatio requirit emendationem actuum ſuorum quanto magis quorumlibet Sacramentorum ſuſceptionem pœnitentia præcedere debet.

d Tam egregio ſi dijs placet argumento, utitur Catholicorum concordiam inſimulans Bremius: Latrones etiam cōuenire etc. contra Sotū.

e Quid aliud cupiunt hæretici, dum falſa dogmata & nocturna ſomnia à nobis adorari, & pro Dei uerbo haberi uolunt.

ut rebus ipſis probem omnibus, quia ego ſum filius Domini ſtans in æternum,& credentes mihi ſimiliter in perpetuum ſtare faciam. Tua autem uerba uana ſunt omnia, nec ullum potes opus oſtendere ueritatis, ſicut & ille qui miſit te Magus, qui nec ſeipſum potuit liberare de crucis poena. Poſſum enim facere, ut uolentibus me comprehendere non appaream: & rurſum uolens uideri, palam ſim: ſi ſugere uelim montes perforem, & ſaxa quaſi lutum pertranſeam. Si me de monte excelſo præcipitem dedero, tanquam ſubuectus intrans, illæſus deferar. Vinctus memetipſum ſoluā, eos uerò qui uincula inieceriut uinctos reddā. In carcere conligatus clauſtra ſponte patefieri faciam. Status inanimatas reddam ita, ut putentur ab his qui uident, homines eſſe. Nouas arbores ſubitò oriri faciam, & repentina uirgulta producam. Igni me ipſum inijciam, ut non ardeam. Vultum meum commuto, ut non agnoſcar. Sed & duas facies habere me poſſum hominibus oſtendere, ut auis aut capra efficiar, puer paruus barbam producam. In aëre uolando inuehar, aurum plurimum oſtendam. Reges faciam, adorabor ut Dominus, publicè diuinis donabor honoribus, ita ut ſimulachrum mihi ſtatuentes, tanquam Dominum colent & adorent. Et quid opus eſt multa dicere? quicquid uoluero facere potero, multæ enim iam mihi experimento cauſæ conſummatæ ſunt. Deniq;, aliquando inquit, cum mater mea Rachel iuberet me exire ad agrum ut meterem, ego falcem uidens poſitam, præcepi ei ut iret & meteret, & meſſuit decuplo amplius cæteris. Multa iam noua uirgulta produxi de terra, & comare ea ego feci, & ſub momento temporis apparere, & montem proximum ego ſecundo perforaui. His dictis à Simone, Petrus reſpondit: Ne alijs aliena. Tu enim quod ſis Magus, ex ipſis quæ geſsiſti confeſſus es, & manifeſtatus. Noſter autem Magiſter qui eſt filius Domini & hominis, maſeſtè bonus eſt. Quod autem uerè ſit Domini filius, quibus oportuit dictum eſt, & dicitur. Tu autem ſi non uis conſiteri quod Magus es, cum omni hac turba pergamus ad domum tuam, & tunc apparebit quis ſit Magus. Hæc autem Petro dicente, Simon blaſphemijs & maledictis agere cœpit, & ſeditione facta, perturbatis omnibus argui non potuit. Et Petrus ne quaſi blaſphemiæ cauſa ſecedere uideretur, perſtitit immobilis, & arguere eum uehementius cœpit. Tum populus indignatus, Simonem de atrio eiectum, extra ianuas domus repulit, eoq; depulſo, unus ſecutus eſt ſolus. Facto autem ſilentio, Petrus alloqui populum hoc modo cœpit: Pacienter fratres, malos ferre debetis, ſcientes quia Dominus cum poſsit eos excidere, patitur tamen durare, uſq; ad præſtitutā diem, in qua de omnibus iudiciū fiet. Quomodò ergò nos nō patiemur quos patitur Dominus, cui ſubſunt & obediunt cœli & terræ? Vos ergo, qui ad Dominum conuertimini, per pœnitentiam curuate ei genua. Hæc cum dixiſſet, omnis multitudo genua flexit Domino. Et Petrus reſpiciens ad cœlum cum lachrymis, orabat ſuper eos, ut Dominus pro ſua bonitate ſuſcipere eos dignaretur, confugientes ad ſe. Et poſtquam orauit, & præcepit ut die poſtera maturius cōuenirent, ſacrificium fecit: tum deinde ſecundum conſuetudinem quieuit. Manè autem facto, ueniens quidam ex diſcipulis Simonis, clamabat dicens: Obſecro te Petre, ſuſcipe me miſerū & à Mago Simone deceptū, cui ego uelut cœleſti Domino intendebā, pro his quæ ab eo fieri mirabilibus uidebam: audiens tamen ſermonibus tuis, cœpit iam homo mihi uideri, & quidem malus. Veruntamen, cū hinc exiſſet, ego

Ecce cultū cū interiori coniungendum etiam eſſe externum.

Illyrice, nota ſacrificium qd' eſt illud? certè nō tantorum &c. ſed illud quod uocatur Altaris.

ego eum ſubſecutus ſum ſolus, nondum enim ad liquidum impietatis eius
agnoueram. Cum autem uidiſſet me ſubſequentem, beatum me dicens, per-
duxit me in domum ſuam. Circa medium uero noctis ait ad me: Omnibus
te hominibus faciam meliorem, ſi uolueris uſq; ad finem perſeuerare mecũ.
Qui cum promiſiſſem, exegit à me Sacramentum perſeuerantiæ, eoq; accep-
to, impoſuit ſuper humeros meos polluta quædam & execrabilia ſecreta ſua
ut portarem, & ſecutus eſt me. Vbi uero uentum eſt ad mare, nauigium
quod fortè aderat ingreſſus, ſumit à ceruicibus meis quod portare me iuſſe-
rat, & paulo poſt egreſſus nihil extulit: certum quod in mare quid deiecerat:
Rogabat ergo me, cum ipſo ut proficiſcerer, dicens ſe Romam petere. Ibi e-
nim ſe in tantum placiturum ut Dominus putetur, & diuinis publicè donetur
honoribus. Tunc, inquit, te omnibus diuinis repletum, ſi huc redire placue-
rit, pluribus fultum miniſterijs remittam. Hæc ego audiens, nihil in eo ſecun-
dum hanc profeſsionem uidens, ſed magum & deceptorem eum intelligens,
reſpondi: Quæſo te, ignoſce mihi, quia pedes doleo, & propterea exire Cæſa
ream non ualeo. Præterea eſt mihi uxor, ſunt paruuli liberi, quos relinque-
re omnino non poſſum. At ille hæc audiens & ignauiæ me incuſans, profe-
ctus eſt Romam, dicens: Cum audieris quanta mihi gloria in urbe Roma erit,
pœnitebit te: & poſt hæc ipſe quidem ut aiebat, Romam petijt. Ego autem
confeſtim redij huc, orans ut me ſuſcipias ad pœnitentiam, quia ab eo decep-
tus ſum. Cum hæc dixiſſet is qui à Simone regreſſus eſt, iuſsit eum Petrus in
atrio reſidere. Procedens autem ipſe, & turbas uidens multo plures quam ſu-
perioribus diebus, ſtetit in loco ſolito, & oſtendens eum qui à Simone uene-
rat, ait: Iſte, fratres, quem uidetis, pauló ante uenit ad me, de Simonis mihi
malis artibus nuncians, quomodo ipſam ſceleris ſui officinam proiecerit in
profundum, non quaſi pœnitentia ductus, ſed metuens ne deprę henſus pu-
blicis legibus ſubiaceret. Hæc dicente Petro, populus uidens hominem
qui uenerat à Simone, ſtupebat. D. Abdias Apoſto. Hiſt. lib. 1. Clemens lib. 3.
recognition.

Petrus igitur ordinato apud Cæſareã Zachæo Epiſcopo, cui manibus ſu-
perpoſitis orauerat, ut inculpabiliter Epiſcopatus ſui ſeruaret officiũ, duode-
cim quoq; Presbyteris ordinauit, & Diaconos quatuor, & ait: Zachæũ hunc
uobis ordinaui Epiſcopũ, ſciens eum timorem DEI habere, & eruditum eſ-
ſe in ſcripturis, quem quaſi CHRISTI locũ ſeruantem honorare debetis, o-
bedientes ei ad ſalutẽ ueſtrã, & ſcientes, quod ſiue honor, ſiue iniuria quæ ei
defertur, ad CHRISTVM redundat, & à CHRISTO ad DEVM. Audi-
te ergo eũ attentius, & ab ipſo ſuſcipite doctrinam fidei: monita uitæ à Pres-
byteris, à Diaconis uero ordinem diſciplinę. Clemens lib. 3. ſimiliter in Epi-
tom. de rebus geſtis B. Petr. Metaphraſt. in uit. Petri.

En hæretice, mandato Petri Epiſcopũ quemuis ut Chriſti locum tenentem honorare debemus, quanto magis Epiſcoporũ caput?

Cæſarea digreſſus Apoſtolus, uenit Berytum, cumq; omnes qui morbis
& dę monibus uexabantur ſolis precibus curaſſet, & multos dies apud Berytij-
os commoratus eſſet, multosq; Patris, & Filij, & Spiritus ſancti fide, plane im-
buiſſet & baptizaſſet, unũq; ex ijs Presbyteris, qui eũ ſectabantur Epiſcopum
prę poſuiſſet, Byblium profectus eſt. Clemens lib. 4. Recognit. & in Epitom.
Metaphraſt in uit. Petri. Tyri quoq; commoratus eſt paucos dies Petrus Ty-
riosq; uarijs perturbationibus liberauit, conſtituens illis Eccleſiam & Ponti-
ficem præponens. Quod non minus & apud Sidonios Eccleſia conſtitu-

ta & Epiſcopo ordinato factum ibidem teſtatur Clemens, cum reſipuiſſent & crediddiſſent.

Apud Byblios conſtitutus Apoſtolus, cũ multos curaſſet, & eos quæ ad DEI religionẽ pertinent docuiſſet, poſtea Tripolim ſe cõtulit, & ingreſſus domum Maronis, uidit locum aptum ad diſputandũ. Vt autem uidit turbam uelut ingentis fluuij inundaſſe leuem meatũ, aſcendens ſupra baſim quandam, quę fortè iuxta horti parietem ſtabat, primũ religionis more populum ſalutauit. Quidam aũt ex his qui aderant, & longo tempore à dæmonibus fuerant fatigati, in terram proruunt, obſecrantibus ſpiritibus immundis, ut uel uno die indulgeretur eis in obſeſsis corporibus permanere. Quos Petrus increpans, ſtatim iuſsit abſcedere, & ſine mora diſceſſerunt. Poſt hos alij longis afflicti languoribus, rogabant Petrum ut reciperent ſanitatem, pro quibus ſe ſupplicaturum Domino, populo pollicetur, cum prius ſermo doctrinæ fuiſſet expletus, ſed ſtatim ut promiſit, lãguoribus reſoluti ſunt, & iuſsit eos ſeorſum reſidere, cum his qui à Dæmonibus fuerant curati, quaſi poſt laboris fatigationem, ablutiſq; aqua ſalutari permultis, Maronem qui eũ hoſpitio receperat cũ initiatus eſſet præpoſuit Epiſcopum, duodecimq; Presbyteros deſignauit, Diaconoſq; declarauit è republica Chriſtiana, egitq; cum Epiſcopo de Eccleſię & ordine & concordia. Abdi. certamin. Apoſt, lib. 1. Clemens lib. 6. recognitio. & in Epito. Metaphraſt. in uit. Petri.

EGreſſus Tripoli Petrus, uenit Orthoſiam, deinde Antardũ, & in Inſulam quę dicitur Aradus ſiue Antharadus. Metaphraſt. in uit. Petri. Vbi erant in ęde quadam columnę uitreæ miræ magnitudinis, ad quas contuendas cum multi abiſſent cum Petro, & ipſe miratus eas egreſſus eſſet pro foribus, uidit mulierculã quandam ſtipem ab introeuntibus depoſcentem, quam attentius conſiderãs, ait: Dic mulier quod tibi membrũ corporis deeſt, quod huic iniurię te ſubieciſti, ut ſtipem petas, & non potius manibus tuis, quas à Domino accepiſti, operum cibũ quæras? At illa ſuſpirans, ait: Vtinam mihi quidem manus eſſent, quæ moueri poſſent, nunc autem ſpecies tantum ſeruata eſt manuum, nam ipſę ſunt mortuæ, & meis morſibus debiles & ſine ſenſu redditæ. Tunc appręhenſis Petrus manibus eius, ſanauit eas. Erant enim hęc mulier mater Clementis Mathidia, nobilis matrona, à quo & in eodem loco cognita eſt & baptizata. Nam per uirtutes Petri & alios filios recepit, Fauſtinũ & Fauſtũ, qui mutatis nominibus Aquila & Niceta appellabantur, & uirũ ſuum Fauſtinũ clariſsimum ciuem Romanũ, Cęſarum genus attingentẽ, qui multo à ſe tempore fuerant ſeparati. Abdi. Apoſt. Hiſt. lib. 1. Clemens lib. 6. recogn. Metaphr. in uit. Pet. In hac ciuitate Antarado, quę hodie Tortoſa dicitur, cum princeps Apoſtolorũ (quod diximus) matrẽ S. Clementis mendicantẽ offendiſſet, Chriſtianãq; feciſſet, ac reſtituiſſet, Sacellũ diuæ Genetrici primus omniũ excitauit, ex ęre Chriſtianorũ collato, in quo horrendũ Miſſę ſacrificiũ celebrauit. Volaterr. Cõment. lib. 11. Et cũ uellent nauigare ex illa inſula, Mathidia mater ait ad Clementẽ: Fili dulciſsime, rectũ eſt ut ualedicam mulierculæ quæ me ſuſcepit, eſt enim egens & paralytica, iacens in lecto. Quibus auditis, Petrus & omnes qui audierant admirati ſunt bonitatẽ & prudentiã fœminæ. Et continuo iuſsit Petrus adire quoſdã, & deferre mulierem in lectulo, ut iacebat. Cumq; fuiſſet allata, & in medio turbę aſtantis collocata, in conſpectu omniũ Petrus ait: Si ueritatis ego ſum præco, ad confirmandam fidẽ omnium horum

Attende hæretice: Petrus erigit templũ, & quidem in honorem diuæ uirginis.

Petrus celebrat Miſſam Illyrice.

horum qui aſsiſtunt, ut ſciant & credant quia unus eſt Dñs qui fecit cœlum & terrã, in nomine IESV CHRISTI filij eius ſurgat hæc mulier, & ſtatim ut hęc Petrus dixit, ſurrexit mulier ſana, & procidit ad pedes Petri, atq; amicã ſuã ac familiarem oſculis petens, gratias Dño referebat. His expletis, uolente Petro ut iret ad hoſpitiũ, Dñs domus ait ad eũ: Turpe eſt & impiũ tali ſancto uiro manere in ſtabulo, cũ ego penè omnem domũ uacantem habeã, lectosq; ſtratos quamplurimos, & quę neceſſaria ſunt parata. Sed Petro cõtra dicente, uxor patriſamilias una cũ liberis ſuis proſtrauit ſe ante eũ, & exorabat dicens: Obſecro te, mane apud nos. Sed ne hic quidẽ acquieſcebat Petrus, donec filia eorũ qui rogabant, ab immundo ſpiritu temporibus multis uexata, & catenis uincta, quæ fuerat intra conclaue clauſa, effugato à ſe dęmone, & oſtijs patefactis, cũ catenis ſuis ueniens procidit ad pedes Petri, dicens: Rectũ eſt mi Domine ut agas hodie hic ſalutaria mea, & nõ contriſtes me, neq; parentes meos. Petro aũt requirente catenarũ ſermonũq; eius cauſam, parentes pręter ſpẽ lęti effecti de filię ſanitate, & uelut ſtupore quodã attoniti, ipſi quidem dicere nequeũt. Adſtantes autem familiæ aiunt: Hæc à ſeptimo ętatis anno dęmone tentata, omnes qui accedere ad eã tentaſſent ſcindere, dilaniare, morſibus etiã diſrũpere conabatur: & hoc à uiginti annis uſq; ad pręſens facere nunq; deſtitit, nec ab aliquo potuit curari, ſed nec accedere quidẽ quiſquã ualebat ad eã, multos enim inutiles reddidit, alios interemit, omnibus uiris ualidior erat, ſine dubio uiribus dęmonis uſa. Nunc aũt ut uides ex præſentia tua dęmõ quidem fugit, oſtia uero quę ſummo cũ munimento clauſa fuerant aperta ſunt, & ipſa ſana ſtat ante te, rogans, ut diem ſalutariũ ſuorum lętũ, & ipſi & parẽtibus eius facias, & maneas apud eos. Hęc cũ ita unus ex familijs enarraſſet, ac ipſę etiam catenę de manibus eius ac pedibus fuiſſent ſpõte reſolutæ, Petrus certus quod per ipſum ſanitas hæc reddita ſit puellæ, acquieuit ut maneret in domo patris eius. Abdi. Apoſtol. Hiſt. lib. 1.

Diſce tu duræ ceruicis hæretice, ab his mulieribus ca lere ad pedes Petri.

Poſthęc Petrus uenit in inſulas Balanęas, & illinc Panta. Deinde Laodiceam, ubi commoratus triduo, connocata concione, cũ multos qui morbis laborabant & uexabantur à dęmonibus curaſſet, & ſalutari aqua abluiſſet, Pontifices præfecit, Presbyterosq; ordinauit. Clemens lib. 10. recognit. & in Epitom. Metaphraſt. in uita Petri.

Et ſic cũ Petrus Apoſtolorũ coryphęus quinq; annis circa Hieroſolymam uerſatus eſſet ubi non habebat Epiſcopatũ, illum enim dederat Iacobo fratri Dñi, generalem omniũ Chriſtianorum Pontificatũ quem illi CHRISTVS dederat, Ioan. 21. ſibi reſeruans, uenit Antiochiã Syrię: atq; dũ urbem ingrederetur, populus pœnitens ei occurrit, conſperſus cinere, & ueniam petens quod malè de eo ſenſiſſet deluſus à Simone. Petrus uero oſtendit publicè quis eſſet Fauſtinianus, quẽ Simonem crediderant: quis Clemens & eius fratres, & multis æditis miraculis unum DEVM in tribus perſonis, ijs qui erant congregati fœliciter annuntians, una hebdomada decem milia baptizauit hominũ. Clemens lib. 10. recogn. & in Epit. Metaphr. in uit. Petri. Scribit Petrus de Natal. Epiſc. Equilin. Theophilum ciuẽ Antiochenum potiſsimũ non credidiſſe, ſed Apoſtolũ in carcerẽ conieciſſe, ibiq; penè fame fuiſſe conſumptũ, donec ſuperueniens Paulus, quaſi magnorũ operũ artifex, in familiam Theophili receptus, clã in carcerẽ ingreſſus, cibum Petro ſubminiſtrauit. Poſtea quaſi Petrũ non nouiſſet, Theophilum, ne honorem ſuũ reſpectu hominis illius

Petrus Epiſcopatũ Hieroſolymorum dedit Iacobo fratri Domini.

Ecce ueræ pœnitentiã ſigna.

Hæc demũ eſt uera domorũ mutatio, non uice uerſa, ut ex templis fiant tabernæ, quod uos hæretici conſueuiſtis facere.

pauperrimi imminueret interpellauit: cũ alioqui eſſet bonus & mirabiliũ effector, ut qui mortuos paſsim ſuſcitaret: hęc cũ irrideret Theoph. conuenit demũ cũ Paulo ut illũ dimitteret, ſi filiũ eius ſuſcitaret ante tredecim annos mortuũ: qui cum oratione Petri reuixiſſet, Theophilus CHRISTO credidit, & domũ ſuã Petro ut ex ea cõſecraret eccleſiã tradidit. Hęc ille lib. 3. ca. 140. Ibi populus in medio cathedrã ſtatuit eburneã, & in ipſa Petrũ exaltauit, ubi & Epiſcopus ſedit ann. VII. Euſe. in Chro. Niceph. lib. 3. ca. 1. & 2. & lib. 14. ca. 38. Hiero. de uiris illuſtr. in uit. Pet. Ado Vien. Chro. ętat. 6. Iſid. de ort. & obi. Sanctor. Leo Papa in Ser. de B. Apo. Pet. & Paul. Damaſ. in uit. Pet. Euſ. lib. 3. ca. 4. Clem. li. 6. recog. 7 et 10. & in Epi. Miſſam ſolennẽ & publicã Antiochię Petrus celebrauit, cũ conſecrabat domũ Theophili in eccleſiã, & ſublimeretur in cathedrã, Ioã. Faber lib. 1. de Miſſa Euãgel. ca. 2. Rational. diuin. officior. lib. 4. ca. 1. Iſid. li. 1. de orig. offic. eccle. ca. 15. Hugo de S. Victore li. 2. de Sacram. Nã qui prius Miſſas in Hieruſalẽ et Antaradi celebraſſe cõſueuerat, Antiochię quoq; idem feciſſe bono iure aſſeritur, cum & primus fuerit, qui Epiſcopos Miſſęq; miniſtros ordinarit. Sacrę tonſurę conſuetudinem in Antiochia primus dedit Petrus, ſiquidẽ cum ibi cõcionaretur fuit illi ab improbis ſummũ capitis abraſum, ut ludibrio cũctis impendiò magis foret: hinc uoluit, ut quod ab inimicis probro & ignominię daretur, hoc honori deinceps decoriq; haberetur. Beda in Eccle. Anglor. hiſt. lib. 5. ca. 22. Grego. Turon. in lib. in glor. plurim. Martyr. ędito cap. 28. Citat Lindan. 4. panopl. ca. 77. S. Germã. Cõſtantinop. Epiſ. qui in eccleſiaſ. hiſt. dicit: In ſacerdotis capite, circũfuſa corona ex capillorũ figura, ſignificat uenerandũ Apoſtoli Petri caput, quod illi CHRISTVM Dñm prędicanti deraſum fuit ab iĳs, qui Euangelio non crediderunt ludibriĳ cauſa: cui CHRISTVS benedixit, & contumeliã conuertit in honorẽ. Coelfridus Abbas in epiſt. ad Regẽ Anglię ſeptentr. Nationũ Apoſtolos, nõ omnes eodem modo attonſos ſcribit, ſed nullã magis tonſurã ſequendã quam S. Petri, qua ipſe in memoriã ſpinęę coronę attonſus eſt, nullã magis deteſtandã quam Simonis Magi, quę in uertice erat acuminata. Septẽ uero añis quibus Epiſcopatũ Antiochenũ rexit, ſæpè excurſus fecit & recurſus per diuerſas partes, ad conuerſionẽ Iudeorũ pręcipuè, quãuis multos paganos interim conuerteret. Erat enim Apoſtolus circũciſionis, Gal. 2. ut & Chriſtus Ro. 15. Vnde eo tempore prędicauit aduenis diſperſionis Põti, Galatię, Cappadocię, Aſię, & Bythinię, ad q̃s ſcribit ſuã priorẽ epiſtolã, erant enim tunc Iudęi per totũ orbẽ diſperſi poſt bella Põpeĳ in Iudęa. Origen. lib. 3. in Gen. ut citat Euſ. lib. 3. ca. 2. Niceph. lib. 2. ca. 25. Dorot. in Synop. de 12. Hiero. in uir. illuſtr. de Petr. Iſid. in uit. Petri. Leo Papa in Serm. de B. Apoſt. Pet. & Paul. Digreſſus Antiochia, cũ Euodiũ conſtituiſſet Epiſcopũ, nõ ſine collegio presbyterorũ & diaconorũ (Clemẽs in Epit.) ordinauit Marcianũ quidẽ Syracuſis in Sicilia, Pancratiũ aũt Tauromenĳ Antiſtites. Metaph. in uit. Pet. Niceph. lib. 2. ca. 35. Venit inde Tyanem Cappadocię, & illinc Ancyrã Galatię, in qua cũ precatione ſuſcitaſſet mortuũ, multoſq; Catecheſi inſtituiſſet & baptizaſſet, & eccleſiã conſtituiſſet, & Epiſcopũ ordinaſſet, uenit Synopẽ Põti ciuitatẽ, deinde Amaſęam, quę eſt in mediterraneis Ponti, deinde Gangrã Paphlagonũ, deinde Claudiopolim Honoriadis, deinde Nicomediã Bithinię, deinde Nicęã. Et cũ feſtinaret aſcẽdere Hieroſolymã ꝓpter Paſcę feſtũ, reuertẽs uenit Piſinuntẽ: deinde per Cappadociã & Syriã, rurſus uenit Antiochiã. Et illinc ꝓfectus uenit Hieruſalẽ. Hinc Synadẽ deſcendit Phrigię ciuitatẽ, deinde Nicomediã, in qua cũ Prochorũ ordinaſſet

En Petrũ exaltatũ Antiochiæ à populo in cathedrã eburneam.

Petrus conſecrat templum Antiochiæ, et celebrat miſſam.

En hæretice, unde tonſio uerticum ſacerdotũ originẽ habeat: Petrus enim primus fuit ex turba raſa, ut uocas.

Chriſtus ſacrã tonſuram benedicit.

dinaſſet Epiſcopũ uenit Iliũ ciuitatẽ Helleſpõti. Quo in loco cũ Corneliũ Centurionẽ cõſtituiſſet Epiſc. reuerſus eſt Hieroſolymã. Viſus eſt aũt ei Dñs in uiſione dicẽs: Surge Petre, uade ad occidẽtẽ, opus enim habet ut tuis illuſtretur facibus, & ego ero tecũ. Cũ ergo quę uiſa fuerãt magnus Petrus annunciaſſet fratrib⁹, & uale eis dixiſſet, rurſus uenit Antiochiã uiſitans eccleſias. Metaphr. in uit. Petr. Deinde cũ Tharſi Vrbanũ conſtituiſſet Epiſcopũ, & Epaphroditũ Andriacæ Lyciæ, & Phygellum Epheſi (quẽ aiunt à recta uia diuertiſſe, & cũ Simone Magno ſenſiſſe) & Smyrnæ Appellẽ qui erat frater Polycarpi, uenit in Macedoniã. Cũ Philippus aũt Olympã ſiue Olympũ Epiſcopũ cõſtituiſſet, & Theſſalonicę Iaſonẽ, & Corinthi Silã, cũ eũ apud magnũ Paulũ permanentẽ inueniſſet (nam Dyoniſ. Cor. Epiſ. ad Romanos loquẽs de Petro & Paulo, ſcribit, Ambo Corinthi apud nos uerbũ ſerẽtes, eadẽ docuerunt, quẽ citant Euſe. lib. 2. ca. 35. & Niceph. lib. 2. ca. 37.) & Patris Herodionẽ uel Erodiana, nauigauit in Siciliã. Et cũ ueniſſet Tauromeniũ, diuerſatur apud Pancratiũ uirũ b ſapientiſsimũ, ꝙ in loco cũ quendã Maximũ catecheſi inſtituiſſet & baptizaſſet, & Epiſcopũ ordinaſſet, Romã appellit. S. Steph. Epiſc. gręc. in uit. S. Petri, quẽ citat Hugo Eteri. li. 3. ca. 17. de ꝓceſsio. Spiritusſ. Metaph. in uit. Petr.

Duodecimo à CHRISTI ad cœlos aſcenſu anno, facta Apoſtolorum diuiſione, Petrus Romã acceperat. Iſidor. de ort. & obitu Sancto. cap. 83. quod prædictũ fuerat Eſai. 26. Ciuitatẽ ſublimẽ cõculcabit pes, pedes pauperũ greſſus egenorũ, & Eſaiæ. ult. Ponam eis ſignũ, & mittam ex eis in Græciam & in Italiã. Venit itaqꝫ primo Petrus Romã ſecũdo Claudij anno c Princeps Apoſtolorũ, & primus Chriſtianorũ Pontifex, ubi caput orbis erat, plurib⁹ in Aſia Eccleſijs cõſtitutis, & in his Antiochena, cui nõ tantum naſcenti ſed iam propemodũ adultæ ſeptẽ præſederat annos, Euſeb. lib. 2. cap. 14. lib. 3. cap. 2. & in Chron. Nicephor. lib. 3. cap. 2. Oroſ. lib. 7. cap. 4. Hieron. de uir. illuſtr. in Petr. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Damaſ. in uit. Petr. Gregor. Turoneñ. Hiſtor. lib. 1. Iſidor. in uit. Petr. Beda de tẽpor. Abb. Vrſpergeñ. Cauſa aduentus Petr. in Romã primi, fuit pręceptũ CHRISTI iubẽtis. Sic Marcel. Epiſ. epiſt. 1. ad Epiſc. per prouinciã Antiochen. Eius ſedes primitus apud uos fuit, quę poſtea iubente Domino Romã tranſlata eſt. Dominus uero iuſsit, quia uoluit. Erat autẽ melius, quia ex Sermon. 1. Leon. de Natal. Apoſtol. Petr. & Pauli, beatiſsimus Petrus, princeps Apoſtolici ordinis, ad arcẽ Romani deſtinatur imperij, ut lux ueritatis, quæ in omniũ gentiũ reuelabatur ſalutẽ, efficacius ſe ab ipſo capite per totũ mundi corpus effunderet: & quia Apoſtoli Spiritusſancti ductũ ſequebantur, ideo ex Leone ibi & Iſidor. in diuiſion. Apoſt. Petrus Romã accepit. Cõſonat. Anaclet. qui Epiſt. 2. dicit leges diuinæ & Apoſtolorũ ibi uoluerunt eſſe primatẽ, ubi prius erant promulgatæ leges ſeculi. Exin Chriſtiani Romæ eſſe cæperunt, ſenſitqꝫ hoc collatũ fidei ſuæ Roma beneficium. Oroſ. lib. 7. cap. 4. Gregor. Turoneñ. Hiſt. lib. 1. de Petro. Nam cũ interfecto Caligula multa mala de abrogãdo imperio, ac Repub. in antiquũ ordinẽ reſtituenda, euertendaqꝫ penitus Cæſarũ familia uniuerſa, Senatus & Cõſules decreuiſſent, Claudius mox ut cõfirmauit imperiũ, magna atqꝫ adhuc Romæ incognita uſus clementia, ne in tantam nobiliũ multitudinem ultio ſi eſſet cæpta ſæuiret, iudiciũ illud quod ex Reipub. ſtatu infœliciter conſultatũ actumqꝫ fuerat, memoriæ exemit, omniumqꝫ factorum dictorumuè in eo ueniam & obliuionem in perpetuum ſanxit. Accidit etiam eodẽ tempore præſentis DEI grande miraculum, ſiquidem, Furius Camillus Scribonianus,

a Phygellus primus Epiſcopus apoſtata à Petro ordinatus.

b Aperi oculos hæretice, Petrus primo uenit Romã.

c Valeat ergo cum ſuis ſiculneis argumentis Illyricus, Lucas non meminit Petrum Romã ueniſſe Hieroſolymã (ò conſequẽtia) ergo non fuit. Lucas deſcribit Acta Apoſtolorum (ut titulus habet) & non meminit martyrij Petri & Pauli, ergo nõ ſunt martyrizati &c. non ſequitur.

d Attende Lector, ut ſingula conueniũt: Nato Chriſto, imperabat pacificus Auguſtus, eo per Petrum Romæ manifeſtato, rexit imperium Claudius clementer.

Dalmatiæ legatus, bellũ ciuile molitus, legiones multas fortiſsimasq́ ad ſacramenti mutationem pellexerat. Itaq́ȝ die dicto ut in unũ undiq́ȝ ad nouum Imperatorem cõueniretur, neq́ȝ aquilæ ornari, neq́ȝ conuelli quoquo modo ſigna moueriue potuerũt. Exercitus tanta & tam inuſitata miraculi fide motus, & conuerſus in pœnitentiã, Imperatorẽ Scribonianum quinto ſtatim die deſtitutũ interfecit, ſeſeq́ȝ ſacramento prioris militiæ cõtinuit. Triſtius ac perniciosius ubi Romę nihil unquam fuiſſe quã bella ciuilia ſatis notum eſt, itaq́ȝ propter aduentum Apoſtoli Petri, & tenera Chriſtianorũ germina, uix dum adhuc pauca ad ſanctæ fidei profeſsionẽ erumpentia, hanc exorientẽ tyrannidem, & conſurgens iſtud ciuile bellum, quiſnam diuinitus eſſe compreſſum neget, qui præteritis temporibus de compreſsione bellorum ciuilium ſimile probarit exemplum? Oroſ. lib. 7. cap. 4. Venit etiam ad expugnandum Simonem Romam, Hieron. in uir. illuſtr. de Petro, neminem enim magis timebat Simon quam Petrum, à quo alibi toties fuerat expugnatus; & decebat, ut qui primus erat Chriſtianorum Pontifex, (ex Chron. Euſeb.) Simonem confunderet, qui primus hæreticus erat poſt CHRISTI aduentum ut habet Epiphan. in Simonian. Multis iam Romæ ad fidem CHRISTI conuerſis, & fundata quodammodo ibidem Eccleſia, ad Miſſarum ſolennia celebranda ſe contulit Petrus, id quod euidenter comprobatur ex ipſis ſuis diſcipulis, ex ſucceſſorib⁹, ex his quos per uarias totius mũdi prouincias creauit Sacerdotes & Epiſcopos, qui oẽs Sacrificij Miſſæ ſtudioſi fuerũt cultores, quemadmodũ Petri exemplo ac inſtitutione didicerãt. Nec aliquid magis primo ac Summo Pontifici eſt proprium, quã ſacra myſteria peragere ante oẽs.

Petrus celebrat Miſſam Romæ.

Conuenit hoc & cum eo, quod dicit Beda in Martyrol. ſub Calend. Augusti de dedicatione primæ Eccleſiæ Romæ à B. Petro conſtructæ & conſecratæ. Vnde Metaphraſt. in uit. Petri: Romæ cum quotidie ſynaxes celebraret Petrus, & unum DEVM, patrem omnipotentem, & unum Dominum IESVM CHISTVM filium uerũ de DEO uero, & unum Spiritum Sanctum Dominũ & uiuificũ in Synagogis & domi doceret, attraxit multos ad fidem in CHRISTVM, & per ſanctum baptiſma liberauit ab errore idolorum, adeò ut breui tempore ad ſanctum baptiſmum omnes ferè accurrerint, & DEO per Apoſtoli doctrinam crediderint.

Petrus conſecrat templũ Romæ.

Hæc uidens Simon Magus, qui paulò ante captus Romã deductus fuerat, ut lueret pœnas eorũ quæ perpetrauerat arte ſua magica, multos mente mouens & decipiens, non ſolũ nõ dedit pœnas, ſed etiã à multis Deus fuit exiſtimatus. Romanos enim præcurſor ille Sathanæ ſua magia in tandem adduxit admirationẽ, quin etiã ipſum quoq́ȝ Claudium, ut ei poſita inter duos pontes ſtatua magnifica in flumine Tyberi, inſcriberetur: Simoni Deo ſancto. Irene. lib. 1. cap. 20. Tertul. in lib. de hæreſ. Nicephor. lib. 2. cap. 14. Zonar. Annal. tom. 2. Metaphraſt. in uit. Petri. Omnia itaq́ȝ in peius uertens Simon, eò progreſſa eſt eius temeritas, ut Barlonam ſit in miraculorũ certamen prouocare auſus. Nam & umbras quaſdã eũ ſequi & precedere, quas dicebat eſſe animas mortuorũ & mortuos ſuſcitatos, & ei tanq́ȝ Deo honorẽ tribuẽtes, claudoſq́ȝ rectè ingredi & ſaltare oſtendebat. Metaphraſt. in uita Petri. Magnus autem Domini Apoſtolus Petrus omnes eius machinationes facillime diſſoluebat. Interea, cum Philo Iudæus, genere Alexandrinus, Romam ad Claudium Imperatorem miſſus eſſet, conuenit etiam Petrum, cuius concionibus

uſq; eò conuerſus eſt, ut ſi nō Chriſtianus, ſaltem Chriſtianorum amicus fieret, propterea quoq; Marci Eccleſiam Alexandrinā Petri diſcipuli, uir utroq; Philoſophiæ genere celeberrimus, proprio libro laudauit. Euſeb. lib. 1. cap. 16. Nicephor. lib. 2. cap. 15. Veſtcapell. 1. cap. de ortu monaſtico ipſum Chriſtianum fuiſſe aſſerit. Linum Volaterranum poſteà Pontificem, è familia Maurorum, patre Herculanco, annorum XXII. ſtudiorum gratia Romam miſſum, in contubernio tunc Q. Fabij amici paterni, ſacris imbutum, diuinoq; lauacro adhibitū, CHRISTO uendicauit. Volaterr. lib. 22. S. Marcellum & Apuleium Martyres, qui quidem primo adhæſerant Simoni Mago, cum uidiſſent mirabilia quæ Dominus per Apoſtolū ſuum Petrum operabatur, relicto Simone, doctrinæ Apoſtolicæ ſe tradentes, baptizauit. Beda in Martyro. ſub Non. Octobr. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 30. Scripſit primam Epiſtolam ad diſperſionē Ponti, Galatiæ, Cappadociæ &c. ibi meminit Marci qui comes fuerat itineris ex Oriente circa finem, cum inquit: Salutat uos Eccleſia quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus, ſcilicet à baptiſmo. Damaſ. in uit. S. Petri. Et Romam figurate uocat Babylonem, ut Eſai. cap. 1. loquens ad Hieruſalem, dicit: Audite Principes Sodomorum, & populus Gomorrhæ. Et Paulus. 2. Timoth. 4. Et liberatus ſum de ore leonis, id eſt, Neronis. Oroſ. lib. 7. cap. 3. & 4. multas habet ſimilitudines inter Romam & Babylonem. Sed certum eſt Babylonem dictam propter perſecutores Chriſtianorū, & Eccleſiā coëlectam propter Chriſtianos. Vnde nunc ſoli cū Chriſtiani ibi ſint, uō amplius eſt Babylon, ſed tantum Eccleſia coëlecta. Et eo loco intelligi Romā dicunt omnes expoſitores, Hieron. de uir. illuſt. in Marco. Nicephor. lib. 2. cap. 15. Euſeb. lib. 2. cap. 15. qui citat Clement. Alexan. lib. 6. diſpoſit. & Papiam Hierapolitan. Epiſc. Ioannis Euangeliſtæ diſcipulum.

Romam quomodo Babylonem apellarit Petrus.

Cum ſic Petrus aduerſus Simonē fortiter rem gereret, uaticatiq; illius obuiā iret, ac ſimul occidentali oræ lucē inferret, tantū concionū ſuarum in animos auditorum immiſit deſiderium, ut uiua uoce cōtenti eſſe nō poſſent. Quamobrem illi Marcū, qui cum Apoſtolū comitabatur rogarunt, ut conciones à Petro habitas, in monumentū ſcriptis relatas, ipſis relinqueret. Delectatus eſt Apoſtolus tam propenſo illorū deſiderio, & Marco Euangeliū latinè dictauit, atq; ut id in Eccleſijs deinceps legeretur ſanxit. Damaſ. in uite Petri. Nicephor. lib. 2. cap. 45. ubi citat Clement. Alexandri. in 6. Diſpoſit. lib. & Papiam Hierapolit. Epiſc. Apoſtolo. diſcipulū. Marcū Euangeliſtā quem prius Aquileiæ deſtinauerat Epiſcopum Alexandriam miſſum, CHRISTVM Dominū annunciare iuſsit. Hieron. de uir. illuſtri. in Marco. Euſeb. in Chron. Beda in Martyrol. ſub. 7. Calend. Maij. Ante Marcum Petrum Alexandriæ fuiſſe, ſcribit Nicephor. lib. 14. cap. 39. S. Martialem, qui cum eo ex Oriente Romam uenerat, B. Stephani conſanguineum, quindecim annos agentem, baptizatum, in Galliam poſtea miſſum cū ſocijs Alpiniano & Auſtricliniano, a Lemouicenſem Epiſcopum & Aquitaniæ primatem conſtituit, ſocioq; ſuo in itinere mortuo reuertenti, baculum ſuū dedit Petrus, quo impoſito ſuper ſepulchrum reuixit qui erat mortuus, ideoq; Papa nō utitur baculo. Antonin. Part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 2. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 29. Stephano Principi Marſiliæ uenienti Romam nudis pedibus & cilicio induto, b ſuorum ueniam peccatorum plenariè indulſit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 6. Vincent. lib. 9. cap. 39.

a Baculus Petri excitat mortuum. Si enim umbra potuit & ſudariolū Apoſtolorū, quid mirum ſi potuit & baculus.

b Petrus plenariè cōcedit indulgentias.

Quinto

Quid habes contra hos patres hæreticæ, qui aſſumptionem D. Mariæ derides?

Quinto anno Claudij Imperatoris, qui erat decimus quintus poſt paſsionē Domini, CHRISTO euocante diſcipulos ſuos undecunq; ad aſſumptionem Beatæ uirginis, redijt & Petrus Hieroſolymam, Nicephor. lib. 2. cap. 21. Dionyſ. cap. 3. de diuin. nominib. Damaſcen. in orat. de dormit. Sanctiſ. Domin. noſtræ. Commodū quoq; erat ut bonus paſtor uiſitaret Eccleſias quas fundauerat, præſertim Hieroſolymis, cum eſſet Apoſtolus circumciſionis, & eò potiſsimū tempore, quo erat fames ſub Claudio prædicta ab Agabo Propheta Act. 11. quam Euſeb. in Chron. anno 4. Claudij cœpiſſe affirmat. Diſcedens autem ab urbe, duos inſtituit Epiſcopos Linum & Cletum, Vicarios ſuos, quorum alter curam haberet Romanorum, alter aduentantium: non enim ſufficiebat unus Epiſcopus pro tanta multitudine, nam aduenæ confluebant Romā ex toto orbe, & ex Chron. Euſeb. ſub Claudio inuenta ſunt ciuium Romanorum. 69. Centena. 144. milia. Sacerdotale itaq; miniſteriū Romano populo & aduenis benè ſentientibus exhibebant, omniaq; pij cœtus deſideria explebant. Nicephor. lib. 2. cap. 35. Naucle. part. 2. generat. 3. Onuphr. in uit. Roman. Ponti. Damaſ. in uit. Petri.

En primos Cardinales Illyrice, nam per Cardinales nihil aliud intelligimus, quam Papæ Coadiutores & electores.

Veniens Hierolymam Petrus, migrationi & aſſumptioni DEI Genitricis in cælum cum alijs Apoſtolis, & exequijs interfuit. Nicephor. lib. 2. cap. 21. Dionyſ. lib. de diuin. nomini. cap. 3. Iuuenal. Epiſc. Hieroſoly. quem citat Niceph. Andræas Epiſc. Cretæ de dormit. Sanctiſſ. Domin. DEI paræ. Damaſcen. de eadem. Metaphraſt. in uit. Petri. Celebrauit Concilium pro abrogandis legalibus, ubi & Paulus Euangelium ſuum contulit, Acto. 15. Ordinauit Paulum & Barnabam Apoſtolos gentium. Galat. 2. Hieron. de uir. illuſtr. in Paulo. Promulgatis demum Apoſtolicis Canonibus, & Eccleſiaſticis inſtitutionibus (Metaphraſt. in uit. Petri) cum magnus Petrus redijſſet Antiochiam, reſtitit ei in faciem Paulus. Galat. 2. Hieroſolymis Apoſtoli, inter Iudæos ſcilicet, ſeruabant legalia in ædificationem Chriſtianorum ex Iudæis: alibi uerò inter gentes, ut Antiochiæ, ad ædificationem Chriſtianorum ex gentibus nil legale ſeruabant, ſcientes legem non amplius obligare. Vnde & Paulus Hieroſolymis Iacobo ceſsit, tondēs ſe. Accidit itaq;, ut Petro Antiochiæ cum Chriſtianis ex gentibus comedente, quod prohibebat lex, ſuperuenerint falſi fratres ex Hieroſolymis, qui ſimul CHRISTVM & Moſem colebant, ut dicit Ambroſ. Hic Petrum neceſſe erat eos ſcandalizare, ſi maneret in conuiuio gentium: ſi autem ſe ſegregaret, offendebantur Chriſtiani ex gentibus, quaſi re ipſa oſtenderetur, legem eſſe ad ſalutem neceſſariam. In his ergo anguſtijs Petrus prudētiſsimè, memor ſe eſſe Apoſtolū circumciſionis, maluit Iudęis prouidere, & à gentib⁹ ſe ſeparare, certus Paulum qui aderat, ut pote Apoſtolum gentium, Chriſtianis ex gentibus auxiliū allaturum ne ſcandalizarentur. Quod & factum eſt, nam Petrus à gentibus ſe ſeparauit, & ſic ſublatum eſt ſcandalum Iudæorum, Paulus uero Petro reſiſtens gentiles ſuos confirmauit. Chryſoſtom. in cap. 2. ad Galath. Euſeb. lib. 1. cap. 14. citat Clement. 4. diſpoſit. Apoſtol. lib. quod ille Cephas, cui Paulus reſtitit, fuerit unus ex 70. diſcipulis, non Princeps Apoſtolorum. Petrus uero hic non errauit, ſed optime ſciuit non eſſe peccatum edere cū gentibus, quia Actor. 10. fuerat edoctus per uiſionē lintei, ut Cornelium ex gentibus reciperet, & dixerat, in ueritate comperio, quod in omni gente, qui facit bonum, acceptus eſt illi, ſcilicet DEO. Auguſtin. Epiſt. 19. ad S. Hieron.

Canonum Apoſtolicorū conſtitutio.

putat

putat illam Hiſtoriam contigiſſe ante Concilium Apoſtolorum, de quo Act. 15. Vnde nondum erat determinatum abrogata eſſe legalia, uerius tamen Beda Actor. 15. & Anshelm. Epiſtol. ad Galath. putant contigiſſe poſt Concilium. Præterea Actor. 15. Petrus fuit author eius ſententiæ ut in Concilio Apoſtolorum abrogarentur legales obſeruationes. Et apertè dicit Paulus, quod Petrus cum gentibus edebat. Sed ex ſupradictis conſtat Petrum non potuiſſe melius facere quam fecit, alterutri ſiquidem erant offendendi, uel Chriſtiani ex gentibus ſi menſam eorum relinqueret, uel Chriſtiani ex Iudæis ſi non relinqueret: maluit autem Iudæis non prouidere ut Apoſtolus circumciſionis, ſciens Paulum utpote gentium Apoſtolum gentibus prouiſurum, quod & factum eſt. Sic tenet Chryſoſtomus & Hieronym. Nec dicit Paulus, Petrum non ambulaſſe ad ueritatem Euangelij, loquitur enim de pluribus, non ambulabant (inquit) ad ueritatem Euangelij, illi ſcilicet, qui non intelligentes Petri œconomiam, ſcandalizabantur. Hoc ſequitur Adrian. in princip. libr. 4. Sentent. Auguſtinus uero reprehendit Hieronym. quia putabat Hieronymum defendere in Apoſtolorum factis aut ſcriptis mendacium officioſum, cum nec Petrus nec Paulus fuerit mentitus, ſed Petrus ſimulauit ſe non edere cum gentibus, ſicut CHRISTVS finxit ſe longius ire, Lucæ ult. Nec mirum ſi Petrus à Paulo dicitur reprehenſibilis, ſcilicet exiſtimatione eorum qui ſcandalizabantur, cum eadem epiſtola Paulus CHRISTVM dicat factum eſſe maledictum &c. Paulus dixit gentiliter uiuis & non Iudaice: non dixit, & non Chriſtiane. Aderant autem non ſolum Chriſtiani iudaizantes, ſed etiam bonæ fidei, ſecundum Ambroſ. quibus Petrus per ſuam ſimulationem conſulebat. In faciem, interdum ſignificat in ſpeciem & ſimulatè, ut 2. Corinth. 12. qui in facie gloriantur, & non in corde. Vnde Chryſoſtomus: Sermo (inquit) uidebatur in Petrum intendi, cum diſcipulos redargueret. Ei reſtiti: Multi putarunt Petrum hoc loco peccaſſe, ſaltem peccato leui & ueniali, quod nihil derogat eius poteſtati, ſanctitati & fidei. Contra uero Porphyrius teſte Hieronym. putauit Paulum peccaſſe, quod cum Principe Apoſtolorum procacius & arrogantius egiſſe uideatur. Authoritas S. Petri probatur ex hoc loco ſex modis. Primo, quia Paulus hic probat ſe eſſe magnum Apoſtolum; quod auſus ſit tantæ poteſtatis uiro reſiſtere. Sicut non eſt cuiuſuis Papæ in faciem reſiſtere, ſed magni alicuius Cardinalis, &c. Deinde, quia hinc probat Paulus ſuam doctrinam eſſe ueram, quod Petrus tantus Apoſtolus deſendenti doctrinam ſuam Paulo, non contra dixit. Tertio, quia Porphyrius ideo putauit Paulum peccaſſe, quod Principi Apoſtolorum reſtiterit, uſque adeò primatus Petri notus erat etiam infidelibus & hæreticis. Quarto, quia tantæ erat Petrus authoritatis, ut Barnabas & cæteri conſentirent in Petri ſimulationem, quamuis Paulo præſente. Quinto, quia ſecundum Ambroſium ideò in Petrum inuehitur, ut in eo qui primus eſt, diſcerent cæteri. Et quis, ait Ambroſ. auderet primo Apoſtolo reſiſtere, niſi alius aliquis, qui fiduciam haberet electionis ſuæ? Poſtremo, quia apparet prouidentia diuina, quæ exemplo Pontificis etiam malè intellecto, non ſinit decipi fideles, ſed cathedram primam conſeruat prouidens quoties opus eſt de aliquo Paulo, qui in faciem reſiſtat. Et ſequitur,

quod inferioribus licet ſuperiores ſuos ex charitate corrigere interdum, ſci-licet cum expectatur fructus, & cum reuerentia, & tempore & loco, & per debitam perſonam. Non enim quiuis hæreticus debet Pontifici oblatrare, ſed aliquis ex proceribus Eccleſiæ, cui Pontifex ipſe dextram dederit ſocietatis, ſicut Petrus Paulo dederat. Repræhenſibilis: Græcè κατεγνωσμένος, id eſt repræhenſus, ſic legunt Ambroſ. & Chryſoſt. Et Theophilact. exponit, repræhenſum fuiſſe, Acto. 11. à Chriſtianis iudaizantibus, & quærentibus, quare introiſti ad uiros præputium habentes? Textus Syriacus hunc ſenſum reddit, quia offenſionem paſsi erant in eo, ut ſit culpa eorum qui Petri conſilium non intelligebant. Alioquin errare poterant Apoſtoli in rebus non neceſſarijs ad fundationem Eccleſiæ, ut Paulus errauit Actor. 15. non recipiens Marcum conſobrinum Barnabæ, qui poſtea fuit receptus ad Coloſ. 4. Ex Antiochia uenit Tarracinam, in qua cum Epaphroditum ordinaſſet Epiſcopum, uenit Sirmium ciuitatem Hiſpaniæ. Quo in loco cum Epænetum conſtituiſſet Epiſcopũ, deuenit Carthaginem ciuitatẽ Africæ. In qua cũ Creſcentẽ ordinaſſet Epiſcopũ, uenit in Ægyptũ. Et cum Thebis quę ſeptẽ habent portas Rufum Epiſcopatui præfeciſſet, reuerſus eſt Romã. Metaph. in uit. Pet.

Et nunc Illyricus cũ ſuis, & clamet Petrus fuit reprehenſus à Paulo, errauit in fide &c.

Redijt Petrus Romam 6. anno Claudij, qui fuit 16. poſt paſsionem Domini. Venerunt autem cum eo multi Chriſtiani, nominatim uero S. Apollinaris atq; Proſdorimus, ut colligitur ex primit. Eccleſ. Prothonot. in uita Apollinar. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 22. Manſit in urbe triennium antequam ſecundo exiret. Conuertit multos ex Iudæis & Romanis, dum ſæpè apud Iudęos qui erant Romæ ſermonem haberet. Primit. Eccleſ. Prothonot. in uit. Apollinar. Linus in uit. Petri, dicit etiam Senatores ab eo conuerſos. S. Apollinarem Rauennam miſit, futurum ibi primum Epiſcopũ. Primit. Eccleſ. Prothonot. in uit. Apollinar. Volaterr. lib. 13. S. Proſdocimũ Gręcum 20. annos natum, Romæ conſecratum, Epiſcopum primum conſtituit Patauinum. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33. S. Creſcentium & Dulciſsimum conuerſos, miſit ad Ciuitatem Volaterranam, quæ tunc Antonia dicebatur, ad euangelizandum CHRISTI ſalutare uerbum. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 4. S. Marchicianum, Iuſtinum & Romulum, nobilem Romanũ, quem Iuſtino tradidit erudiendum, & Cariſsimum, ſanatis duobus eius filijs à Romulo, CHRISTO uendicauit per baptiſmum. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 4. S. Romulum & Iuſtinum in Sutriam Ciuitatem miſit, ubi cum miraculis æditis multos conuertiſſent, expulſi, Romam rediere. Anton. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 4. Romulus Sutria reuerſum, cum S. Marchiciano & Cariſsimo ad uiſitandos Creſcentiũ & Dulciſsimũ, qui erant apud urbem Volaterranam cum miſiſſet, ſanato puero moribundo, quod multos conuertiſſet, Feſulas directum, primum eius urbis Epiſcopum conſecrauit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 4. S. Clementem cognomento Flauium, patruũ S. Clementis Pontificis, Conſulem Romanum, baptizatum cũ alijs in Belgiũ delegauit ad ciuitatẽ Metenſem, ubi Epiſcopus Eccleſias fundauit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 113. Inſtituit ieiuniũ Sabbati in memoriam ſepulturę Domini, Hiero. epiſt. ad Lucinium, unde Euſ. in uit. S. Sylueſtri dicit eſſe Apoſtolicum. Aduentum Domini & Natalis Dominici feſtum ordinauit, Leo Papa in Sermon. de Eleemoſynis: Vbi dicit Apoſtolicum eſſe inſtitutum, ut hebdomadis illis ante Natalem Domini Chriſtiani exerceantur in Eleemoſynis plus

Aduerte hæretice ieiuniũ Sabbati eſſe Apoſtolicum.

aliàs,

aliâs, ad abrogandas quaſdam ſuperſtitiones, quas olim menſe Decembri in paganiſmo celebrabant. Naucler. part. 2. generat. 2. Ieiunia quatuor temporum conſtituit, quod Apoſtolici eſſe inſtituti ſcribit Leo Papa Sermon. 8. de ieiunio menſis Decimi, & in feſt. pentecoſt. Hieronym. in epiſt. ad Marcell.

Quid hic dicis Illyrice? Ieiunium quatuor temporũ eſt inuentum à papiſticũ? Eſt, à Papa Petro inſtitutum.

Decimo anno Claudij, qui fuit 20. poſt paſsionem Domini, exijt ſecundo ex urbe S. Petrus. Oroſ. enim lib. 7. cap. 4. dicit Claudium nono anno Imperij ſui expuliſſe Iudæos ex urbe, ſcilicet in fine anni. Vnde principio Decimi Petrus exiuit, nã Epiſt. 1. cap. 2. docuerat obedire magiſtratibus, ueniťq; iterũ Antiochiam, nam ibi tunc celebratum eſt Concilium in quo editi ſunt Canones Apoſtolorum, quos editos ab Apoſtolis cum alijs Epiſcopis dicit Zephirin. epiſt. 1. Antiochiæ uero fuiſſe congregatos patet ex Anaclet. epiſt. 3. nam ibi citat Canonem illum, ut in quaq; prouincia norint Epiſcopi quis inter eos primus ſit, & ſubijcit, inde Canonem illum prodiſſe, ſcilicet ex Antiochia, de qua loquebatur. Adfuiſſe Petrum, patet ex Canon. 28. ali. 30. Vbi dicitur: Sicut Simon Magus à me Petro. Conuenerunt autem illic Apoſtoli præcipiente Domino, omnia enim tunc agebant reuelante Domino, & paſsim in epiſt. Clement. & Anaclet. dicitur Apoſtolos Canones quoſdam ſtatuiſſe præcipiente Domino. Illo tempore fuiſſe illud Concilium conſtat, nam tunc Paulus erat Antiochiæ ex Actor. cap. 18. quem non eſt ueriſimile defuiſſe in Concilio. Eodem uero capite, dicitur occurriſſe Paulo Aquilam & Priſcillam uxorem eius Iudæos, uenientes ab Italia propter expulſionem factam per Claudium. Nec legitur Paulus amplius fuiſſe in Antiochia: prius quidem fuerat, ſed cum ferret literas à Concilio Hieroſolymitano ab abſtinendo à ſanguine & ſuffocato. Vnde tunc non erat Concilium in Antiochia, ſed per literas res agebatur cũ Antiochenis. Interim Romanũ gregem commiſit Petrus ut prius Lino & Cleto Epiſcopis Cardinalibus, & Anacleto Presbytero Cardinali, nam ipſe epiſt. 2. dicit ſe fuiſſe à Petro ordinatum presbyterum. Et epiſt. 3. ſcribit ſedem Romanam eſſe cardinem Eccleſiarum, unde Presbyteri Romani dicuntur Cardinales, quorum opera Papa utitur & à quibus eligitur.

Noſtri Canones Illyrice ſunt Apoſtolici, tui uero Apoſtatici, quis enim eos unquam probauit?

Conſtitutis Canonibus Apoſtolicis in Antiocheno Concilio, redijt Petrus Romam anno ſequenti, qui erat undecimus Claudij Imperatoris, & uiceſimus primus à paſsione Domini, tunc enim cœperant iam redire Iudæi reposcente Claudij decreto: nam Roman. ult. ſalutat Paulus Aquilam & Priſcillam iam Romam reuerſos, qui tunc Acto. 18. fugerant ab Italia propter Claudium. Eodem uero capite Paulus fuit Athenis & Corinthi, à quibus locis ſcripta dicitur Epiſtola ad Romanos iuxta diuerſas ſententias, & præter alias, hæc eſt una cauſa quare Paulus non ſalutet Petrum in ea Epiſtola, ſciebat enim illum fuiſſe in Concilio Antiocheno ad conſtituendos cum reliquis Apoſtolis Canones, dum uigebat decretum Claudij de Iudæorum expulſione. Romam reuerſus, tres ex LXXII. diſcipulis CHRISTI, S. Sauinianum ſcilicet, Potentianum & Altinum, adiunctis ſocijs Edoardo & Serotino miſit in Gallias, Sauinianum Galliç primatem conſtituens, Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 3. Petr. de Natal. libr. 2. cap. 25. B. Vrſicinum, qui & Nathanael, fratrem Philippi Apoſtoli Bituricas delegatum, primũ eius urbis

Triumphat Illyricus: Paulus non ſalutauit Petrum in epiſt. ad Rom. Ergo Petrus ibi non fuit.

Heretice, monachatum Apoſtolorum princeps docuit.

Nota Illyrice papiſtica (quod nugaris) inuenta.

Proceſsiones & ſtationes a Petro inſtitutæ.

Petrus indulgentiarum præco.

Anſtititem conſecrauit, Beda ſub 5. Id. Nouembr. Frontonem uirum ſanctum in urbem Petragoricam directum, primum ibidem Epiſcopum ordinauit. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. Volaterr. lib. 3. & 16. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 1. Monachatum docuit, ut experimento Hiſtoriæ Frontonis apparet ex Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. & Antonin part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 1. Idem colligitur ex Monachis Alexandrinis à S. Marco Petri diſcipulo inſtitutis, & à Philone laudatis, ex Nicephor. lib. 2. cap. 15. & 16. Horas Canonicas, cantum eccleſiaſticum & uigilias tradidit. Clemens in Conſtitut. Apoſtol. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 1. in Hiſtoria Frontonis. Idem de ſtationibus & proceſsionibus ſentiendum, quarum meminit Tertullian. lib. 2. ad uxorem, qui cum fuerit Apoſtolicis temporibus uicinus, & hęc à Romanis didicerit, patet Romanos à Petro habuiſſe. Idem quoque de Indulgentijs, nam quamuis rigidè obſeruarentur tunc Canones pœnitentiales, tamen Paulus Corinthio aliquid donauit, & nouit Petrus Luc. 4. dominum ex Eſaia dixiſſe, ueniſſe ſe ad dandum captiuis indulgentiam. Perpetuam nobiliſsimam Romanam, uxorem Africani illuſtris Iudęi baptizauit, Anton. part. 1. tit. 6. cap. 27. Interim acceſsit ſecundus annus Neronis, qui Hieron. in lib. de uir. illuſtr. in Paulo, dicitur 25. poſt paſsionem Domini. Iuxta noſtram uero computationem erit 26. forſan enim partem habuit utriuſque ſecundus Neronis annus, & ibi fit computatio excluſiua, à nobis incluſiua, tunc Romam uenit Paulus cum S. Luca, ut ſcribitur Actor. cap. ult. ubi occurrerunt fratres ad forum Appij, & tres tabernas, & cum Romæ ageret, tertio die conuocauit principes Iudæorum, ſe propter ſpem Iſrael catena circumdatum oſtendens: conuertit autem multos, alijs uerò relictis egit cum gentilibus, excipiens eos qui ad eum ueniebant, & docens per biennium ſine prohibitione: referunt enim Hiſtorici, Neronem primo quinquennio fuiſſe bonum principem. Cumque iam Pauli præſentia Iudæis Romanis eſſet cognita, acceſſerunt ipſum omnes (ſicut ſcribit Philaletus in uita Petri & Pauli) dicentes; defende fidem noſtram contra hunc Petrum, qui euertit Synagogam: Quibus Paulus reſpondit, ſiquidem aliquid docet contra legem, coram uobis illum confundam, ſi uero ex libris noſtris docet, obediamus ei. Itaque Petrus rogatu Iudæorum uenit ad Paulum, quod illi uenire non liceret donec præſentaretur Cæſari, cum autem alter alterum uidiſſet, fleuerunt præ gaudio, & Paulus ſuum naufragium, Petrus uero certamina cum Simone Mago narrauit: & adfuère tum multi Iudęi qui Petrum arguerent, quibus Petrus ex lege & Prophetis reſpondit. Adfuère etiam Chriſtiani ex Iudæis, certantes cum Chriſtianis ex gentibus utri eorum eſſent DEO acceptiores: quam litem Paulus diremit, ut in epiſt. ad Romã. teſtatur. Demũ adfuère pagani, ex quibus multi fuerunt cõuerſi, audientes quę Apoſtoli docebant. Cęterũ Pontifices Idolorũ, cum honorem eorũ & emolumenta prędicatione euangelica minui uiderent, Simonem Magũ commendarũt Neroni ut inſignem uirum, Petrum uero accuſarunt, quod uxores à ſuis maritis ſepararet, Paulum uerò quod per eum militiam deſererent. Lactan. Firmian. li. 4. cap. 20. interea dicit Petrũ & Paulum Romæ prophetaſſe de Veſpaſiano. Et ſubiungit: Cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum eſſe dixerunt, ut ut poſt breue tempus immitteret DEVS Regem, qui expugnaret Iudæos, &

Ciuitates

Ciuitates eorum ſolo adæquaret, ipſos autem fame ſitiq́ꝫ confectos obſideret. Tum fore ut corporibus ſuorum ueſcerentur, & cōſumerent ſe inuicem. Poſtremò ut capti uenirent in manus hoſtium, & in conſpectu ſuo acerbiſſimè coniuges ſuas uexari cernerent, uiolari ac proſtitui uirgines, pueros allidi paruulos, omnia deniq́ꝫ igni ferroq́ꝫ uaſtari, captiuos in perpetuum terris ſuis exterminari, eò quod exaltauerunt ſuperamantiſsimum & probatiſsimum DEI filium. Tum quoq́ꝫ refert Sigebert. in Chron. Petrum Romæ Seruatio decimo Tungreñ. Epiſcopo, Domini noſtri IESV CHISTI conſanguineo, prædixiſſe perſequutionem Hunnorum, ſub Anno Saluatoris. CCCCLIII. ideoq́ꝫ relicta Tungren. urbe quæ euertenda erat, ad Traiectum ſedem Epiſcopalem tranſtuliſſe. Circa illud tempus S. Dionyſius Areopagita primo Romam uenit, partim ut Petrum uideret, partim quia præceptorem ſuum in uinculis eſſe ſciebat, ut præſens Apoſtolorum martyrijs intereſſet, Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 41. S. Mennius nobilis Ciuis Romanus, cum Dionyſio, Domitiano Subdiacono, & ſocijs Epiſcopis ſeptem, ab Apoſtolorum Corypheo in Gallias miſſus ad Ciuitatem Cathalaneñ. dum Domitianus in uia moritur, reuerſo Romam Mennio, & afferente fimbriam S. Petri, ſuſcitatus eſt. Antonin. par. 1. tit. 6. cap. 27. Pet. de Natal. lib. 7. cap. 25. S. Eucharius primus Treuerenſ. Epiſcopus, unus ex LXX. cum ſocijs Valerio & Materno miſſus eſt in Belgium ad urbem Treuerim, ſed mortuo Materno reuertentes Romam, cum accepiſſent paſtoralem uirgam B. Petri Apoſtoli, fide & operibus pleni ad locum ſepulturæ uenientes, ſub obedientia magiſtri admota uirga ſocium à morte reſuſcitant. Annal. Treuereñ. Spireñ. atq́ꝫ Argentoraten. Vuolſg. Bawr de uit. præſul. Nemetocernæ. Method. in Chron. Eckius Homil. 4. de S. Apoſtol. Petr. & Paulo. S. Eutropius, Perſarum Regis filius in Gallias dirigitur, & à Petro Apoſtolorū Coryphæo Sanctonæ urbis Epiſcopus conſecratur. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 6. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 105.

Notet hereticus monopiſtes fidem cū operibus.

Nerone aūt imperante, Simon Magus Romæ miracula per impoſturas & præſtigia edebat. Canem aūt maximum pro foribus catenis uinctū habebat, per quē ad ſe uenire uolentes, ſi ei minus placuiſſent arcebat. Aduenit magnus ille Petrus, qui canem cū efferatū & horridum in ſe ferri uidens, cū authorem eundē ante aduentū ſuū, mortis, permultis fuiſſe, qui ingredi uoluiſſent, intellexiſſet, uinculis eum ſoluit, atq́ꝫ humana uoce annunciare hero ſuo, Petrum CHRISTI ſeruum adeſſe iubet. Canis quo iuſſus fuerat modo nuncium perfert. Ad eam rem qui tum cum Simone erant cōſternati, obſtupuerunt. Quibus ille: nihil id noui eſſe, ſe quoq́ꝫ eadem facere poſſe dixit. Itaq́ꝫ canem exire, & Apoſtolum ad ſe uocare iubet. Petrus, accitus ingreditur. Ibi in colloquio mutuo multa inter ſe uerba faciunt. Miraculis equidem & uarijs prodigiorum operibus Simon longè ſuperatur. Quapropter multi ex illis ad CHRISTVM accedunt, atq́ꝫ baptiſmum ſubeunt. Enimuero & Simon ipſe, dæmonum ei inſeruientium opera, multa admiranda faciebat. Nam ut ſtatuæ mouerentur curabat, & in ædibus uaſa atq́ꝫ inſtrumenta domeſtica ſe ſponte propria hincinde tranſferebant, & ipſe flammis circumdatus non urebatur. Ferebatur quoq́ꝫ uolans in aëre. Ex lapidibus fuco hominibus obiecto panes faciebat.

Draconis quocp formam induebat, & in uarias animantiũ ſpecies mutabatur: duplici facie indutus conſpiciebatur, in aurum ſeſe totum trausformabat, fores uectibus & clauſtris probè communitas & occluſas dicto aperiebat, uincula ferrea diſrumpebat, in conuiuijs omniſariam formularum ſimulacra exhibebat, ut plurimæ ante eum præcederent umbræ efficiebat, quæ defunctorum dudũ eſſe animas nugabatur. Nec ipſe modo ad quam uellet transformabatur ſpeciem, uerumetiam alios quos uoluiſſet in uariarum animantium formas mutabat. Quoſdam autem, cum planum eum & ſcurram eſſe coarguere & conuincere tentarent, amicitiæ prætextu ſimulato, bouem ſacrificans, ad epulas inuitabat, & indè multiformibus eiscp incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus ſubijciebat. Nicephor. lib. 2. cap. 27. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 4. §. 2. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 22. Addit Marcellus Petri diſcipulus in uita Petri, quod Simon confuſus ſtatuerit Diabolum in forma canis ad domum Marcelli, ut uenientem Petrum laceraret Petrũ uero iuſsiſſe, ut Simonem aggrederetur, non læſo tamen eius corpore, quod & factum eſt. Vndè Simonem nudũ, laceratis ueſtibus & pueris clamantibus ex urbe effugiſſe. Interea Nero per Magum Simonem uehementer aduerſari cæpit Apoſtolo, quia diuerſis illuſionibus dæmonum Magus Cæſaris animum ſibi conciliauerat, ut eum ſalutis ſuæ præſulem uitæcp cuſtodem remota ambiguitate confideret. Nam & bellorum uictorias, & ſubiectiones gentium, proſperitatem rerum ſe per eum in omnibus habiturum eſſe credebat. Et quamuis in alijs terrarum partibus Petri expertus eſſet potentiam, tamen auſus eſt iactare, quod mortuos reſuſcitaret. Defunctus erat id temporis Romæ adoleſcens nobilis, propinquus Cæſaris, cum uniuerſorum dolore. Admonuere plericp experiendum utrum poſſet reſuſcitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus, ſed apud gentiles nulla facti huiuſmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium; perrectum eſt ad Petrum. Fuere qui etiam Simonem accerſendum putarent: utercp afluit. Ait Petrus Simoni qui de ſua ſeiactaret potentia, priores ſeſe partes dare, ut ſi poſſet mortuũ reſuſcitaret, ſi ille non reſuſcitaret, ſe non defuturum ut CHRISTVS opem ferret defuncto quo poſſet reſurgere. Simon, qui putarat apud urbem gentilium plurimum ſuas ualituras artes, conditionem propoſuit, ut ſi ipſe reſuſcitaſſet mortuum, Petrus occideretur, qui magnam potentiam laceſſendo iniurias irrogauiſſet: ſin uero præualuiſſet Petrus, in Simonẽ pari genere uindicaretur. Acquieuit Petrus, adorſus eſt Simon, acceſsit ad lectulũ defuncti, incantare atcp immurmurare dira carmina ut cæpit, uiſus eſt caput agitare qui mortuus erat. Clamor ingens gentilium quod iam uiueret, quod loqueretur cum Simone. Ira & indignatio in Petrum, quod auſus eſſet conferre ſe tantæ poteſtati. Sanctus Apoſtolus popoſcit ſilentium, & dixit: Si uiuit defunctus, loquatur: ſi reſuſcitatus eſt, ſurgat, ambulet, fabuletur. Phantaſma illud eſſe nõ ueritatem quod uideatur caput mouiſſe. Denicp ſeparetur inquit, Simon à lectulo, & tunc ne id quidem oſtentui futurum. Abducitur Simon à lectulo, manet ſine ſpecie motus alicuius qui mortuus erat. Aſtitit Petrus longius, & intra ſe pauliſper orationi intentus, cũ magna uoce ait: Adoleſcens ſurge, ſanet te Dominus IESVS. Et ſtatim ſurrexit adoleſcens & locutus eſt, & ambulauit, & cibum ſumpſit, & dedit eum Petrus matri ſuæ. Qui cum rogaretur ut ab eo non diſcederet, ait; Non derelinquetur ab eo qui eum

feeit

fecit reſurgere, cuius nos ſerui ſumus. Secura eſto mater de filio, non uereas ris, habet cuſtodem ſuum. Et cum populus in Simonem inſurgeret ut lapidas retur, ait Petrus: Satis eſt ad pœnam eius quod cognoſcit ſuas artes nihil uas lere. Viuat & CHRISTI regnum creſcere uideat uel inuitus. Egeſipp. lib. 3. cap. 2. Abdi. Apoſtol. certam. lib. 1.

Torquebatur interea Magus, & Apoſtolica perculſus gloria, ad Neros nem Cæſarem currit, nouamq; Petro molitus iniuriam, obtinuit ut Petrum uocaret. Itaq; cum uterq; coram Imperatore ſtaret, prior Simon: Miror te, inquit, Cæſar, hunc te alicuius momenti hominem *a* exiſtimare, imperitum, piſcatorem, mendaciſsimum, & nec in uerbo nec in re, aliqua præditum pos teſtate. Sed ne diutius hunc patiar inimicum, præcipiam modo angelis meis, ut ueniant, & uindicent me de iſto. Ad quæ Petrus: Nō equidem timeo Ans gelos tuos, qui me coguntur timere, & in uirtute & in confidentia huius CHRISTI Domini mei, quem te eſſe mentiris. Nam ſi diuinitas in te eſt quæ cordis arcana rimatur, dic mihi nunc Simon quid cogitem, uel quid ſas cturus ſim. Quam cogitationem meam antequã tibi mentiatur Magus, Cæs ſar optime, auribus tuis inſinuabo, ut non poſsit mentiri quid cogitem. Tum Nero: Accede huc & dic mihi quid cogites. Petrus dixit: Iube mihi adferri hordeaceum panem & occultè dari. Cumq; hoc fuiſſet iuſſum, Petrus ait: Dis cat nũc ergo Simon quid cogitatum, quid dictum, quidue ſit factũ à me. Tum Nero: Quid dicis Simon? Reſpondet Simon: Imo Petrus dicat quid ego cogitauerim, uel quid fecerim. Tum Petrus: Quid cogitet Simon me ſcire docebo, ſi tamen ipſe prius dixerit quid ego cogitauerim. Quæ cum audiuiſs ſet Simon: Hoc (inquit) ſcias bone Imperator, quia cogitationes hominum nemo nouit niſi ſolus DEVS, cæterum Petrus mentitur. Ad quæ iterum Petrus: Tu uero qui filium DEI te eſſe dicis dic quid cogitem, & quid feces rim modo in occulto, ſi potes exprime. Petrus *b* autem benedixerat panem hordeaceũ quẽ acceperat, & fregerat, & in dextra atq; ſiniſtra manica ſua cōls locauerat. Tunc Simon indignatus quod dicere nō poſſet ſecretũ Apoſtoli, exclamauit dicens: Procedant canes magni & deuorent eum in conſpectu Cæſaris. Et cum hæc dixiſſet, apparuerunt canes miræ magnitudinis, & impes tum fecerunt in Petrum. Petrus uero extendens manus in orationẽ, oſtens dit canibus, quem *c* benedixerat panem. Quem ut uiderunt canes, ſubitò nuſquam comparuerunt. Tum conuerſus Petrus ad Cæſarem: Ecce oſtens di tibi Imperator quid cogitarit Simon non uerbis, ſed factis. Nam qui Ans gelos promiſerat contra me eſſe uenturos canes exhibuit, ut ſe oſtenderet nõ diuinos Angelos ſed caninos habere. Abdias certamini. Apoſtol. lib. 1. Hæc atq; his ſimilia cum Diuus quidem Petrus uerè ac re ipſa, Simon autem falſò & impoſturarum fuco facerent, Nero cum quod melius eſſet diſpicere non poſſet, ambos tanquam errones & ſcurras Roma expellit. Nicephor. lib. 2. cap. 27. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 4. §. 2.

a Vides Illys rice, quam riatè ſis tuum imitatus præcurſorẽ Magum, dum genus, officium, ſimplicitatem &c. Petri tras ducis.

b Petrus bes nedixerat panem.

c Hinc Illys rice efficatiã cōſecrati per uerbũ panis colligere des bebas, ut etiã dæmones fus gare potues rit. Nihil aliud hodie Eccleſia faciẽ in benedictios ne aliorũ eles mentorum, aquæ, ſalis, ceræ & herbarum, quam ut ui uerbi dæmones per expellantur.

Exijt ergo tertia uice Petrus ex urbe, relicta cura Chriſtianorũ quibus ſoles bat, Lino & Cleto Epiſcopis Cardinalibus, & Anacleto Presbytero Cardis nali, Anno Neronis. VII. qui fuit XXXI. poſt paſsionẽ Dñi, tunc Iacobus frater Dñi martyriũ ſubijt, & Apoſtoli Hieroſolymis cōuenerũt, & ſubrogas runt in Epiſcopatu Hieroſolymitano Simeonẽ fratrẽ Dñi, qui poſtea cũ eſſet annorũ CXX, crucifixus eſt. Euſeb. li. 3. cap. 17. & in Chron. Nicephor. lib. 3. cap. 9.

d Ecce Illyrice penes quos fuerit in primitiua Eccleſia cōſtituẽdi Epiſcopum poteſtas.

His

His peractis, Petrus anno ſequenti, Neronis ſcilicet VIII. qui fuit XXXII. poſt paſsionem Domini, redijt quarto Romam tanquam ad ſuam diæceſim. An iterum urbem exierit poſt hunc ſuum aduentum nō conſtat in particulari, ſed in genere tamen dicit Nicephor. lib. 2. cap. 35. Petrum totum ferè orbem peragraſſe. Et Hugo Eterian. lib. 3. cap. 1>. de proceſsione Spiritus S. ex S. Stephano Græco Epiſcopo affirmat, Petrum Roma ſæpius euocatum & expulſum totum peragraſſe orbem, ubiq; locorum Chriſtianas condentē Eccleſias. Nec prætereundus Metaphraſt. in uit. Petri, qui Roma Petrum Mediolanum & Photicen, quæ ſunt Ciuitates in continente, & conſtitutis Epiſcopis atq; Presbyteris in Britanniam ueniſſe, ſcilicet, & conſtitutis Epiſcopis atq; Presbyteris in Britanniam ueniſſe ſcribit, & conſtitutis Eccleſijs, Epiſcopis, Presbyteris, atq; Diaconis ordinatis, Angelica uiſione monitum, quia reſolutionis ſuæ tempus inſtaret, Romam rediſſe. a Venerunt tum Romam, uxor Petri & filia eius S. Petronella, quam antequam Chriſtianus eſſet ſuſceperat, & paſſa eſt uxor martyrium, ut dicit Euſeb. lib. 3. cap. 30. ex Clement. 7. Stromat. exultante Petro propter electionis gratiam, & clamante ad eam: O coniunx, memento Domini. Conſecrauit Petrus Romæ locum aliquem in Vaticano, ubi hodie Altare oſtenditur in quo ſolebat celebrare. Eſt enim Altare, (ut ſcribit Martinus Polonus in Chron. ſub Conſtantino) in quo B. Petrus & alij ſucceſſores, uſq; ad tempora Syluestri celebraſſe dicuntur. Tunc enim ſæuiente perſecutione, certa non erat in urbe Epiſcopalis ſtatio: ſed ubicunq; poterant, ſiue in cryptis, ſiue in cæmiterijs, & ſubterraneis, ſiue in domibus uirorum fidelium aut mulierum, Miſſam celebrabant ſuper illud altare ligneum: quod erat cōcauum uelut arca, habens quatuor circulos in angulis, per quos quatuor Presbyteri illud ad locum celebrationis deferebant. Et ob reuerentiam ſancti Petri, & aliorum ſanctorū Pontificum, ſtatuit beatus Syluester, ut nullus niſi ſummus Pontifex, ſuper illud celebret: quod uſq; hodie ſeruatur. Sed inter ipſum depoſita menſa, ſummus Pontifex celebrat ſolum: quæ deponitur in cæna Domini: & non reponitur niſi in ſabbato ſancto, poſt baptiſmum.

a Huc Illyrice: ubi bactenus fuit Petri uxor, quam propter uerbi miniſteriū à marito ſeparari non potuiſſe aſſeris?

b Petrus cōſecrat templū Illyrice.

Prænoſcens Apoſtolus uitæ finem ſibi imminere, ſecundam Epiſtolam Canonicam ſcripſit, ſicut ipſe dicit cap. 1. Certus quod uelox eſt depoſitio tabernaculi mei. Tunc inſtituit de electione Pontificis ſui ſucceſſoris, ut uidelicet à Cardinalibus c in poſterū ageretur, teſte S. Stephano Ponti. c. oportebat. diſt. 79. quod optime quadrat cum Canone Apoſtolorum, quem habet Anaclet. Epiſt. 3. uidelicet, ut Archiepiſcopi ab omnibus comprouincialibus eligātur, ſunt autem prouinciæ Rom. Epiſcopi, ipſi Epiſcopi Cardinales. Poſt hæc uitæ finem ſibi imminere præſentiens, in conuentu fratrum præhenſa manu Clementis, repente conſurgens in auribus totius Eccleſiæ, hæc protulit uerba: Audite me fratres & conſerui mei, quoniam ſicut edoctus ſum ab eo qui me miſit Domino & Magiſtro IESV CHRISTO, dies mortis meæ inſtat, Clementem hunc Epiſcopum uobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram credo, qui mihi ab initio uſq; ad finem comes in omnibus fuit, & per hoc ueritatem totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis ſocius extitit fideliter perſeuerans, quem præ cæteris expertus ſum Dominum colentem, homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtudijs deditum, ſobrium, benignum, iuſtum, patientē, ſcientem ferre

c Vide Illyrice an Epiſcoporū electio à plebeis fieri ſemper ſit ſolita.

tem ferre, nonnullorum etiam ex his qui in uerbo Domini inſtruuntur, iniurias. Propter quod ipſi trado à Domino mihi datam poteſtatem [a] ligandi & abſoluendi, ut de omnibus quibuſcunque decreuerit in terris, hoc decretum ſit in cœlis. [b] Ligabit enim quod oportet ligari, & ſoluet quod oportet ſolui. Et hęc cum dixiſſet, manus ei impoſuit, Epiſcopum conſecrans, eique cathedram & eccleſiam commendat his uerbis: Eandem ego tibi poteſtatem ligandi & abſoluēdi trado, quam mihi CHRISTVS reliquit. Tu ſpretis & contemptis rebus omnibus, tum corporis tum fortunæ, oratione & prædicatione ſaluti hominum, ut bonum paſtorem decet conſule. Abdi certamin. Apoſtol. libr. 1. Clemens Epiſtol. 1. ad fratrem Domini. Damaſ. Papa in uita Petri. Onuphr. de Pontific. Roman. Naucler. part. 2. generat. 3. Platin. de Vit. Pontif. Eo tempore rediјt Paulus Romam, ex Nicephor. lib. 2. cap. 34. Venit & Areopagita Dionyſius, ut intereſſet Apoſtolorum martyrio, ut patet ex eius uita per D. Metrodorum ſcripta. Ad prædicationem autem Apoſtolorum conuerſa eſt Lucina mulier Romana. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 27.

[a] En hæretice aliam atque maiorem multo in ligando & abſoluendo à Chriſto datā eſſe poteſtatē Petro & eius ſucceſſoribus, quam reliquis Apoſtolis.

[b] Clemens ordinatur in Papam à Petro per manuum impoſitionē.

Interea omnem excitans carminum ſuorum potentiam Simon Magus, congregat populum, offenſumquē ſe dicit à Galilæis, ſe relicturum urbem quam tueri ſoleret. Diem ſtatuit, pollicetur uolatum quo ſupernis ſedibus inueheretur: cui quando uellet cælum pateret. Conſcendit ſtatuto die montem Capitolinum, ac ſe de rupe deiјciens uolare cœpit. Mirari populus, & uenerari plærique, dicentes DEI eſſe potentiam non hominis, qui cum corpore uolitaret, nihil tale feciſſe CHRISTVM. Tunc Petrus in medio ſtans ait: Domine IESV, oſtende ei uarias artes ſuas eſſe, ne hac ſpecie populus iſte, qui crediturus eſt, decipiatur. Decidat Domine, ſic tamen, ut nihil ſe potuiſſe uiuens recognoſcat. Cumque hoc flexis genibus cum lachrymis oraſſet Apoſtolus, ait: Adiuro uos in nomine IESV CHRISTI qui eum fertis, ut nunc demittatis. Et ſtatim ad uocem Petri demiſſus à dęmonibus, implicatis remigiјs alarum quas ſumpſerat corruit, nec exanimatus eſt, ſed fracto debilitatoque crure Aritiam conceſsit, atque ibi mortuus eſt. Egeſip. libr. 3. cap. 2. Epiphan. aduerſus Simoni. Abdi. Apoſtol. certamin. libr. 1. Auguſtin. in Sermon. de ſanctis. & epiſt. 86. de ieiunio diei Sabbati. S. Maxim. Sermo. de Natal. Apoſtol. Petri & Pauli. Metaphraſt. in uita Petri. Nicephor. lib. 2. cap. 36. Extant hodie apud urbem Romanā duæ in lapide foſsillæ, ſuper quas B. Apoſtolus deflexo poplite orationē contra ipſum Simonē Magum ad Dominum effuderat, in quibus cum de pluuiјs limphæ collectæ fuerint, à morbidis expetuntur, hauſtæque mox ſanitatem tribuunt. Gregor. Turonēſ. in libr. in glor. plurim. Martyr. edito cap. 28. Ibi ex populo qui antea Simonem diuinos uſurpantem honores celebrauerant, ſubito ita proſtratum uidentes, laudesque priſtinas per palinodiam recantantes, ingenti claraque uoce unus eſt magnus DEVS acclamant, quem Petrus & Paulus apertē & clare prædicant. Locus ſanē ipſe in quem luctuoſum hoc ſpectaculum incidit, ad hodiernum uſque diem Simonium uocatur, etiamnum Simonis perniciem & interitum declarans. Et erant Aritiæ nonnulli qui eum reuicturum eſſe opinarentur, & ob id diutius in publico iacuit, cæterum ubi iam cadauer diffluere maleque olere cœpit, re deſperata in ocultis illum ſepeliere locis. Niceph. lib. 2. cap. 36. Metaphraſt. in uit. Petri.

Nota fixa genua & lachrymas.

Grata eſt proinde Deo genuarū in oratione flexio.

Quod ubi Neroni compertum eſt, deceptum ſe ac deſtitutum dolens, ſublatumq́ſibi uirum utilem ac neceſſarium Reipub. indignatus, quærere cœpit cauſas, quibus Petrum occideret. Abd. certamin. Apoſtol. lib. 1. Egeſip. lib. 3. cap. 2. Iam quoq́ quatuor concubinæ Præfecti Agrippæ, quarum erant nomina Agrippina, Eucharia, Euphemia & Dione, cum audiuiſſent à Petro caſtitatis ſermonem, & omnia Domini noſtri IESV CHRISTI mandata: tabeſcebant & moleſtabantur ſub thoro Agrippæ. Nam plæraeque etiam Romanorum matronæ ex prædicatione Apoſtoli à commixtione uirilis thori ſeruare munda corda ſimul & corpora (quantum ex ipſis erat) delegerant. Vnde caſtitati ſe deuouentes, confortatæ à Domino noſtro IESV CHRISTO, nullo modo obſequio concubitus acquieſcere ulterius decreuerunt. Interea uxor quoq́ Albini Cæſaris amiciſsimi, nomine Xantipe, cum alijs plurimis nobiliſsimis matronis uenit ad Petrum. A quo percipiens uerbum caſtæ uitæ, repudiauit non modo uirile connubium, quin etiam & omne uitæ huius delectamentum. Linus Papa de paſsione Petri. Marcell. Petri diſcipul. in Vit. Petri. Metaphraſt. in uit. Petri. Hinc Nero permotus, Apoſtolos Paulino magiſtro militum tradididit, quos in cuſtodia Mamertina ſub monte Tarpeio, id eſt, Capitolino includi iuſsit, cuſtodientibus 50. militibus, quorum primi erant Proceſſus & Martinianus, qui omnes prædicatione Apoſtolorum conuerſi, & fonte per miraculum in ſaxo carceris ſcaturiente baptizati ſunt: Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 40. Ado Treuereñ. & Iſuard. ſub 6. Non. Iulij. Poſt nouem uero menſes permiſſa à cuſtodibus libera poteſtate abeundi, Marcellus & fratres deprecabantur Petrum ut ſecederet. Petrus uero ait: Non oportet fratres & filij, fugere propter CHRISTVM Dominum paſsiones, cum ipſe ultrò ſe pro noſtra ſalute morti obtulerit. Cui fratres: Miſerere pater miſericors iuuenum, & eorum qui ſunt in fide rudes, nec nos nec illos inter infidelium turbines deſtitutos relinquas. Sed Petrus rogantibus ſe ait: Fugiendum ſuadetis, & iuuenum atq́ infirmorum cordibus exemplo noſtro metum paſsionis incutere, cum uerbum DEI conſtanter debeamus aſſerere, & ſanctæ caſtimoniæ fundamenta quæ iecimus conſeruare? Fugiendum putatis ut mortem declinemus, quã multis ſuſpirijs & gemitibus diuturnis ut ingreſſum uitæ expetimus, qua etiam ſecundũ illius reuelationem Dominum clarificare debeamus. Fratres hæc audientes, leuauerunt uocem dicentes: O pater ueraciſsime, ubi ſunt uerba quibus dicebas, quoniam pro uita noſtra morti paratus eſſes ſuccumbere? & nunc impetrare non poſſumus, ut pro ſalute noſtra donec corroboremur patiaris te aliquantulum uiuere? Adoleſcentes quoq́, quos ipſe ſollicitè cuſtodiens, in fide & caſtitate ſedulo educabat, manus protendentes in cœlum, & porrecti in faciem illius, uelut ſubitò mortui procidentes in terram, uociferabantur nimio eiulatu clamantes: O bone Petre pater & paſtor, poſt tuum Dominum clementia ſingularis, cur quos affectu materno recenter per ſacrum fontem Domino peperiſti, tam immaturo ſolatio & animo crudeli, qui te antea nunquam attigerat, nos immaniſsimorum morſibus luporum exponis? Clamabant autem & matronæ, puluere conſperſis capitibus: Hæccine eſt miſericordia quam de Saluatore tuo prædicare ſolebas? qui tuis lachrymis, quem ad tempus negaueras

Concubinæ Agrippæ caſtitatis ſuſcipiunt.

Matronæ Romanæ ex conſenſu maritorum caſtitati ſe deuouent.

Forſan Albinus cohabitare nolebat cum uxore Chriſtiana ſine blaſphemia creatoris et Chriſti contumelia, tunc enim locum habet illud Pauli ſi in[fidelis] diſcedit, diſcedat &c.

Vos miſeri heretici, qui non agnoſcitis patrem, non agnoſcemini pro filijs.

ueras in æternum pietate motus indulſerat & nunc tantis lachrymarũ fulmi-
nibus te uel paruo tempore nobis non concedis, pręſertim cum & Domino
poſsis miniſtrare in carne, & tibi reſeruatam coronam adipiſci perpetuã. Sed,
& cuſtodes carceris Proceſſus & Martinianus, cũ reliquis magiſtratibus & ex
officio iunctis, poſtulabant eũ dicenres: Domine quo uis abſcede, quia Impe-
ratorem oblitũ iam tui credimus, ſed iſte iniquiſsimus Agrippa, pellicũ amore
& intemperantia ſuę libidinis inflamatus, perdere te feſtinat. Si enim te Re-
gis iuſsione impeteret, Paulini uiri clariſsimi, cui te commendatũ nos cuſtodi-
endũ ſuſcepimus, de tua nece ſententiã haberemus. Nam poſtquam nos cre-
dentes in hac uicina cuſtodia fonte, precibus & admirabili ſigno crucis de ru-
pe producto, in Sanctę Trinitatis nomine baptizati, libere quo placuiſſet pro
ficiſci potuiſſes, nec aliquis fuiſſet tibi moleſtus, nec modò eſſet, niſi incendiũ
dęmoniorũ quod urbem ſtimulat, Agrippam acrius peruaſiſſet. Quapropter
oramus te ſalutis noſtrę miniſter, hanc nobis digneris recompenſare uiciſsi-
tudinem, ut qui nos à peccatorum & dęmonũ uinculis abſoluiſti, à carcerali
ac compedũ nexibus, quorũ nobis eſt commiſſa immanitas, noſtra non tam
permiſsione quam etiam deprecatione, liber in ſaluationem tantę plebis abſ-
cedas. Viduæ quoq; ac orphani & ſenio ualdè confecti capillos ſibi trahentes
genaſq; uellentes & pectora denudantes, dicebant: Alios quorũ miniſterio
fouebamur à diuerſis languoribus ſanaſti, & de ipſa etiã morte reſuſcitaſti, &
te nobis pater pijſsime ſubtrahis? uel ante te omnes nos pręmitte ne tuę inſti-
tutionis doctrina deſtitutę animæ pereant, & corpora miniſtrationis tuæ ſo-
latio deſtituta intereãt, & ſic quo deſideras accelerare feſtina, ne uitã noſtram
poſt Dominũ mori uidentes & remanentes in uita miſeri moriamur. Tũ Pe-
trus hęc undiq; audiens, qui ultra modum miſericors, lachrymas aſſlictorum
ſine lachrymis nunquam pręterire poterat, deuictus tantis fletibus, ait: Nemo
ueſtrum ueniat mecum, ego ſolus mutato ſchemate pergam. Proxima namq;
nocte celebrata oratione, ualedicens fratribus, et cũ benedictione illos Deo
commendans, profectus eſt ſolus. Vt autem portam ciuitatis uoluit egredi,
uidit ſibi CHRISTVM occurrere, & adorans eum ait: Domine quo uadis?
Reſpondit ei CHRISTVS, Romam uenio iterum crucifigi. Et ait ad eũ Pe-
trus, Dñe, iterum crucifigeris? Et dixit ad eum Dominus: Etiam iterum cruci-
figar. Petrus aũt dixit: Domine reuertar & ſequar te. Et his dictis Dominus
aſcendit in cœlum. Petrus autem proſecutus eſt cum multo intuitu, atq; dul-
ciſsimis lachrimis. Extat ſacellum in eo loco Romæ, ubi hæc uerba ſunt habi-
ta, quod uulgo appellatur, Domine quo uadis. Linus Papa in paſsio. Pet. Ab
di. certamin. Apoſtol. lib. 1. Egeſip. lib. 3. cap. 2. Ambroſ. in orat. de tradend.
Baſili. quæ habetur lib. 5. Epiſt. Et poſt hæc rediens Apoſtolus in ſeipſum, in-
tellexit de ſua dictum paſsione, quod in eo Dominus eſſet paſſurus, qui pati-
tur in electis miſericordię compaſsione, & glorificationis celebritate. Con-
uerſu ſq; in urbem redijt cũ gaudio glorificans DEVM, & narrans fratribus
quod ei obuius fuiſſet Dñs, & declaraſſet illi quod iterum in illo eſſet crucifi-
gendus. Quibus cum manifeſtaſſet paſsionem ſuam, dolebant uniuerſi, &
lachrymas profundebant dicentes: Conſidera oues tuas paſtor bone, conſi-
dera eos quorũ fides infirmior tuo expedit roborari ſermone. Cõſidera cor-
da titubantia, quę per te ſtabilienda noſcuntur. Quibus Petrus ait: Facile eſt
Domino ut ſeruorũ ſuorum corda, etiam ſine meæ humilitatis ſermone cor-

Ecce hæretico crucis ſignũ quod in demoliris diuinitus produxit fontem.

Chriſtus iterũ crucifigitur in Petro, Ergo, iterum conuicijs impetitur in Vicario, qui ipſi ſucceſsit.

roboret. Quos enim plantauit, ad hoc faciet adoleſcere, ut alios poſsint plantare. Ego aũt tanq̃ ſeruus, neceſſe eſt, ut Domini exequar uoluntatem. Quapropter ſi me adhuc morari in carne diſponit, ꝓpter uos, non contradico. Et ſi me pati ꝓ nomine ſuo decreuerit, & per paſsionẽ dignatur ſuſcipere, exulto et lætor in gratia ipſius. Cũ his igitur & alijs multis uerbis fratrũ animos cõſolaretur & illi lachrymas tenere non poſſent, ſuperuenit Hieros cũ quatuor apparitoribus & alijs decẽ uiris, qui eũ comprehendentes rapuerunt de fratrũ medio & ſtatuerunt uinctũ Agrippæ Præfecti urbis obtutib⁹. Cui ait Agrippa: Multa eſt tibi audacia, ô ſcelerate in plebibus, quos circumuenis, atq̃ in fœminis quæ tua perſuaſione à maritali thoro diſcedunt. Auſus es etiam in Iudæorũ iniuriam, neſcio quem CHRISTVM inducere, & contra ſanctũ ritũ Romanũ, & contra urbis æternę deuotionem neſcio quę inepta & uana docere.

Licuit Petro huiuſmodi encomijs excipere Agrippam, quia Pontifex ſicut Chriſto Phariſæos: Non enim eſt cuiuſuis hæretica reprehendere Pagam. Sic Paulus ad Elymam Magũ. Fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere uias Domini rectas.

Tunc facta eſt facies Apoſtoli ſicut ſol ſplendida, & aperiens Petrus os ſuum, dixit ad eũ: Video q̃ tendis innocentiũ perſecutor, habitaculum Satanę. Ignoras namq̃ gloriam in qua glorior, & ideo dicis quod in uiris & mulieribus ſit mihi fiducia. Et ait ad eũ Agrippa: Quia ſcis me ignorare in quo gloriaris, facito me noſſe. Et ait ad eũ Petrus: Nulla ſit mihi gloria, niſi crux Domini IESV CHRISTI, cuius ego ſum ſeruus. Et ait ad eũ: Vis ergo ut crucifigaris ſicut Dñs Deus tuus eſt crucifixus? Petrus reſpondit: Non ſum dignus recta cruce mundũ teſtẽ facere meæ paſsionis, ſed per quęlibet ſupplicia opto & deſidero ſequi ueſtigia paſsionis eius. Tunc prȩfectus morbo incontinẽtię ſuę prętendens ſuperſtitionis accuſationem, crucifigi fecit Apoſtolum. Et ecce concurſus ingens ſubito factus eſt diuerſę ętatis & ſexus, diuitũ, pauperũ, uiduarum, pupillorum, imbecillium atq̃ potentum, qui ſumma uoce clamabant: ut quid occiditur Petrus? Quid admiſit criminis? In quo lęſit urbẽ? Nec innocentem damnare fas eſt. Nonnè timendũ eſt ne tanti ac talis uiri necem DEVS uindicet, & nos omnes perire pręcipiat? Et cœperunt in Agrippam ſęuire populi molientes illęſum rapere, & conſeruare Petrum, & tumultuantibus uocibus plebis ad inuicem confundebatur Roma. Tunc Petrus reſtitit modicum, & aſcendens ȩditiorem locũ, nutuq̃ ad ſilentiũ prouocans populum, ait: O uiri & fideles DEI, qui CHRISTO militatis. Omnes qui in CHRISTO ſperatis, ſi charitas ueſtra in me uera eſt, & uiſcera integra in me pietatis oſtenditis, nolite reuocare euntem ad Dominũ, nolite impedire properantem ad CHRISTVM. State ergo quieti gaudentes & læti, ut hoſtiã meam cũ hilaritate Domino offeram. Et his dictis, uix eſt ſedata ſeditio & præfecti diſcerptio. Poterant enim, & inhianter optabant multi præfectum euertere, ſed timebant Apoſtolum contriſtari, qui magiſtri ſui ſequebatur exemplũ, dicentis: Poſſum rogare patrem, & exhibebit mihi modò ſi uolo, plus quam duodecim legiones Angelorum.

Quam pulchrè reſpondent omnia: Chriſtus ſub Cruce. Nolite flere ſuper me &c. Et dicit Petrus ad flentes, Nolite impedire &c.

Peruenit deniq̃ una cum Apoſtolo & apparitoribus populus infinitus ad locum Naumachia, iuxta obeliſcum Neronis in monte. Illic enim Crux poſita erat, & reſpiciens flentem populum, & iterũ ſeditiones in monte mouere uolentem ait clara uoce: Nolite obſecro uos fratres oblationem meam impedire. Nolite uerſus Agrippam ſęuire & amaro animo in eum eſſe. Ille enim miniſter eſt alienæ operationis. Nam damnationis meæ ſecundum corporis qualitatem diabolus author eſt, dominica ubutens permiſsione, quia dolet uaſa contumeliæ, per me ſibi ſublata eſſe, & facta eſſe diuerſoria continentiæ, templa CHRISTI, domicilia honoris

&

& gratię. Itaq́ fratres mei & filij, obediẽtes eſtote, quia per reuelationẽ à Dño *In heretice,*
IESV CHRISTO proditũ eſt mihi quod ita eſſet euenturũ. Nõ ergò eſt di- *Virginum*
ſcipul⁹ ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſuper Dñm ſuũ. Feſtino itaq́, ut carne ex- *encomia.*
utus aſsigner Dño. Nunc enim tempus eſt in quo meã offeram hoſtiã. Me-
mento ſignorũ & prodigiorũ atq́ ſanitatũ quæ CHRISTO operante & me
miniſtrãte, uidiſtis ac ſenſiſtis. Ideò enim plurimorũ infirmitates curatæ ſunt,
ut omniũ animę ſaluarentur. Ideò mortua corpora ſuſcitata ſunt, ut animę re-
uiuiſcerent. Sed quid iam moras patior & nõ appropinquo Cruci? Valete fra
tres & patientes eſtote, & ſeruata quæ audiſtis, commendo uos Dño IESV
CHRISTO. Accedens aũt & aſtans Cruci dicit: O nomen Crucis occultũ
myſteriũ. O gratia ineffabilis, in nomine enim Crucis pax. O Crux quę DEO *Adorat Cru-*
hominẽ cõiunxiſti, & à dominio Diaboli captiuannis magnificè ſegregaſti, O *cem Petrus.*
Crux, quæ humano generi paſsionẽ Saluatoris mũdi & redẽptionẽ captiuita
tis humanæ, uera comitante fide ſemper repræſentas incolumẽ. O Crux, quæ
quotidie carnes immaculati agni fidelib⁹ diuidis populis, & dira ſerpentis ue-
nena à populo ſalutariter depellis, atq́ romphæã Paradiſi ignitã credẽtib⁹ ſi-
ne intermiſsione reſtinguis. O Crux, quæ pacẽ quotidie terrenis cũ cæleſtib⁹
operaris, & mediatoris mortem qui à mortuis reſurrexit, & iam non moritur
æterno patri (Eccleſia pro filijs agente) ſedulò reparas, & legatione fœliciſ-
ſima renouas & reformas, uim patior tui cauſa, & iam nũc in finitima abſolu-
tione exiſtens, nõ quieſcã manifeſtare de Cruce occultũ DEI myſteriũ, quod
olim clamauit anima mea. O qui CHRISTVM creditis non iſtud ſit uobis
Crux quod apparet, aliud eſt quiddam myſticũ in hoc quod apparet uobis. Et
nũc maxime qui poteſtis audire in hora nouiſsima uitę huius exiſtente me, oẽs
ſenſus ſegregate, & animas ueſtras ab omni quod apparet ad illud quod inui
ſibile eſt auocate, & ſcietis, qđ in CHRISTO per Crucẽ factũ eſt ſalutis my-
ſteriũ. Debitum eſt tibi Petre reddere terræ corpus acceptũ per eos quibus eſt
corpus occidere propriũ. Ait aũt ad magiſtros carnificũ: Quid eſt quod tem-
pus atteritis? Quid apparitores innectis mihi mores patimini? Implete quod
uobis iuſſum eſt, exuite me mortali tunica, ut ſpirituali adhęreã Dño. Petijt ſa-
ne, & ita alloquẽs miniſtros carnificũ exorauit: Precor uos bonæ ſalutis meæ
miniſtros, ut crucifigẽtes me, caput deorſum ponatis, pedes uero ſurſum. Nõ
enim decet me ſeruũ ultimũ ita crucifigi ut Dñs uniuerſitatis pro ſalute totius
mundi eſt crucifixus, quẽ paſsione mea cõſtat glorificari. Et etiã ut myſterium
Crucis intento uultu ſemper poſsim cõſpicere, quo facilius quid inde dixero
circũſtantibus poſsit audiri. Quod cũ factũ fuiſſet, adorſus eſt Petrus flentẽ
populũ de Cruce cõſolari & alloqui, myſticè dicẽs: Grande & profundũ my-
ſteriũ Crucis, & ineffabile atq́ inſeparabile uinculũ, charitatis. Per crucẽ enim
omnia ad ſe traxit DEVS. Hoc eſt lignũ uitæ quo deſtructũ eſt mortis impe-
riũ. Hoc mihi tu aperuiſti Dñe, aperi & omniũ iſtorũ oculos ut uideãt cõſola-
tionẽ uitæ æternæ. Et his dictis, aperuit DEVS oculos eorũ qui lugebant &
lachrymas fundebãt in paſsione Petri, & uiderãt Angelos ſtantes cũ coronis
de floribus roſarũ & liliorum, & in uertice Crucis erecte ſtantẽ Petrum, & li-
brum à CHRISTO accipientem, & ea uerba quæ loquebatur inde legen-
tem. Quo uidentes ita cæperunt lætari & gaudere in Domino, ut illi ipſi in-
creduli & carnifices uidentes eos exultari & lætari quos prius triſtes uiderant
& plangentes, ſubito contabeſcerent animo, & ueluti fumus uaneſcerent.

Vide Rhetoricam indoctã (quod dicis) piſcatoris Illyrice.

Videns autem Petrus quod demonſtrata eſſet multis anteà flentibus gloria
eius, gratias egit Domino IESV CHRISTO, dicens: Dignè tu ſolus Dñe
in altum porrecto uertice crucifixus es, qui totum mundum à peccato rede-
miſti, te imitari etiã in paſsione optaui, ſed rectus crucifigi nõ uſurpaui, quod
ex Adam puri homines & peccatores nati ſumus, tu uero ex DEO DEVS,
& lux uera ex uero lumine, ante omnia ſecula in fine ſeculorũ, pro omnibus
ſine cõtagione hominis homo fieri dignatus, redemptor hominis glorioſus
exiſtens. Tu ſemper rectus, tu ſemper excelſus, tu ſemper altus. Nos ſecundũ
carnẽ primi hominis filij ſumus, qui principale demiſit in terram, cuius lapſus
ſignificat ſpeciẽ generationis humanæ. Sic enim naſcitur ut proni in terrã ui-
deamur effundi, & quod ad dexterã eſt, hoc ad ſiniſtrã ſit, & qđ ad ſiniſtram
hoc ad dexterã fiat, eò q̊d in autoribus huius uitæ mutata conditio eſt. Hoc
enim putat mundus iſte dextrũ, qđ eſt ſiniſtrum, in quo tu Dñe, quos ſicut
Niniuitas inueniſti perituros tua ſancta prædicatione liberaſti. Vos uero fra-
tres, quib⁹ eſt audire promptũ aures cordis apponite, & nũc quæ annuncian-
da uobis ſunt agnoſcite, ſcilicet omnis naturæ myſteriũ, & omnis factæ cõſti-
tutionis initiũ. Nã primus homo, cuius genus in ſpecie ego habeo, miſſo de-
orſum capite oſtendit olim perditã generationem, mortua enim erat genera-
tio eius, & nec uitalem habebat motum. Sed tractum miſericordia ſua princi-
pium, uenit in mundum per corporalem ſubſtantiã ad eum, quem iuſta ſen-
tentia in terram proiecerat, & ſuſpenſum in Cruce per ſpeciem huius hono-
randæ uocationis, uidelicet Crucis, reſtituit & conſtituit nobis ea, quæ antea
hominum iniquo errore immutata fuerunt, præſentia uidelicet æterna, &
æterna ducebantur ut præſentia, & dextra ſiniſtra. Siquidem ille dexterã glo-
rificans, omnia ſigna mutauit ad propriã naturã, ſicut bona intelligens quæ
non putabantur bona, & reuera benigna quæ maligna æſtimabantur. Vnde
Dominus in myſterio dixerat. Si non feceritis dexteram ſicut ſiniſtram, & ſi-
niſtram ſicut dexterã, & quæ ſurſum ſicut deorſum, & quæ ante ſicut retro, nõ
cognoſcetis regnũ Dei. Iſtã ergo ſcientiam in me produxit fratres, & hæc eſt
figura quæ me prudentẽ oculi carnales conſpiciunt, Schema eſt enim primi
hominis. Vos uerò dilecti mei hæc audientes, et quæ auditis perfectionem
uertendo & cõuerſando ducentes, ſicut de ueſtro primo errore ad certiſsimã
fidei ſtationẽ rediſtis, ita perſeueratè currentes, & ad quietẽ ſupernæ uocatio-
nis tendite, bene conuerſantes. Via enim qua illuc iter agere debetis CHRI-
STVS eſt. Oportet igitur cum IESV CHRISTO Deo uero ſuperaſcẽdere
Crucẽ, qui eſt cõſtitutus nobis ſermo ſolidus et uiuus. Vnde & ſpiritus dicit:
CHRISTVS eſt uerbũ & uox Dei. Cæterũ uerbũ ſignificat iſtud rectũ lignũ
in quo crucifigor. Et quia uox propriè corporis eſt quod lineamenta reci-
pit, quæ diuinitate nõ imputãtur, naturalia Crucis humanã prætẽdere noſcun-
tur naturã, quæ immutationis errorẽ in primo homine paſſa eſt, ſed per Deũ
& hominẽ uerã intelligentiã recuperauit. Ipſa namq; diſciplinæ clauis in me-
dio aſtricta eſt, cõuerſatione uidelicet & conuerſione atq; cum fide pœniten-
tia hominis. Et hęc dicẽs, alacri uultu & facie ſerena ſic exclamauit, in orationẽ
erumpens: Ita mihi tu Dñe IESV CHRISTE uerba uitæ nota feciſti, & re-
uelanti tibi quæ dixerã de ligno à me prædicato gratias ago. Non corde cui
ſæpè indecens quiddã ſubripit, nõ labrijs iſtis carni affixis, nec lingua per quã
uerum uel falſum procedit, neq; uerbo articulata & materiali natura produ-
cto, ſed

Multa dixit Chriſtus quæ non ſunt ſcripta in Euangelio ut Ioannes teſtatur.

cto,ſed illa uoce gratias ago tibi Rex bone, quæ per ſilentiũ intelligitur, quæ nõ in manifeſto auditur, quæ nõ per organa corruptibilis oris percipitur, quę necp eſt è terra nec in terra dimittitur, quæ in libris materialibus non ſcribitur, nec quenquam materialiter mouet, necp materialis exiſtit. Illo inquam ſpiritu Domine IESV CHRISTE, Domine & Magiſter meus, gratias ago tibi, quo te credo, quo te intelligo, quo te diligo, quo te teneo, & uoce qua te alloquor, qua te interpello, qua tu toto & modeſto tantũ ſpiritu intelligibilis es. Tu mihi Dñe pater & amicabilis actor & perfector ſalutis. Tu deſiderium. Tu refrigerium. Tu ſatietas. Tu mihi omnia es, & omnia mihi in te ſunt. Tu mihi totum es, & totum quod eſt, tu mihi es. Tu es mihi omnia. In te uiuimus, mouemur & ſumus. Et ideò te ut omnia habere debem⁹, ut tu des nobis illa quæ promiſiſti, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparaſti ijs qui diligunt te. Hæc cuſtodi ſeruis tuis, hæc tribue atcp largire, quia tu es paſtor æternus, & ſummè bonus, uerus filius DEI. Tibi commendo oues quas tradidiſti mihi. Tu eas in ouile tuum aggrega & conſerua, quia tu oſtium, ouile & oſtiarius. Tu paſcua & æterna refectio. Tibi gloria cum Patre & ſpiritu ſancto, nunc & in omnia ſecula ſeculorum. Et mox ut omnis plebs magna uoce Amen reddidit, Petrus ſpiritum tradidit. Linus Papa in paſsione Petri. Abdi. certamin. Apoſtol. lib. 1. Marcell. Petr. diſcip. in uit. Petri. Petrus Crucis ſicut Saluator exitum tulit, et à Dominicę deuotionis ſimilitudine nec morte diſcretus eſt, ſcilicet ut quẽ imitabatur fide, imitaretur & paſsione. Ambroſ. Sermo. 68. de B. Apoſt. Petr. & Paulo. Herodionem tum quocp & Olympam milites una cum multitudine gladio ſubijciunt, Clementi uero parcunt, ut qui cognatus eſſet Cæſaris. Metaphraſt. in uit. Petri. *Populus Romanus magna uoce reſpondit, Amen.*

Statimcp Marcellus nullius expectauit ſententiam, ſed uidens quia beatus expirauit Apoſtolus, proprijs manibus cum S. Clemente depoſuit ſanctum corpus de Cruce, & lauit illud lacte & uino optimo, terenscp maſticis & aloës minas mille quingentas, & mirrhæ ac folij, atcp ſtactes, cum cæteris uarijs aromatibus alias minas mille quingentas, cõdiuit eũ diligenſtimè. Melle quocp Attico nouum repleuit ſarcophagum, & in eo corpus aromatibus perlitum collocauit. Linus Papa in paſsio. Petri. Abdi. certamin. Apoſtol. lib. 1. Marcell. Petri diſcip. in uit. Petr. Metaphraſt. in uit. Petr. Sepultus eſt in uaticano uia Aurelia, ſecus hortos Neronis, non longè à uia triumphali, quæ ad Apollinis templum ducit quibus locis nobiliſsima eſt eius nomine procedente tempore Baſilica conſtituta, loco Pontificia domus accubat. Volaterr. Comment. lib. 22. Onuphr. de Pont. Roman. Platina de uitis Pontific. Sepultus eſt in templo, quod uocitabatur Antiquitas Vaticani, quatuor ordines columnarum ualde admirabilium numero nonaginta ſex habens. Habet etiam quatuor in altari, quæ ſunt ſimul centum, præter illas quæ ciborium ſepulchri ſuſtentant. Hoc enim ſepulchrum ſub Altari collocatum, ualdè ratum habetur: ſed qui orare deſiderat, reſeratis cancellis, quibus locus ille ambitur, accedit ſuper ſepulchrum, & ſic feneſtella paruula patefacta, immiſſo introrſum capite, quæ neceſsitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, ſi petitionis tantum iuſta proferatur oratio. Quod ſi beata auferre deſiderat pignora, palliolum aliquod momentana penſatum iacit intrinſecus, & uigilans ac ieiunans deuotiſsimè deprecatur, ut deuotioni ſuæ uirtus Apoſtolica *Quæ neceſsitas promit efflagitat ad Petri ſepulchrum, nec moratur effectus.*

ſtolica

ſtolica ſuffragetur. Mirum dictu: ſi fides hominis præualuerit, eleuatum à tumulo palliolum ita imbuitur diuina uirtute, ut multo amplius, quã prius penſauerat, ponderetur, & tunc ſcit qui leuauerit, cum eius gratia ſumpſiſſe quod petijt. Multi enim & claues aureas ad reſerandos cancellos beati ſepulchri faciunt, cui ſerẽtes pro benedictione priores accipiunt, quibus tribulantium infirmitatibus medeantur. Omnia enim fides integra præſtat. Sunt & ibi columnæ miræ elegantiæ candore niueo quatuor numero, quæ ciborium ſepulchri, ſuſtinere dicuntur. Gregor. Turon. in lib. in glori. plurim. Martyr. ædito. cap. 28.

In ipſa autem nocte, cum Marcellus ad ſepulchrum ipſius uigilaret, & ardenti eius deſiderio fleret (ſtatuerat enim in uita ſua non ſeparari à Doctoris ſui amantiſsimi ſepulchro) uenit ad eum B. Petrus. Quem uidens Marcellus & contremiſcens, ille uelociter aſſurrexit ſtetitq; ante eum. Cui ait beatus Apoſtolus: Frater Marcelle, non audiſti uocem Domini dicentis: Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et Marcellus ait: Chare Magiſter audiui. Tunc Petrus ad eum: Noli ergo, quaſi mortuus mortuum uideris ſepeliſſe flere. Sed tanquam uiuus uiuenti & gaudenti melius conlætare. Relinque mortuos ſepelire ſuos mortuos. Tu autem ut per me didiciſti, uade annuncia regnum DEI. Quod cum gratia multa cunctis fratribus Marcellus indicauit, & ſuffragijs S. Petri ex omni parte fides credentium à DEO patre confirmata eſt in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI & in ſanctificatione Sanctis ſpiritus. Nero autem comperiens B. Petrum obijſſe, quem arctare non interficere iuſſerat: miſit ut compræhenderetur Agrippa Præfectus, quoniam non cum ſua ſententia Petrum interfecerat, quem diſponebat per uaria punire ſupplicia. Quærebatur enim ſe ipſius præſtigijs deſolatum à Simone ſuæ ſalutis præſule, & dolebat pro tanti caſu amici, qui ſibi & Reip. (ut fatebatur) commoda præſtabat immunera. Agrippa uero interuenientibus amicis obtinuit, ut Præfectura priuatus, & contemptus in domo propria degeret, ſicq; furorem Cæſaris declinauit, ſed ultionem diuini iudicij non euaſit, quam mox terribiliter expertus, interijt. Deniq; conuertit crudeliſsimus Nero animum ad perſequutionem eorum, quos didicerat B. Petro familiariter adhæſiſſe, ut uel eorum pœnis de Petro ſatiaretur. Beatus uero Apoſtolus, fratribus hoc per reuelationem innotuit, & qualiter feram beſtiam declinarent inſinuauit. Nero ſiquidem per uiſum, uidit ſibi ſanctum aſtare Petrum, & diriſsime à quodam iuſſu ipſius flagellatus, audiuit: Contine manus impijſsime à ſeruis Domini noſtri IESV CHRISTI, quos nunc tenere non poteris. Vnde parum paueſactus, quieuit. Erant quoq; fratres ſimul lætantes & exultantes in Domino, confortati ſæpè uiſione B. Petri Apoſtoli, glorificantes DEVM patrem omnipotentem & Dominum IESVM CHRISTVM, cum Sancto ſpiritu. Linus Papa in paſsione Petri. Dionyſius Areopagita ſcribens paſsionem Apoſtolorum ad Timotheum, inter alia dicit: O frater mi Timothee, ſi uidiſſes agones conſumationis eorum, defeciſſes prædolore & triſtitia, data enim ſententia contra eos, uidiſſes turbas Iudæorũ & gentilium percutientes eos & expuentes in facies eorũ, adueniente autem tempore cõſumationis eorum, cum ſepararentur ab inuicem, ligauerunt columnas mundi, nõ abſq; fratrum gemitu & planctu. Tunc inquit Paulus Petro:

Pax

Pax tecum fundamentum Eccleſiarum & paſtor omnium agnorum CHRI- *Petrus funda-*
STI: & Petrus ad Paulum: Vade in pace prædicator bonorum &c. Pau- *mentum Ec-*
lus autem ductus eſt ad uiam Oſtienſem, quem ſecutus eſt Dyonyſius: Petrus *cleſiarum.*
ad Vaticanum, quem ſecutus eſt Marcellus.

Petrum Apoſtolum ſuum cathedram Romæ collocaſſe, ibiq́ cum eſſet E-
piſcopus fuiſſe defunctum, docent: Abdias certam. Apoſtol. lib. 1. Linus Pa-
pa in paſsio. Petr. Egeſip. lib. 3. cap. 2. Dionyſ. Areopag. in epiſt. ad Timoth.
Dionyſ. Corinth. apud Euſeb. lib. 2. cap. 25. Clemens epiſt. 1. ad fratrem Do-
mini. Anacletus in epiſt. de ordinatio. epiſcoporum. Epiphan. hæreſ. 27. Irenę.
contr. hæreſ. lib. 3. ca. 3. Tertull. lib. 4. aduerſ. Marcionē. & lib. de pręſcrip. hæ-
reti. & in Apologet. Papias epiſc. Hierapol. apud Euſe. Origen. lib. 3. ſup. Ge-
neſ. Eutrop. lib. 7. cap. 6. Caius aduerſ. Proculum Cataphrygā, de Apoſt. Petr.
& Paulo. Chryſoſtomus in Sermo. de Natal. Apoſtol. Petr. & Pauli. Marcell.
24. q. 1. cap. Rogamus. Conſtantinus in edicto ante Nicæn. Synod. diſtinc.
96. ca. Conſtantinus, Ambroſ. in orat. contr. Auxentium de baſil. tradendis.
Hieron. in libr. de uir. illuſtr. in Petro. Auguſtin. lib. 1. contra Iulia. Pelag. &
lib. 18. de Ciuitat. DEI. cap. 52. Oroſ. lib. 7. cap. 5. Euſeb. libr. 2. cap. 14. & 15. &
25. & lib. 3. cap. 2. & 25. & in Chron. Nicephor. lib. 2. cap. 36. Leo Sermo. 1. de
B. Apoſto. Petr. & Paulo. Gelaſ. cum Concil. 70. Epiſcoporum. Innocent. 3.
in cap. Per uenerabilem. Qui filij ſunt legitimi. Nicol. 3. cap. fundamentum
de electio. in 6. Leo. 9. in epiſt. Synodic. ad Petrum Antiochen. Patriarcham.
Doroth. in Synop. de 12. Ado Vienen. Chro. ætat. 6. de Petr. Maximus Ser-
mo. 1. in Natal. Apoſtolorum Petri & Pauli. Gaudent epiſc. Brixien. in uita
Apoſtolorum Pet. & Pauli. Damaſc. in uit. Petri. Iſidor. Iſpalen. in uit. Petri.
Gregor. Turonen. in lib. in glor. plurim. martyr. edito cap. 28. & Hiſt. lib. 1. de
Petro. Otto Friſigenſ. li. 3. ca. 77. Haymo. epiſc. Halberſtat. de Chriſtian. rerū
memoria. Naucler. part. 2. generat. 3. Volaterr. libr. 22. Vt publicam Romanę
urbis uocem, loca item ipſa urbis prætereamus, quæ etiamnum uitæ mortiq́
Petri teſtimonium perhibent. Idem aſſerunt quicunq́ uitas Apoſtolorum
conſcripſerunt, & qui uitas Romanorum Pontificum, & innumeri alij, uſq́
ad noſtra calamitoſa tempora, nemo unquā auſus eſt negare. Perinde enim
eſt negare Petrum fuiſſe Romæ, ſicut negare Romulum fuiſſe Romæ, aut
Conſtantinum Conſtantinopoli.

Petrus Apoſtolorum primus non craſſa ſtatura fuit, ſed quæ aliquanto *Statura &*
eſſet erectior, facie ſubpallida, & alba admodū, capilli & capitis & barbæ criſpi *corporis for-*
& denſi, ſed non admodum prominentes fuere: oculi quaſi ſanguine reſper- *ma Apoſtolo-*
ſi & nigri, ſupercilia prope euulſa: naſus autem longior ille quidem, non ta- *rum Princi-*
men in acumen deſinens, ſed preſſus ſimuſq́ magis. Nicephor. lib. 2. cap. 28. *pis Petri.*

S. PAVLVS.

S. PAVLVS, qui ante Saulus, extra numerum duodecim Apoſtolorum, **OBIIT**
parentes habuit in oppido Iudęæ Giſcalis nomine: ut Hierony. refert in **ANNO**
libr. de uir. illuſtr. in Paulo, & Iſidor. epiſc. Iſpalen. in lib. de patrib. noui teſta- **LXVIII.**
men. ſed eo à Romanis capto, illos Tarſum Ciliciȩ commigraſſe, ibi uero ſe
natum ipſe affirmat Actor. 22. Nomina patris & matris eius non ſunt prodi-
ta memoriȩ, ut Chryſoſtom. in 1. ad Corinth. cap. 5. Homil. 15. indicat. Sed Iu-

dæum patrem eius fuiſſe, & ciuem Romanum, Hebræū, de tribu Beniamin, & Iſraelitam ex ſemine Abrahæ, manifeſtum eſt Actor. cap. 21. & 22. Rom. 11. 2. Corinth. 11. Philip. 3. Hieronym. Paulum Græcam linguam ab ineunte ætate imbibiſſe teſtatur in epiſt. ad Algaſiā. Eruditiſsimū fuiſſe in libris Moyſi, & cunctis legis cæremonijs quę tunc ſecundū literam gerebantur, D. Abdias certamin. Apoſtol. lib. 2. edocet. Artem etiam texendi tabernacula ſeu aulæa nouit, quam etiam poſt conuerſionem exercuit Actor. 18. Chryſoſt. in 8. prioris Epiſt. ad Corinth. eum in faciendis tentorijs pelles conſuiſſe dicit.

Cum iam prima fundamenta artium dicendi & Philoſophiæ percepiſſet, parens eum Hieroſolymam miſit ut ibi in lege patria (Phariſæus enim erat) accuratè & diligenter à præceptore Gamaliele, uiro eruditione, prudentia & authoritate inter cæteros excellente, ut patet ex Actor. cap. 5. & Iſidor. Iſpalen. epiſc. de patrib. noui teſtament. erudiretur. Æmulatione legis flagrans, eamq; Apoſtolico marte concuti uidens, multum detrimenti Eccleſijs afferebat. Stephani martyrio intererat, eorumq; ueſtes qui lapides in illum iecerant ſeruabat. Actor. 7. & 8. Deinde in domos fidelium impetum tanquam agreſtis quępiam & immanis fera faciens, uiros ſimul & fœminas uinctas trahebat, & in carcerem conijciebat. 1. Timot. 1. Gal. 1. Philip. 3. Act. 22. & 26.

B. Pauli Apoſtoli cõuerſio.

Acceptis mox à Iudæorum Pontifice literis, ut eos uelut impios inſectaretur qui CHRISTVM Nazarenum DEI filium aſſererent, cum Damaſcum pergeret, ex improuiſò in ipſa meridie, è cœlo ſupra ſplendorem ſolis circumfulgebat eos lumen, cuius tanta erat uis, ut ſimul omnes in terram collaberentur. Humi proſtratus Saulus, audiuit uocem Hebraica lingua dicentem: Saul, Saul, quid me perſequris? Actor. 9. Cur me perſequeris Saule, quæ mea odium erga me tuum excitauit iniquitas? Nunquid quia illuminaui cæcos, quia ſanaui ęgrotos, quia fugaui dęmones, quia eſurientes populos quinquè panibus paui, an quia de tumulis mortuos ſuſcitaui, an forte magis, quia fidelibus meis regnum cœleſte promiſi? Sed ſi præſtare me poſſe dubitas quę promitto, aſpice, ſi tamē potes, unde te, uel qualis appello. Sed quare me perſequeris Saule? aut quid me perſequendo proficias? Nunquid aduerſus regnantem in cœlo ullum tua perſecutio habebit effectum? Nunquid nocere mihi quicquam poteris, quem non potes intueri? Ego enim ſum IESVS Nazarenus, quem tu perſequeris, qui terras cœlo, crucem regno, mortē perpetuitate mutaui. D. Maxim. epi. Taurinen. in Sermo. de B. Apoſt. Petro & Paulo. Comites Saulis lumen quidem uidebant & terrore ſtupebant, uocem autem eius, qui cum Saulo loquebatur non audiebant. Reſpondebat autem Saulus: Domine quis es? At ille dicebat: Ego ſum IESVS Nazarenus quem tu perſequeris: durum eſt tibi contra ſtimulos calcitrare. Exurge, & ſta ſuper pedes tuos. Ille metu & torpore preſſus, ſubita tamen religione tactus, uenerabundus petijt quid iuberet ſe facere. Cui Dñs: Vade in ciuitatem Damaſcum, & ibi dicetur tibi de omnibus quæ ordinata ſunt tibi ut facias. Stabant eius comites miraculo rei attoniti. Cæterum Saulum ſe ægre attollentem per manus in urbem deducunt. Fuit ille triduum Damaſci nihil uidens, & neq; manducabat, neq; bibebat. Act. 9. Sic ille, qui uniuerſum orbem terrę illuminauit in tempore uocationis eſt excęcatus, ſed illius excæcatio facta eſt totius orbis terræ illuminatio. Theodor. Daphnopat. Presbyt. Hieroſol. in orat. de magno Chriſti Apoſt. Paulo.

Erat

Erat tum CHRISTI quidam diſcipulus Damaſci nomine Ananias, cui in uiſu Dominus apparens, ait: Anania ſurge, uade in uicum qui uocatur rectus, & quære in domo Iudæ Saulum Tarſenſem: ecce enim orat ipſe, & expectat te ut introiens imponas ſibi manus, ut uiſum recipiat. Reſpondens Ananias, inquit: Domine audiui à multis de uiro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in Hieruſalem, & hic habet poteſtatem à principibus Sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Tum Dominus: Vade, ait, quoniam uas electionis mihi eſt iſte, ut portet nomen meum coram gentibus & Regibus, & filijs Iſrael. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat cum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus miſit me IESVS, qui apparuit tibi in uia qua ueniebas, ut uideas, & implearis Spiritu ſancto. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ, & uiſum recepit. Et ſurgens baptizatus eſt, & cum accepiſſet cibum confortatus eſt. Actor. 9. Illuſtrato ſic mentis aſpectu, ad ſynceriſsimum illud lumen curſu tetendit, atque ad cœlum perniciter ſubuolauit. Chryſoſtom. in Sermon. de laudib. B. Pauli Apoſt.

Paulus uas electionis.

Miraculo reſtituti uiſus cõfirmatur manus impoſitio quæ ante bap tiſmum adhiberi ſolet.

Manſit autem cum diſcipulis qui erant Damaſci per aliquot dies, & continuò in Synagogis paſsim prędicabat IESVM quoniam hic eſt filius DEI. Quod cum uiderent ſtupebant omnes, & dicebant: Nonne hic eſt qui expugnabat in Hieruſalem eos qui inuocabant nomen iſtud, & huc ad hoc uenit ut uinctos illos duceret ad principes Sacerdotum? Interea Saulus conualeſcebat quotidie, & confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci, affirmans quoniam hic eſt CHRISTVS IESVS filius DEI. Actor. 9. 22. & 26.

Inde egreſſus peragrat per Arabiam. Galath. 1. Vnde reuerſus Damaſcum acriter confutat Iudæos: qui irritati, inſidias ei ponunt. Regis Arethæ præfectus cuſtodias collocat, ſed Paulus à fratribus noctu in ſporta per murum demiſſus, elabitur. Galath. 1. 2. Corinth. 11. Actor. 9. Et redijt Hieroſolymam. Abdi. Babyl. epi. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſtol. lib. 2.

Quarto anno poſt ſuam conuerſionem Hieroſolymam uenit, & ibi à Barnaba ad Apoſtolos ductus eiſquè commendatus adit Petrum, & manſit apud eum dies XV. & ibi præter Petrum & Iacobum fratrem Domini neminem alium ex Apoſtolis uidit. Galath. 1. Actor. 9. Fraudulenter primo eum illi agere credentes, auerſabantur: neque perſuaderi poterant eadem eum cum ipſis ſentire. Certò quippe ſciebant quam aduerſus illis fuerit, qui ueluti ignem prorſus contra Eccleſias ſpirarit. Ac niſi Barnabas, clarus in ſeptuaginta illorum aſſcripto ordine uir, oratione ſua uera eſſe quæ ille præ ſe ferret confirmaſſet, & quæ illum facientem uidiſſet teſtificatus eſſet, re infecta abijſſet. Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 5. Cum autem ei periculum immineret à Græcis contra quos diſputauerat, diſcipulorum prouidentia Cæſaream ducitur. Inde porro Tharſum mittitur, CHRISTI Eccleſiam adaugens, & aliquos illi credentes ſemper adijciens. Act. 9. Mox in regiones Syrię & Ciliciæ proficiſcitur. Gal. 1. Barnabas autem ab Apoſtolis miſſus Antiochiam, cum uideret gratiam DEI Tarſum abit, & Paulum inuentum ibi ſecum Antiochiam duxit, ubi integrum annum ambo docuerunt tanto ſucceſſu, ut illic primum diſcipuli appellarentur Chriſtiani. Sed enim Agabus, unus ex his qui cum eis

Diſcipuli Antiochiæ primum uocati Chriſtiani.

erant Prophetis, famem futuram prædicit: eaque de cauſa, Barnabas & Paulus, ex Antiochia fratribus, per miniſterium ſuum uictum ſummittebant. Actor. 11.

Refert Haymo, quem citat Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 6. quod Paulus à pulſorum cantu uſq; ad quintam horam labori manuum inſiſtebat, deinde prædicationi uacabat: itaq; plerunq; uſq; ad noctem protrahebat ſermonem. Reſiduum temporis corporis refectioni, ſomno & orationi neceſſarium erat.

En manuum impoſitionem in epiſcoporũ conſecratione adhiberi ſolitam.

Expleto miniſterio, Barnabas & Paulus aſſumpto Ioanne Marco, redeunt Antiochiam. Actor. 12. Ibi per Prophetas quoſdam ſegregantur impoſitione manuum ad ſpargendum paſsim inter gentes Euangelium. Egreſsi igitur illinc per Seleuciam in Inſulam Cyprum, (ubi Sergius Paulus Procoſſ. ad Pauli prædicationem quod crediderat, ſortitus eſt nomen Pauli. Hieron. de uir. illuſtr. in Paulo) ipſamq; Salaminam ueniunt, Iudæis diuini uerbi Euangelium annunciantes, Ioanne cui & Marci nomen fuit eis inſeruiente: qui deinde à Perga Pamphiliæ reuerſus eſt Hieroſolyma. Paphi autem Elymas magus, qui idem Barieu. increpatione acriore Pauli, quod multos peruertiſſet, uiſum amittit. Act. 13.

Poſſunt ergo Epiſcopi puniꝰ etiam corporalibus ſontes afficere.

Inde porrò Antiochiam Piſidiæ perueniunt, ubi permittentibus principibus Synagogæ Paulus prolixè concionatur. Iudæi uero ægrè ferentes tantum concurſum, concitant mulieres potentes & primores ciuitatis aduerſus Paulum, qui cum ſuis inde eiectus, abit Iconium. Actor. 13. Multo tempore Iconij docent, & miracula multa ædunt, plures Iudæos & gentiles atque etiam B. Theclam uirginem ad fidem Domini euocant. Metaphraſt. in Vit. Pauli ſub 19. Auguſti. Sed Iudæi concitant gentes, & exorta ſeditione Paulus & Barnabas fugiunt in Lycaoniam, & paſsim prædicant Euangelium, maxime uero Derbæ & Lyſtræ. Sanat ibi Paulus claudum ex utero matris, & Lycaones eum pro Mecurio, Barnabam uero pro Ioue colere incipiunt, ſed prohibentur ab ijs in Act. Apoſtol. cap. 14. Non ita multò poſt, accuſatione Iudæorum ex Antiochia & Iconia aduenientium multitudo concitata, Paulum lapidat, & pro mortuo extra portam exportat. Verum is ad ſe tandem rediens, urbem ingreſſus, ſequenti die cum Barnabâ Derben redit: ubi aliquandiu concionati reuertuntur Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam: & ordinatis in omnibus in Eccleſijs Presbyteris atq; miniſtris, (Metaphraſt. in Vit. Pauli ſub 19. Auguſti) tranſeuntes per Piſidiam & Pamphiliam, uenerunt Pergam. Vnde deſcendunt ad Attaliam maritimam urbem, & hinc nauigant Antiochiã Syriæ unde erant emiſsi ad propagandum Euangelium, ibi conuocata Eccleſia, fratribus gentium fidem exponunt, Actor. 14. Tandem orta contentione à Iudæis de ſeruandis cæremonijs Moſaicis, & præcipue circumciſione, mittuntur Paulus & Barnabas ad Apoſtolos & Presbyteros in Iudæam. Deducti igitur ab Eccleſia tranſeunt Phœniciam & Samariam, ubique nunciantes conuerſionem gentium, & tandem ueniunt Hieroſolyma, ubi celebratur Concilium pro abrogandis legalibus. Actor. 15.

B. Thecla per per Paulum Chriſto credit

Paulus ordinat Presbyteros atq; Clericos.

Paulus et Barnabas quamuis uoce ſpiritus ſancti delecti neceſſe habent aſcẽdere Hieroſolymã ad Petrũ et Apoſtolorum concilium.

Ex Synodo Hieroſolymitana cum literis Apoſtolorum dimittuntur Paulus & Barnabas, quibus adiunguntur Iudas & Silas Prophetæ, qui omnes unà ueneruut Antiochiam. Vbi confirmatis fratribus, Iudas redit Hieroſolymam,

mam, ſed Silas manet apud Paulum & Barnabam. Porrò Paulus & Barnabas offenſa intercedente ſeiunguntur, & Barnabas quidem Marco aſſumpto in Cyprum traijcit, Paulus autem Sila ſibi adiuncto Syriam petit, Derben & Lyſtram peragrans. Actor. 15. Vbi inuentum diſcipulum matre Iudæum, patre gentilem, Timotheum, circumcidit, & poſtea ſecum comitem itineris ab duxit. Atq; ita una tranſeuntes Phrygiam & Galathiam, prohibiti ſunt à ſpiritu loqui uerbum DEI in Aſia. Venerunt ergo in Myſiam, unde ſunt iterum à ſpiritu prohibiti deflectere in Bithyniam. Venerunt igitur Troadem, ubi Paulus uiſione nocturna uocatur in Macedoniam, quo cum ſuis comitibus nauigaturus, peruenit in Samothraciam, & ſequenti die Neapolim. Inde pedibus aſcendit Philippos Macedoniæ, ubi manſit aliquot dies apud purpuræ uenditricem Lydiam è ciuitate Thyatirorum, quæ ad diuinum acceſsit lauacrum: & ſpiritus Pythonis, iuſſu Pauli ex puella profugit. Cuius dominis, cum ſpes quæſtus eius quem ex ea capiebant eſſet præciſa, ilicet plagæ & uincula Apoſtolos arripiunt, & cataſtæ pedes eorum admodum conſtringunt. Vbi poſt preces ad DEVM factas, miraculoſè ambo liberati è uinculis, conuerſo ad CHRISTVM cuſtode carceris, tandem à Magiſtratu educuntur. Actor. 16. Abdi. Babyl. Epi. Apoſt. diſcip. certamin. Apoſtol. lib. 2.

S. Timotheus ad Paulum uenit.

En precum Eccleſiæ effectum.

Inde egreſsi per Amphipolim & Apolloniam, peruenīūt Theſſalonicam: ubi Iudæi infideles tumultum in urbe mouent, & Iaſoni qui eos benignè hoſpitio exceperat negotium faceſſunt. Nec minus & Berrhææ ſimilia eis accidunt; ſed Paulus à fratribus ad mare deductus Athenas uenit, ubi dum operitur comites Silam & Timotheum, diſputat contra Philoſophos, & publicè concionatur, occaſione ſumpta ab Ara ignoti DEI: ubi conuertit multos, inter quos eſt Dionyſius Areópagita, Actor. 17. & honeſta quędam mulier nomine Damaris, Metaphraſt. in uit. Petri ſub 19. Auguſt.

S. Dionyſius Areopagita à Paulo conuertitur.

Paulus Athenis diſcedens uenit Corinthum, ibi inuenit Aquilam cum uxore Priſcilla, qui recens eò confugerat, edicto Claudij Imperatoris eiectus ex Italia. Ad eum artificem texendorum aulæorum Paulus diuertit, eiuſdem artificij peritus: illic ad Paulum redierunt Silas & Timotheus. Paulus autem docens CHRISTIVM, à Iudæis perſecutionem patitur: ſed per uiſionem confirmatus, manſit Corinthi ſeſquiannum. Tandem à Iudæis pertractus ad tribunal proconſulis Gallionis, dimittitur: ſed à furioſa multitudine impunè uerberibus afficitur in conſpectu Procònſulis Soſthenes Princeps Synagogæ. Paulus autem aſſumptis Aquila & Priſcilla, ex Cenchreis portu Corinthiorum, ubi nutrierat & totonderat comam, raſerat caluitium, exercuerat nudipedalia, ut author eſt Hieronym. aduerſ. Iouinian. lib. 1. nauigat Epheſum: ubi relictis Aquila & Priſcilla ipſe proficiſcitur Cæſaream, inde aſcendit Hieroſolyma & ſalutat Eccleſiam Actor. 18.

Ex Hieroſolymis deſcendit Antiochiam, ibiq; aliquantiſper commoratus, peragrat Galathiam & Phrygiam, confirmans diſcipulos. Actor. 18. & uenit iterum Epheſum, unde paulò ante per Aquilam & Priſcillam, Apollos Iudæus Alexandrinus, eloquentiæ ui pollens, patria Alexandrinus, argumentis demonſtrationibuſq; certis atq; firmis omnibus demonſtrabat, CHRISTVM eum eſſe, qui ab ipſis expectaretur. Hic Epheſo profectus Corinthum appulit, atq; ibi magna cum libertate fidei uerbū deprædicauit.

Interea Paulus ex terra Syria Epheſum uenit, & qui ibi adhuc Spiritum ſanctum eſſe neſciebant, eũ a manuum illius impoſitione abundè ſuſcipiunt, peregriniſq; ſermonibus & linguis loquuntur. Biennium totum in Aſia Paulus peregit, in cuiuſdam ſchola cui nomẽ Tyranno erat, ibi omnes & Iudæos & Græcos ad uerbum audiendũ b pertraxit. Fama porrò inauditorum antea miraculorum eius increbreſcebat, adeò ut ſudaria quædam & ſemicinctia (tenues uidelicet faſciæ) quæ corpus eius attigiſſent, cum morbos curarent tum dæmonibus formidoloſæ eſſent. Actor. 19. Erant præterea Sceuæ cuiuſdam Sacerdotis filij ſeptem, qui nomine Pauli dæmones adiurare & expellere audebant: qui ita fugati, Paulum ſe quidem ſcire, illos autem minime noſſe dicunt: atq; cũ impetu in illos inſilientes, eos cõuulnerant. Quamobrẽ res ea audita, omnib⁹ timorẽ incutit. Mox etiã qui ex curioſis artibus uiuebãt, libros ſuos uendẽtes, preciũ eorũ ad quinq; myriadas denariorũ redigũt. Actor. 19.

Verum enimuero (ſcribit c Nicephor. Sacr. Hiſt. lib. 2. cap. 25.) qui profeſſiones Pauli deſcripſerunt, cũ quãplurima alia eũ ſimul & feciſſe, & paſſum eſſe, tũ hoc quoq; cũ Epheſi eſſet, de eo memoriæ mãdarũt. Cũ enim ibi principem locũ Hieronymus obtineret, multa cũ libertate Paulus eſt concionatus. Quare Hieronymus illũ benè quidẽ & diſertè dicere, ſed orationem eius nõ eſſe eorum temporũ, teſtatus eſt. Plebs quidẽ certè, per inſolentiã & furorem, Paulo cõpedib⁹ iniectis, carceri eũ includit, ut leonibus uorãdus obijceretur. Ibi tum Eubula & Artemilla, clarorũ Epheſi uirorũ coniuges, fidem edoctæ à Paulo (noctu enim ad eũ ueniebant) diuini lauacri gratiã ab eo petũt. Itaq; uirtute diuina atq; angelici ſatellitij miniſterio, caliginẽ noctis, exuberantia ſplendoris illuſtrante, Paulus ferreis cõpedibus liberatus, illas diuino baptiſmo ad littus maris initiat: & cũ id nemo omniũ, quibus cuſtodiæ cura mandata fuerat, ſenſiſſet, ad uincula rurſum ſua, in quibus leonib⁹ eſca aſſeruabatur, redit. Sed enim ingenti magnitudine & robore intolerando leo, contra ipſum immiſſus, in arenã quidẽ ille procurrit, ſed mox ad pedes Pauli cõſedit. Et cũ itidem aliæ immanes feræ immitterentur, ne tangere quidem ulla ſacrũ corpus ad orationem erectum atq; cõpoſitũ, ſuſtinuit. His ita actis, de repente fragore multo uehemens quædam ſupra naturæ ordinem grando decidens, multorũ ſimul & uirorum e & ferorum animaliũ comminuit capita, ipſiuſq; etiam Hieronymi aurem amputat: qui deinde cum ſuis per Paulum DEO conciliatus, ſaluiferum ſuſcipit lauacrum. Leo autem ille profugus, in montes proximos euadit: & Paulus inde in Macedoniam & Græciam tranſmittit: mox rurſum per Macedoniam uadens, Troadem & Miletum contendit. Atq; inde tandem Hieroſolyma proficiſcitur. Hæc Nicephor.

Ex Epheſo Paulus Timotheũ & Eraſtum præmittit in Macedoniam, tanquam mox ſecuturus. Sed detinuuit eum aliquandiu exorta per Demetrium quendam aurificem ſeditio, Actor. 19. Hac ſedata, nauigat in Macedoniam: in qua confirmatis Eccleſijs deſcendit in Græciã. Vbi commoratus trimeſtre, intellexit, ſibi nauigaturo in Syriam, à Iudæis inſidias ſtrui. Mutato igitur itinere, redit in Macedoniam: & præmiſsis Troada Sopatro Berrhæenſi, Ariſtarcho & ſecundo Theſſalonicenſibus, Gaio Derbenſi, & Timotheo, Tychico & Trophimo Aſiaticis, Paulus poſt Paſcha Philippis egreſſus die quinto, peruenit ad comites Troada, ubi cum eis manſit ſeptem dies. Ibi die Sabbatorum una, cũ Paulus concionem longã haberet, & oratio in mediam noctem

Manuum impoſitione datur Spiritusſanctus per Paulum, in Sacramento Confirmationis.

b Si ſudaria et ſemicinctis Pauli Apoſtoli morbos curant et dæmonibus formidoloſa ſunt, quanto magis corporis eius ſancti reliquiæ?

c Si cum beſtijs Epheſi pugnauit Paulus, quod ipſe de ſe 1. Corinth. 14 teſtatur, cur ea quæ Nicephor ea de re commemorat extenuas, ſupprimis, et fabuloſa dicis Illyrice? Cũ ille quidem in hoc negocio ſacris literis cõſentanea ſcripſerit.

d Eubulla & Artemilla Epheſinæ matronæ Chriſtum agnoſcunt.

e Hieronymus principẽ locum Epheſi tenens baptizatur à Paulo.

Mortuum in Troade Paulus excitat.

noctem produceretur, adoleſcens quidam Eutychus, qui in feneſtra quadam ſedebat, uerborum ſuauitate delibutus, & in ſomnum profundiorem delapſus, ex tertia contignatione decidit, & moritur. Ei uero Paulus incumbens, bono animo eſſe, minimeq́ eos tumultuari iubet, eſſe adhuc in homine animam dictitans. Ita iuuenis incolumis & ſaluus, multum eis, qui congregati fuerant, præbuit lætitiæ & iucunditatis. Inde cæteris nauigantibus, Paulus pedibus profectus eſt Aſſon Phrygiæ. Ibi in nauē receptus, cum illis uenit Mitylenem, Lesbi inſulæ oppidum: unde ſequenti die appulit contra Chium. Et illinc poſtridie nauigat in Samū, & pernoctat in Trogilio, uel Strongylo, diſtante XL. ſtadijs à Samo, & ſequenti die uenit Miletum: preteruectus ſtudioſè Epheſum, ne ibi detineretur. Cupiebat enim ad Pentecoſtes feſtū Hieroſolymis eſſe. Sed tamen Miletū ad ſe euocatos Epheſios Presbyteros, longa & grauiſsima oratione cohortatur, ut & ſe & greges, in quibus eos Spiritus ſanctus Epiſcopos conſtituiſſet, attentè curarent, ut uigilarent, ſeduloq́ cohortationum præceptorumq́ ſuorū quæ eos triennio toto docuiſſet, meminiſſent, & ut lupos Eccleſijs graues iamiam aduenturos cauerēt. Multiſq́ præterea commodis atq́ utilibus rebus expoſitis, cū multo planctu, uix tandem ab eis auellitur: & cum ingenti deſiderio ipſe ſimul & præbens & excipiens oſcula in nauem deducitur. Actor. 20. Et inde nauigio peruenit in Inſulam Coon. Altero die, in Inſulam Rhodum. Inde in oppidū Lyciæ Patara: Vbi conſcendens nauem, traiecturam in Phœniciam, relicta ad ſiniſtram Cypro, defertur in Syriam, ac peruenit Tyrū, ubi apud diſcipulos manſit ſeptem dies: à quibus per ſpiritum monebatur ne aſcenderet in Hieroſolyma. Egreſſus inde, nauigat Ptolemaida: ibiq́ commoratus unum diem, ſequenti iuit Cæſaream, ac diuertit ad Philippum unum ex ſeptem, cui erāt quatuor filiæ Propheteſſæ.

Paulus de futura captiuitate præmonſtratur.

Apud eū Agabus Propheta Iudæus, qui ante aliquot annos famem prædixerat, Paulum ligatum cingulo de futura captiuitate præmonet. Deinde omnibus diſſuadentibus & deprecantibus profectionē, Paulus permanet in ſententia, ſignificans ſe non ſolum ligari, ſed mori uelle pro nomine CHRISTI. Egreſſus eſt igitur inde, deducentibus diſcipulis. Ex Cæſarea pedibus uenit Hieroſolymam, ac diuertit in Mnaſonem Cyprium. Et die ſequenti ad D. Iacobū Hierarcham & Presbyteros ueniens, eos ſalutat, & quæ DEVS per ipſum apud gentes effeciſſet, exponit. Deinde monetur ab Eccleſia quamplurima eſſe Iudæorum fidelium millia, qui legis æmulatione & zelo perciti, de eo certiores facti eſſent, quaſi omnes doceret à lege deficere, circumciſionē abolere, & patrios mores negligere, perindeq́ authores ſuaſoresq́ ei erant ut conſilio ad tempus accommodato, purificaretur, & ex legis præſcripto caput raderet, ne ſcilicet legem abrogare uideretur. Cui conſilio dum obtemperat Paulus, templum ingreditur; Iudæi autem Aſiani eo conſpecto, ira uehementiore ducti, manus ei inferunt, & alius alium cohortati, tanquam eum qui templum prophanaret inde extrahūt, & occidere moliuntur. Cæterum cohortis tribunus tumultu eo Ciuitatis audito, magno cum celeritate occurrit, & Paulum ex percuſſorum manibus raptum, grauibus duabus cathenis uinctum, in caſtra ducit: & quod eum Ægyptium illum eſſe, de quo paulo ante diximus, opinaretur, idipſum inquirit. Ille aūt Tarſenſem ſe ex Cilicia eſſe dicit. Deinde cum in gradus ſtatuiſſet, cauſam dicere iubet. Actor. 21. ubi cōmemorat hiſtoriā cōuerſionis ſuæ, purgaturus ſe Iudæis:

ſe Iudæis: ſed fruſtrà, nam Iudæi magis irritati, poſtulant eũ occidi. Tandem clamoribus populi motus tribunus, uirgis cedi iubet Paulum: quem tamen mox agnitum ciuem Romanum, uinculis exoluit. Actor. 22. Deinde cũ prima luce tribunus, rem omnem certius cognoſcere uolens, Pontifices & Concilium euocat, atq; ibi cum Paulus rurſus cõcionaretur, ab Anania in os uerberatur. Quem Paulus Pontificem eſſe neſciens, [a] cum parietem eum dealbatum uocat, tum illegitimum iniquumq; ei iudicium obijcit, deinde conſilio quodam pro tempore capto, Phariſæum ſe nominat: & quod mortuorum reſurrectionẽ prædicet, propterea ſe in ius trahi dicit. Hoc modo, Phariſæorum ſibi, nihil cum criminis admiſiſſe credentium, cõciliat ſtudia: & Tribunus ueritus, nequid multitudo quod minus decere, faceret, eũ [b] abducit. Noctu uero CHRISTVS Paulo aſsiſtens forti animo eſſe iubet, cumq; ſicuti Hieroſolymis, ita Romæ quoq; de ſe teſtificaturum eſſe dicit: Sequenti die plures quam XL. Iudæi uoto ſe obſtringunt, de interficiendo Paulo, dum iterum duceretur ad conuentum. Hæ inſidiæ, cum à Pauli nepote ex ſorore eſſent patefactæ, tribunus decreuit Paulũ tranſmittere ad Fœlicem Præſidem Iudææ. Actor. 23.

Ducentis igitur peditibus, ſeptuaginta equitibus, & ducentis [c] lancearijs cõmendat Paulum, una cũ literis ad Fœlicem, indicantibus furorẽ Iudæorũ, & innocentiam Pauli. Milites autem egreſsi poſt horam noctis tertiam, Paulo deducto Antipatridem uſq;, altero die redeunt in caſtra. Equites Paulum perductum Cæſaream, coram Fœlice ſiſtunt, quem is iubet cuſtodiri in prætorio Herodis, donec accuſatores eius deſcenderent. Actor. 23. Quinq; dies interceſſere, cum ſeniores Hieroſolymis eo ueniunt, Ananias Pontifex, & orator quidam Tertullus nomine, qui Paulum accuſarunt coram Fœlice: hunc tamen auditum clementer tractauit, & aliquoties acceſſitum, amanter accepit, ſperans eum pecunia ſua redempturum uitã ſuam. Actor. 24. Enimuero biennio exacto, Portius Feſtus à Nerone ſucceſſor Fœlici mittitur, qui cum Cæſarea Hieroſolyma aſcenderet, Pontificibus uehementer accuſantibus Paulum, eos Cæſaream, ubi controuerſia decideretur, uenire iubet. Poſt decem dies reuerſus Cæſaream, accuſatum Paulum & auditum Feſtus interrogat num uelit Hieroſolymis ſuam controuerſiam agi, id uero ille deprecatur, ad Cæſaris tribunal ſe ſtaturũ atteſtans. Paucis diebus interiectis, Agrippa Rex, una cum Bernice coniuge Cæſaream ad Feſtum uenit. Cumq; de Paulo quædam ex nouo Præſide accepiſſet, petijt eum poſtero die coram ſe adduci & audiri. Actor. 25. Permiſſa igitur poteſtate, Paulus copioſe Agrippæ ſuam conuerſionem explicat, primum arte quadam prudenter Agrippam ut uirum iuſtum, conſuetudinumq; & quæſtionum Iudaicarum egregiè peritum, laudare non omittens, mox & doctrinam quam profiteretur oſtendit. Ad quæ Agrippa pronunciat, abſoluendum eum fuiſſe, niſi ad Cæſarem appellaſſet. Actor. 26. Poſtea Paulus cum alijs quibuſdam captiuis traditur Iulio cuidam ex cohorte Auguſta, deuehendus Romam. Porro cũ Paulo erat Ariſtarchus ex Macedonia Theſſalonicenſis, & ueniunt Adramytenam. Inde Sidonem ſunt delati, ubi Paulo à Centurione fit poteſtas amicos uiſendi: Mox progredientes, iuxta Cyprum nauigant: & deinceps Ciliciæ & Pamphiliæ mari tranſmiſſo, ad Myram Lyciæ appellunt. Ibi Alexandrina naui in Italiam tendente inuenta, Centurio uinctos in eam imponit. Et ad Guidum

a Paulus reprehenſus quod Pſeudopontificẽ parietem dealbatũ notaſſet, excuſat ſe dicens, neſciebã fratres q. Põtifex eſſet quo modo hodie excuſabimus qui tot conuicijs ueros Pontifices, & quos nõ ignorant eſſe Pontifices inſectantur?

b Chriſtus Paulo noctu apparet eum confortans.

c Satellitum opera utitur Paulus implorato tribuni auxilio, cur tãtopere quibuſdam hodie diſplicet quod Eccleſia interdum utatur auxilio brachij ſecularis.

d Non fuit ſeditioſus Paulus dum Cæſarem appellauit ut Iudæorũ manus effugeret, nec male faciũt Epiſcopi Cæſaris opem contra hæreticos ſeditioſos implorantes.

cum propius difficili nauigatione acceſsiſſet, præter Cretam iuxta Salmonam uehitur. Vnde legentes oram littoris, ægrè perueniunt ad pulchrum portum, cui erat uicinum oppidum Laſęa, unde cum uellet petere portum Cretæ meridionalem, Phœnicen dictum, ſpe fruſtrati, uentorum impetu feruntur ad paruam inſulam Claudam: quam Claudũ Ptolomæus uocat, & iuxta Cretam uerſus Meridiem & occidentem collocat. Deinde multos dies in mari iactati ſæuiſsima tempeſtate, à Paulo commemorante uiſionem nocturnam confirmantur, & perpelluntur, ut corpora debilitata inedia multorum dierum cibo reficiant, ad ferendos labores reliquos. Et cum exonerasſent nauem facta iactura, mane terram conſpicati ad eam tendunt. Erat autem inſula Melita, à qua cum non procul abeſſent nauis impingens (Actor. 27.) in promontorij cuiuſdam excurrentem ſcopulum frangitur, omnes tamen ex naui, qui ducenti & ſeptuaginta ſex erant, ſalui in terram enatarunt, ut Paulus prædixerat. Ibi incolæ barbari quidem illi, non parum benignitatis naufragis exhibent. Accenſa enim pyra reficiebant omnes propter imbrem qui imminebat, & frigus. Cum congregaſſet autem Paulus ſarmentorum aliquantam multitudinem, & pyræ impoſuiſſet, uipera, quæ in dumis eius latebat, calore eo excitata proripiens, inuaſit manum eius, ſed nihil inde periculi Paulo accidit, nam ſerpentem excuſſum in flammam conijcit. Hinc Publius quidam primas in inſula triduum exceptos eos lautè tractauit, cuius patrem febri & dyſenteria decumbentem, & alios poſtea multos ægrotos, cum oraſſet, & manus eis impoſuiſſet, Paulus ſanauit in ea inſula. Tandem commorati tres hybernos menſes in Melita, naui Alexandrina, quæ ibidem hyemauerat, uecti ſunt Syracuſas, ubi manſerunt triduum: ac deinde circumnauigata Sicilia, uenerunt Rhegium, & biduo poſt Puteolos. Ac poſtremò ſaluus Romam peruenit, ubi fratres quidam Pauli aduentu cognito, uſq; ad Appij forum & tres tabernas obuiam ei proceſſerunt, à quibus deductus Romam, in clementi cuſtodia per biennium fuit, ita ut quiuis ex amicis ad eum admitteretur. Actor. 28. Tum Lucas Apoſtolorum Acta compoſuit, quæ autem poſt ea ſunt conſecuta minimè ſcripſit. Metaphr. in uit. Pauli ſub 29. Auguſt.

Oratione & manuũ impoſitione Paulus Principis Meliten. Publij patrem febri & dyſenteria liberat, ac multos ægrotos ſanat.

Paulus Romã uehit.

Si Lucas quæ poſtea Paulo contigerunt non ſcripſit cuius tamen comes fuit in diuiduus, & cuius hiſtoriã potiſsimũ texuit, quid mirum ſi Petri Romæ agẽtis nõ meminit q aliorũ etiam ex numero 12. Apoſtolorum geſta poſt eorum diſperſionem omiſit?

Itaq; cum Romam à Iulio Centurione Paulus fuiſſet perductus, ſub unius militis duntaxat cuſtodia conſtitutus, poſt tertium diem conuocauit primores Iudæorum: cumquè conueniſſent in hoſpitium eius, loquebatur illis: Ego, uiri fratres (inquit) nihil aduerſus plebem faciens aut conſuetudinem maiorum, uinctus ab Hieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum, qui cum inquiſitionem de me habuiſſent, conſtituerant me primò dimittere, eo quod nulla eſſet cauſa mortis in me. Contradicentibus autem Iudæis, coactus ſum appellare Cæſarem. Quam ob cauſam cum eſſem in itinere, rogaui uos uidere & alloqui: propter ſpem enim Iſraëlis hac ſum catena circundatus. At illi dixerunt ad eum: Nos neq; literas accepimus de te à Iudæa, nequè adueniens aliquis fratrum, adnunciauit nomen & conditionem tuam. Cupimus autem nunc ex te audire quæ ſentis. Nam de ſecta hoc notum eſt nobis, quia ubiquè ei contradicitur. Igitur conſtituto die uenerunt ad eum plurimi in hoſpitium ex Iudæis, quibus exponebat ille ſcripturas, teſtificans regnum DEI, ſuadensq; eis ex lege Moyſi & Prophetis, à mane uſq; ad ueſperam docebat. Sed cum non omnes crederent in IE-

o SVM,

SVM, dixit Paulus ad eos, Spirituſſanctus rectè per Eſaiam locutus eſt: Vade ad populum iſtum & dicas, aure audietis & non intelligetis, & uidentes uidebitis & non poteritis perſpicere, incraſſatum eſt enim cor populi huius & oculos compreſſerunt, ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. Notum ergo cupio eſſe uobis, & gentibus miſſum eſſe hoc ſalutare DEI, & ipſas ad ſalutem uenturos. Et cum hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi, magnas inter ſe concertationes agitantes. Ipſe autem Paulus manſit Romæ toto illo biennio in conducto ſuo, mercede operis ſui uictitans, & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum DEI, & docens quæ ſunt de Domino IESV CHRISTO cum omni fiducia, ſine impedimento. Actorum 28.

Cæſaris domus Chriſti facta eccleſia.

A Cæſare in carcerem miſſus, notior familiæ eius factus, perſecutoris domum CHRISTI fecit Eccleſiam, Hieronym. in epiſt. ad Philemon. Ligatus cathenis nihilominus in carcere prædicauit, uerberatus uerberantes ipſos ſermone rapiebat. Chryſoſtom. in Sermon. de laud. B. Pauli. Deinde Feſti literis Neroni redditis, Paulus ad tribunal uocatus, cum cauſam dixiſſet, abſoluitur, 2. Timoth. 4. Ad concionum itaquè miniſterium rurſum profectus, inuiſit Eccleſias Syriæ, Aſiæ & Græciæ. Et inde reuerſus in Italia, Gallia & Hiſpania, & alijs Occidentis partibus docuit Euangelium, ut patet ad Roman. cap. 15. Eadem aſſerunt & Euſeb. & Athanaſ. ad Dracont. Epiphan. libr. 1. Tom. 2. Chryſoſtom. in Sermon. de laud. B. Pauli. Iſidor. de patrib. noui Teſtament. Doroth. in Synop. de 70. Metaphraſt. in Vit. Pauli ſub 29. Auguſti.

Paulus in Italia, Gallia & Hiſpania docet.

Iam uero cum eſſet in Hiſpania, tale quid dicunt accidiſſe: Mulier quædam. & genere & opibus, & doctrina inſignis, cum iam olim percepiſſet de doctrina Pauli, ipſis quoquè oculis intueri præconem ueritatis, & inſtitui in ueræ pietatis dogmatibus ab eo cupiebat. Cum ergo ei uiſum eſſet, diuina quadam inſpiratione in forum proficiſci, per medium eius qui uel ex ſola fama ab ea diligebatur tranſibat, quem uidens leniter & placidè ingredientem, non ſolum grauitate ſed gratia & modeſtia plenum, marito ſuo perſuaſit, cui nomen erat Probus (eorum qui illic erant Princeps) ut intra ædes ſuas hoſpitem exciperet. Iam accerſitus, huiuſmodi miraculum contigit mulieri, apertis enim oculis uidit in fronte eius qui fuerat hoſpitio acceptus literas aureas, quæ Paulum CHRISTI præconem prædicabant. Sic ob uiſionem inſperatam timore perculſa matrona, non ſine lachrymis ad Apoſtoli pedes procidit, & a Catecheſi ab eo inſtituta, prima ſuſcepit baptiſmum, appellata Xandippe: Poſtea Probus maritus, qui erat notus Neroni, & Philotæus Præfectus, cum omnibus qui inhabitabant regionem illam. Metaphraſt in uit. Pauli ſub 29. Auguſt.

Paulus Chriſti præco.

En hæretice matronam illam Hiſpanicam procidiſſe ad pedes gemiũ Doctoris.

a Non Catecheſin præcedere baptiſmum.

Paulus ſecundò Romam uenit.

Cumquè præter peregrinationes Gentium Doctor pericula ſuſtinuerat plurima, nam in periculo uitæ ob perſecutorum furores ſubinde uerſabatur, Romam ſecundo uenit, toto ferè orbe peragrato, atquè triginta & quinquè annis, Euangeliũ pro CHRISTO certamine peracto, ubi in coryphæum præcipuũq; Apoſtolorum Petrũ incidit. Niceph. lib. 2. cap. 34. Conducto ſibi extra urbem horreo publico, ubi cum fratribus de uerbo uitæ tractaret,

cœpit

cœpit concionari. Quadam denique die, cum circa ueſperam in cœnaculo ſublimiori turbas alloqueretur, & Patroclus pincerna Neronis ut Paulum propter multitudinem commodius audiret, feneſtram domus aſcendiſſet, dormitans inde recedit & fractis ceruicibus expirauit. Quod cum Neroni reuertenti à balneo fuiſſet nunciatum, contriſtatus, alium in eius officium ſurrogauit. Paulus per ſpiritum hoc cognoſcens, defuncti corpus allatum continuo ſuſcitauit, & ad Cæſarem cum ſocijs miſit. Nunciatur Imperatori Patroclum præ foribus aſtare, qui amicorum ſuaſu intrare permiſſus, interrogatur, an uiueret. Illeque dum ſe uerè uiuere diceret, & à Domino IESV CHRISTO ſuſcitatum perhiberet, qui eſſet Rex omnium ſęculorum, ſolus in æternum regnaturus, dedit ei alapam Nero, intelligens, an illi regi militaret. Cum autem Patroclus & alij quinque milites ſe CHRISTO Domino militare affirmarent, in uincula eos conijci mandauit. Et accerſito ad ſe Paulo, ut rationem doctrinæ ſuæ redderet iuſſus eſt. Cui Paulus: De doctrina quidem, ait, magiſtri mei, de qua interrogaſti me, non eam capiunt, niſi qui fidem mundo pectore adhibuerint. Quæ enim pacis ſunt & charitatis docui, & per circuitum ab Hieruſalem uſque in Illyricum repleui uerbum pacis. Docui, ut homines ſe inuicem diligant. Docui, ut inuicem honore præueniant. Docui ſublimes & diuites ſe non extollere, & ſperare in incerto diuitiarum, ſed in DEVM ponere ſpem ſuam. Docui mediocres, in uictu & ueſtimento contentos eſſe. Docui pauperes, in ſua egeſtate gaudere. Docui patres, filios ſuos docere diſciplinam timoris DEI. Docui filios, obtemperare parentibus & monitis ſalutaribus. Docui poſsidentes, reddere tributum ſolicitudine. Docui negotiatores, reddere uectigalia miniſtris Reipub. Docui uxores, diligere uiros ſuos, & timere eos quaſi Dominos. Docui uiros fidem ſeruare coniugibus, ſicut illi ſeruare ſibi pudorem modis omnibus uolunt: quod enim punit maritus in uxore adultera, hoc punit in marito adultero pater & conditor rerum DEVS. Docui præterea Dominos, ut mitius cum ſeruis agant. Docui ſeruos, ut fideliter quaſi DEO ita ſeruiant Dominis ſuis. Docui Eccleſiam credentium, unum & omnipotentem, inuiſibilem & incompræhenſibilem colere DEVM. Hæc autem mihi doctrina non ab hominibus, neque per hominem aliquem data eſt, ſed per IESVM CHRISTVM & patrem gloriæ, qui mihi de cœlo locutus eſt. Et dum me mitteret ad prædicationem Dominus meus IESVS CHRISTVS, dixit mihi: Vade, & ego ero tecum, ſpiritus uitæ omnibus credentibus in me, & omnia quæcunque dixeris aut feceris, ego iuſtificabo. Hæc cum dixiſſet Paulus, Nero Imperator obſtupuit, indignatusque poſtea, ſententiam in eum mortis pronunciauit, ut capite afficeretur. Longinus itaque & Megiſtus præfecti, atque Aceſtus Centurio uocati ſunt, ut extra urbem illum deducerent, quibus Paulus una cum miniſtris & apparitoribus per omnem ciuitatem uerbum prædicabat ſalutis. Nero interea diabolica exagitatus uæſania, omnes CHRISTI milites inquiri uoluit, atque uarijs tormentis puniri. Vnde tanta Chriſtianorum cædes facta, ut populus Romanus palatium irrumperet, & ſeditionem contra Cæſarem excitare moliens, proclamaret: Pone modum Cæſar iniuſtiſsimæ cædi, tempera furorem, metas crudelitatis ne tranſcendas: noſtrates homines ſunt quos perdis, Romanum tuentur imperium.

Patroclum mortuum ex caſu reſuſcitat Paulus.

Perſecutio Neronis in Chriſtianos.

perium. Timens autem Nero populi tumultum, aliud edictum propoſuit, ut nullus uidelicet Chriſtianorum occideretur, donec plenius in ea cauſa deliberaretur. Mox tamen Paulum ex mandato aſpectibus eius oblatum, denuo uidens, exclamauit: Tollite maleficum, decollate impoſtorem, perdite ſenſuum alienatorem. Cui Paulus: Nero tempore modico patiar, ſed uiuam in perpetuum cum DEO meo & rege æterno IESV CHRISTO. At Nero: Auferte ab illo celerius caput, & ſic ſibi de uita æterna blandiatur, ſentiatq; me Regem inuictum, qui eum occidendo deuici. Paulus uero: ut ſcias me Nero poſt mortem regi inuicto uiuere, cum caput mihi abſciſum fuerit, uiuus tibi apparebo, & ſic cognoſcere poteris quia mors & uita famulantur Domino meo IESV CHRISTO, cuius eſt omne regnum, & cui uoluerit dabit illud, & ipſe ſolus inuictus, Rex in æternum. Cumq; duceretur ad locum ſupplicij, S. Longinus, Megiſtus, atq; Aceſtus, interrogarunt eum dicentes: Dic nobis Paule, quis eſt Rex ille ueſter, & quid nobis contulit aut conferet boni, ut ſic ardentiſsimè eum diligatis uos Chriſtiani. Tunc Paulus de regno DEI & infernalibus pœnis prædicans CHRISTVM annunciauit, & eos ad fidem conuertit. Qui cum rogarent eum ut liberè abiret quo uellet, reſpondit: Fratres, non ſum profugus ſed miles CHRISTI legitimus, ſcio enim quod à uita iſta tranſitoria, ad uitam tranſibo æternam. Vos autem filij mei notate locum ſepulturæ mox ut decollatus fuero, & cras primo diluculo redeuntes, inuenietis duos uiros orantes Titum & Lucam, illi dabunt uobis ſigna ſalutis in Domino. Interea miſit Nero duos milites Parthenium & Feregam ut explicarent moras Paulo, ſententiamq; dictatam ſuſciperet. Feſtinantes ergo ad locum paſsionis, cum tranſirent per portam Oſtienſem, obuiam habuit nobiliſsimam matronam, nomine Plautillam ſeu Lemobiam ſecundum Dionyſ. quem citat Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 5. Apoſtolorum feruentiſsimam diſcipulam, & religionis diuinæ cultricem, ad quam Paulus: Vale Plautilla, æternæ ſalutis filia. Commoda mihi peplum quo caput tegis, unde oculos uelem uice ſudarij, illud tibi reſtituam. Quo facto peruenit ad locum paſsionis, ubi eleuatis manibus ac oculis ſuis ad cœlum, uerſus [a] Orientem diu cum lachrymis orauit, & gratias egit DEO, cum autem patrio ſermone conſumaſſet orationem, dedit panem [b] fratribus qui eum ſecuti erant, (Metaphraſt. in uit. Pauli) & ualedicens eis, flexis genibus, Plautillæ ſudariolo ad oculos appenſo, crucis ſigno ſe [c] muniens, ceruicem præbuit percuſſori dicens: Domine IESV, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Quam perſecutor cum gladio percuſsiſſet, nomen Domini noſtri IESV CHRISTI ter clara uoce perſonuit, ſtatimq; de corpore eius unda lactis [d] in ueſtimenta militis & poſtea ſanguis defluxit. Linus Papa in paſsio. Pauli. Metaphr. in uit. eiuſd. Gregor. Tur. in lib. in glor. plur. martyr. edito cap. 28. Ambr. Ser. 68. de B. Pet. et Paul. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 5. Petr de Natal. lib. 6. cap. 23. In ipſo [e] autem ictu explicauit peplum, in quo ſuſcipiens ſanguinē illud obuoluit, portans ipſum Plautillæ.

Paulus Neroni prædicit ſe illi ſtatim à cæde ſua uiuum repræſentaturum.

[a] Mos erat Chriſtianorū orare uerſus orientem, unde hodie altaria & templa ædificantur uerſus orientem in multis locis.

[b] Paulus dedit panem fratribus, hoc eſt, Euchariſtiam nec quicquam ibi legitur de calice.

[c] En genuflexiones hæreticæ & ſignaculum Crucis.

[d] En grande miraculum cum pro ſanguine unda lactis emanauit. Cur hæc ſubdole taces Illyrice, quod minus ſapiant tuo inſtituto?

[e] Miraculum ſecundum quod circa Pauli cædem contigit.

Plautillæ. In aëre autem ſuper eum lux immenſa cælitus emicuit, & de corpore odor ſuauiſsimus emanauit. Caput quoq; abſciſſum [a] tertio ſaltauit, & in quouis ſaltu fons de terra ſcaturijt, qui hodie in urbe manant, in teſtimonium mirificæ paſsionis eius. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 23. Reuertentibus autem militibus Plautilla ſudariolum roſeo perfuſum ſanguine oſtendit, ſignificans, quod eadem hora B. Petrus & Paulus urbem intrauerint, induti ueſte præclara, & coronis radiantibus ornati. Audiens Nero Cæſar quæ ſacta fuerant, cœpit cum Philoſophis, [b] amicis, atq; miniſtris Reipub. & Senatoribus de hac re conquirere, ſed ecce circa horam nonam, ianuis clauſis, Paulus certò & uerè Cæſari ita ut prædixerat aſsiſtens, ait: O Cæſar Nero, ecce ego Paulus Regis æterni & inuicti miles, uel nunc crede miſer quia nō ſum mortuus, ſed uiuo DEO meo, te uero horrendum ſupplicium æternuſq; manet interitus, eò quod inter peſsima quæq; flagitia, & iuſtorum effundas ſanguinem. Hoc quidem dicens, repentè diſparuit. Nicephor. lib. 2. cap. 36. Linus Papa in paſsio. Paul. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 5. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 23. Nero ueluti amens effectus, ſuadentibus amicis, Patroclum & Barnabam & eos qui uincti erant cum illis ſolui, atq; quo uellent liberos abire iuſsit. Primo demum mane ſequenti Longinus Megiſtus & Aceſtus, ſicut eis conſtituerat Apoſtolus, uenientes ad ſepulchrum Pauli, inuenerunt Titum & Lucam [c] orantes, & in medio eorum ſtantem Paulum, qui manus eis imponentes, & dantes ſignaculum ſanctificationis perpetuæ, ieiunio [d] ad Veſperam uſq; præcedente, baptizarunt eos in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, qui & tertio die à Pauli morte pro CHRISTI nominis cōfeſsione capite cæſi ſunt. Metaphr. in uit. Pauli. Linus Papa in paſsio. Pauli. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 5. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 23.

a Miraculū tertium.

b Paulus ſtatim à cæde ſua Neroni apparuit.

c Lucas, & Titus manus imponentes & dantes ſignaculum ſanctificationis perpetuæ milites baptizarunt.

d Ieiunium in primitiua Eccleſia præceſſit baptiſmū.

S. Paulum Apoſtolum Miſſas celebraſſe, ex ipſo Apoſtoli & Sacerdotis quo inſignitus fuit oſtendi poteſt nomine. Nam horum præcipuum ſummumq; officium eſt Sacrificium offerre ac celebrare ad DEI honorem populuq; ſalutem. Huius rei ipſe Hebr. 5. fidelis eſt teſtis, ſcribit enim: Omnis namq; Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in his quæ ſunt ad DEVM, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſsit his qui ignorant & errant &c. Et quod ſtudioſè munus illud obiuerit, confirmat nobis, dicens Corinthijs. 1. Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros CHRISTI, & diſpenſatores myſteriorum DEI. Hic iam queritur inter diſpenſatores ut fidelis quis inueniatur. Et iterum, cum dicit. 1. Corinth. 10. Vt prudentibus loquor, uoſipſi iudicate quæ dico. Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio ſaguinis CHRISTI eſt? Et panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini eſt? Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus omnes qui de uno pane & de uno calice participamus &c. Ecce uerbis indicat planis non modo Sacerdotum munus, ſed & quod ipſum impleuerit. Nullus certè Apoſtolorum ac Euangeliſtarum Miſſæ à CHRISTO inſtitutionem, expreſsius ac familiarius literis & uerbis quam Paulus deſcripſit, qui ad uiuum & quaſi ob oculos Euchariſtiæ Sacramentum Cœnæq; Dominicæ depingit Corinthijs, quibus frequenter uerbo ac prædicatione Euchariſtiæ ac Miſſæ ritum, quem ſeruare deberent tradiderat

En Hæretice, hunc almum aduerte, Paulus geminum Doctor Miſſarum ſolennia celebrauit.

Quam quidem traditionem quod eam non ſatis retinuiſſent, ſcriptis perpetuò eis reliquit ſeruandam, ante omnia eos redarguens ſuper abuſu quem perpetrabant in tali tantoq́ Euchariſtiæ & Miſſæ myſterio, dicens 1. Corinth. 11. Conuenientibus uobis in unum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare. Vnuſquiſq; enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, Aut Eccleſiam DEI contemnitis, & confunditis eos qui non habent. Quid dicam uobis. Laudo uos, in hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi uobis, quoniam Dominus IESVS in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcunq; bibetis in meã cõmemorationem. Quotieſcunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annunciabitis donec ueniat. Itaq; quicunq; manducauerit panẽ hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quid his poteſt planius & certius dici, quibus & ritus qui ſeruandus uenit in Euchariſtiæ & Miſſæ Sacramento traditur, abuſusq; etiam ultione diuina corripitur. Nonne hiſce apertè docet ex Domini inſtitutione ac præcepto Sacerdotum eſſe Miſſæ ſacrificium celebrare, corpus CHRISTI ſub ſpeciebus panis & uini conſecratis manducare ac bibere, aliisq; communicare, cum præceptum hoc omnes conſtringat. Hoc facite in meam commemorationem? Ab hoc Domini præcepto, quis Paulum dicet quantumuis impius aut hæreticus diſceſsiſſe? Obſeruauit itaq; illud ſicut & docuit, cœnam Dominicam prædicauit, eandem impleuit: quare & Miſſæ ſacrificium celebrauit, quod ſine Miſſæ ſacrificio non conſtet Euchariſtiæ Sacramentum cœnæq; Dominicæ participatio. Iuuare poſſumus dictum ex uerbis B. Lucæ Actor. 20. dicentis: Vna autem Sabbati cum conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat, cum eis profecturus in craſtinum, protraxitq; ſermonem uſq; in mediam noctem &c. Et poſt pauca: Aſcendens autem frangensq; panem & guſtans, ſatisq; allocutus eſt uſq; in lucem, & ſic profectus eſt &c. Et ſubdit ibidem: Feſtinabat enim Paulus ſi poſsibile ſibi eſſet ut diem Pentecoſten faceret Hieroſolymis. Hæc enim omnia Miſſæ celebritatem inſinuant. Idem poſſumus confirmare ex Presbyterorum ordinatione quos Paulus per ſingulas Eccleſias conſtituit ad DEI cultum Miſſæq; ſacrificium, de quo ſcribitur Actor. 14. Cum euangelizaſſent Paulus & Barnabas Ciuitati illi, & docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram & Iconium & Antiochiam, confirmantes animas diſcipulorum, exhortantesq; ut permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum DEI. Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros, & oraſſent cum ieiuniationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt. Regula certè quam dedit ſuis diſcipulis quos

in Epiſcopos

in Epiſcopos Epheſi & Cretæ reliquit, Timotheum & Titum intelligo, de Epiſcodis & Presbyteris Eccleſiæq; Diaconis ac miniſtris ſeruandam inſtituendis, clariſsimè probat inſtitutum de Miſſarum ſolennitatibus, quod ad hos & ſolos huiuſmodi officium deuoluatur. Vt cum dicit ac ſcribit ad Titum Tit. 1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per Ciuitates Presbyteros ſicut & ego diſpoſui tibi. Ob eandem cauſam rogauit Timotheum ut remaneret Epheſi, cũ iret in Macedoniam, cui etiam mandat 1. Timoth. 1. & 5. Manus cito nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Et ut in ſumma dicam, omnes Eccleſiæ ad quas ſcripſit, & diſcipuli quos in Sacerdotes ac Epiſcopos conſecrauit, Miſſæ ſacrificium celebrarunt, celebrandumq; poſteris tradiderunt. Reliquos autem ritus ſubindicauit dicens: Cætera cum uenero diſponam, quos elegantiſsime nobis deſcripſit eius diſcipulus Areopagita Eccleſiaſt. Hierar. cap. 3.

Paulus Romæ eſt occiſus eodem Anno & die quo Petrus.

Occiſus eſt autem Romæ Paulus, eodem Anno & die quo Petrus in Crucem actus eſt, uia Oſtienſi ſepultus. Ado. Viencñ. Chron. ætat. 6. Oroſ. lib. 7. cap. 5. Auguſtin. de Ciuit. DEI lib. 18. cap. 52. Tertull. in Apolog. Euſeb. lib. 2. cap. 25. Egeſipp. lib. 3. cap. 2. Gregor. Turon. Hiſt. lib. 1. Hierony. de uir. Illuſtr. in Paulo, ubi citat & Caium qui cum Zephirin. Epi. Roman. ſcripſit aduerſ. Procul. Cataphryg. & Dionyſ. Epi. Corinth. Doroth. in Synop. de 12. Iſidor. de patr. noui teſtam. S. Maxim. Sermo. 1. de B. Petro & Paulo. Ambroſ. Sermo. 66. de ĳſdem. S. Leo. Papa de B. Petr. & Paulo. Metaphr. in uit. Paul. ſub. 29. Auguſt. Gaudent. Epi. Brixien. de B. Petr. & Paulo. Tertull. lib. 4. aduerſ. Marcion. & in lib. de præſcript. hæret. Iren. lib. 3. cap. 13.

En hæretice, hominem per uirtutem B. Pauli Apoſtoli quem inuocauerat à ſeua mortis præcipitio fuiſſe ſaluatũ.

Narrat de plurimis Pauli miraculis unicum tantum Gregor. Turoneñ. in libr. in glor. plur. Martyr. edito cap. 28. breuitati ſtudens: Factum eſt, inquit, in quodam loco, ut homo laqueum ſibi ad extorquendam uitam inſtigante diabolo præpararet. Cumq; ſecretum cellulæ in qua hæc ageret reperiſſet, funem trabi tranſmiſſum laqueum cœpit innectere, nomen tamen ſemper Pauli Apoſtoli inuocabat, dicens: Adiuua me ſancte Paule. Et ecce umbra ſqualida atq; funeſta, quæ nihil minus uultu quam diabolum ſimulabat, apparuit ei, hortans ac dicens: Eia age ne moreris, exple celerius quod cœpiſti. At ille cum hoc opus uitæ extorquendæ pararet, ſemper aiebat: Beatiſsime Paule eſto adiutor meus. Deinde expedito laqueo, cum uehementiſsime urgeretur ab umbra ut collum immitteret, ſubitò adfuit alia huic ſimilis, dicens ei qui cum homine erat: Fuge miſerrime, en Paulum Apoſtolum huc uenientem, inuocatus enim ab hoc homine, ecce adeſt. Tunc euaneſcentibus umbris, hic ad ſenſum ſuum reuerſus, & Crucem uirtutis Dominicæ pectori nutanti depingens, pœnitentiam genis lachrymarum imbre perfuſis agebat.

Pauli corporis forma & ſtatura.

Paulus (quod tradit Nicephor. lib. 2. cap. 37.) corpore erat paruo & contracto, & quaſi incuruo, atq; paululum inflexo, facie candida, annosq; plures præſeferente, & capite modico: oculis multa inerat gratia, ſupercilia deorſum uergebant: naſus pulchrè inflexus, idemq; longior: barba denſior, & ſatis promiſſa: eaq; non minus quam capitis coma, canis etiam reſperſa erat.

S. FOELICOLA.

S. FOELICOLA.

OBIIT ANNO LVI.

S. Fœlicola uirgo, Christo ſacrata, ob uirginitatis uotum uarijs ſupplicijs exponitur.

S. FOELICOLA Virgo, D. Petronellæ filiæ B. Petri collactanea, ut ſcribit B. Marcell. Petri diſcipulus, poſt exceſſum Petronellæ à Flacco comite deprehenſa, cum eam uellet ducere uxorē, atq́ ad terrendum eam propoſuiſſet, dicens: unum tibi è duobus elige, aut eſto uxor mea, aut dijs ſacrifica, reſponſum ab ea accepit: Nec uxor tua ero, quia CHRISTO ſacrata ſum, nec immolabo idolis, quia Chriſtiana ſum. Tunc Flaccus tradidit eam Vicario, qui fecit eam in tenebroſo claudi cubiculo, ſine cibo per ſeptem dies. Poſt hæc duxerunt eam ad uirgines Veſtæ, ibiq́ per alteros ſeptem dies ſine cibo permanſit: eo quod nulla ratione cibum pateretur de eorum manu accipere. Dehinc leuata eſt in equuleum, & tamdiu torqueri iuſſa eſt, donec emitteret ſpiritum: & ſic præcipitata eſt in cloacam, quam S. Nicomedes Presbyter tulit, & ſepeliuit ſeptimo miliario ab urbæ Roma, uia Ardeatina. Beda, Ado Treuerẽ. & Iſuard. ſub Id. Iun. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 112. Vincent. lib. 2. cap. 38. Marcell. B. Petr. diſcip. in uit. Fœlicol.

S. NICOMEDES.

OBIIT ANNO LXI.

En Flaci, S. Nicomedes Presbyter Miſſæ ſacrificium celebrauit.

S. NICOMEDES Presbyter, B. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, quia omnium D. Petronellæ conſiliorum particeps fuerat, illi è uita migraturæ Euchariſtiæ Sacramentum obtuliſſet, myſteria CHRISTI celebraſſet, corpus S. Fœlicolæ uirginis, quam Flaccus Comes pro CHRISTO punierat, ſepeliſſet, Idolis ſacrificare recuſaſſet, ſub Domitiano Principe Auguſto plumbatis diutiſsimè cæſus, migrauit ad dominum. Cuius corpus in Tyberim proiectum, à Clerico ipſius Iuſto, collectum & ſepultum eſt iuxta muros, uia Numentana. Beda & Iſuard. ſub. 17. Cal. Octobr. S. Marcel. B. Petri diſcip. in uit. Nicomed. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 82.

S. PROCESSVS ET MARTINIANVS.

OBIIT ANNO LXVIII.

Fons miraculoſè ex ſaxo producitur precibus B. Petri et Pauli Apoſtolorum.

S. PROCESSVS & Martinianus, Magiſtri Aminelli Principis, uidentes mirabilia quæ operabatur per Beatos Apoſtolos ſuos Petrũ & Paulum Dominus IESVS CHRISTVS, cum detinerentur in cuſtodia Mamertina ſub monte Tarpeio menſibus nouem, facti CHRISTI milites, dum ibi aquæ penuria laboraretur, fonticulo miraculoſè ex ſaxo ſcaturiente baptizati ſunt cum alijs promiſcui ſexus XLVII. Ob facti euentum, uiſitur hodie adhuc fons, eo in loco, qui dicitur carcer Petri ſub monte Tarpeio. Id cum audiſſet præfectus Paulinus, iuſsit eos ſacrificare idolis, & cum facere recuſarent, ac CHRISTVM Dominum ſolum DEVM conſtantiſsimè profiterentur, iuſsit eos partim lapidari partim ſuſtibus cædi. Deinde ſtatuam auream Iouis afferri ut ei thura incenderent, cumq́ in ſimulachrũ conſpuiſſent, præcepit eos in equuleo ſuſpendi, & poſt oris cõtuſionem partim flammis uri, partim ſcorpionibus caſtigari. Verum ultio diuina eũ ſubitò inſecuta eſt, uno enim oculo priuatus, præ dolore quaſi inſaniens, eos equuleo depoſitos in cuſtodia Mamertina uinciri mandauit, quibus Lucina Apoſtolorum diſcipula miniſtrauit. Poſt triduum uero à dæmonio arreptus expirauit. Cumq́ filius Pomponius rem geſtam ad palatium Cæſaris detuliſſet, iratus Nero, eos capite plecti iuſsit, & canibus relinqui. Verum B. Lucina noctu corpora Sanctorum collegit, & in harenario iuxta locum ubi decollati fuerãt ſepeliuit.

ſepeliuit. Beda, Ado Treueren. & Iſuard. ſub 6. Non. Iul. & prid. Id. Mart. Linus Papa in paſsio. Petri. Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 199. & lib. 6. cap. 40. Herman. Contract. in Chron.

S. LINVS.

OBIIT ANNO LXVIII.

S. LINVS Papa, natione Italus, Etruſcus, cuius Paulus in ea quam Romam ad Timotheum ſcripſit Epiſtola mentionem facit, Volaterranus, è familia Maurorū, Petri Apoſtoli diſcipulus, & ab eo cum Cleto chorepiſcopus Romanus ordinatus, ſedit Romæ Pontifex abſente ut plurimum S. Petro. A patre Herculaneo annorum XXII. ſtudiorum gratia Romam miſſus, in contubernio tunc Q. Fabij amici paterni, ueniente Romam Petro, omiſsis omnibus, ſecutus eſt eum: ac ob egregiam fidem ſimul & eloquentiam, Euangelij coadiutor illi permanſit. Cum ſanctitate & moribus in precio haberetur, immundas ab humanis corporibus fugaret ſpiritus, & iam defunctos à morte ſuſcitaret, à Saturnino Coſſ. cuius filiam à dæmonio uexatam curauerat capitali ſupplicio afficitur, altero menſe & die XXVI. à Petri morte, Añ. CHRISTI LXVIII. ſepeliturq́ in uaticano iuxta ſancti Apoſtolorū Principis corpus. Iren. lib. 3. cap. 3. Tertull. in lib. de coron. milit. Euſeb. lib. 3. cap. 4. Niceph. lib. 3. cap. 2. Damaſ. Papa de uit. Pont. Beda ſub 6. Cal. Decemb. Petr. de Na. lib. 8. cap. 109. Platin. de Vit. Pont.

Memineris Illyrice nos ſuperius inter Pōtifices Ro. cōmemoraſſe, Linū Epiſcopos Presbyteros atq; diaconos ordinaſſe, quæ certè conſecrationes nulla alia de cauſa fiūt quā ad Dei cultū Miſſæq; ſacrificium conſeruandum.

S. LVCINA.

OBIIT ANNO LXX.

S. LVCINA Apoſtolorum diſcipula, ciuis nobiliſsima Romana, à B. Petro & Paulo conuerſa & baptizata, facultatibus [a] ſuis neceſsitatibus Sanctorum communicatis, uincula & carceres eorum ſemper ſubleuare ſtuduit, atq́ eorum ſepulturæ piè inſeruire. Quorum meritis & ipſa ſociata, precioſiſſimam mortem confeſsione CHRISTI adepta, atria cœleſtis Hieruſalem intrare, uota ſua Domino perſoluendo meruit. Ac Romę in crypta, quā ipſa [b] ad condendum Martyrum corpora conſtruxerat, ſepulta eſt. Abdi. certamin. Apoſt. lib. 2. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub prid. Cal. Iul. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 25.

a En primitiuæ eccleſiæ theſauros.

b Reliquiarū ueneratio ſtatim ab initio naſcentis Eccleſiæ.

S. CLETVS.

OBIIT ANNO LXXXIIII.

S. CLETVS Papa patria Romanus, de regione Eſquilina Vicopatritij, patrem Æmiliano, quartus in ordine Pontificum Romanorum addito Lino, ſecundus uero poſt Petrū Apoſtolum Papa, Pontificatus onus inuitus ſuſcepit, licet doctrina, moribus & dignitate plurimū apud ſuos ualeret. Is cū chorepiſcopus Clementis ſicut etiam antea & Petri fuerat remanſiſſet, Clemente in exiliū acto, Romanam Eccleſiam rexit, atq́ poſt eius obitum ut antiquior in religione Chriſtiana diſcipulus & de ea præ cæteris benè meritus, audita Clementis morte, omnium Presbyterorum & reliquorū ſuffragijs Pontifex Romanus confirmatus fuit. Vir optimus & ſanctiſsimus, qui nihil pretermiſit quod ad augendam Eccleſiam DEI pertineret, cumq́ Eccleſiam optimè pro tempore adminiſtraſſet, & peregrinationes [c] ad limina Apoſtolorum inſtituiſſet, ſub Imp. Cæſ. Domitiano Auguſto martyrio coronatur, Anno CHRISTI LXXXIIII. ac ſepelitur apud B. Petri corpus in Vaticano. Beda Venera. ſub 3. Cal. Maij. Damaſ. & Anaſtaſ. Bibliothec. in uit. Pont. Ioan. 3. Papa in epi. Decret. Volater. libr. 22. Onuphr. & Platin. de Pont. Roman. Martin. in Chron. Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6.

Epiſcoporum Preſbyterorū et clericorum ordinationes, quas Cletus Papa feciſſe cōprobatur ſuperius in Pon. Rom. qd queſo aliud cōprobāt Illyrice quā Miſſarū celebratiōes?

c Vides Illyrice, quā antiquus ſit cultus et canonizatio ſanctorū et reliquiarū & conſuetudo peregrinandi ad loca ſancta.

S. NEREVS ET ACHILLEVS.

OBIIT ANNO XC.

S. NEREVS & Achille' Martyres, ſerui eunuchi Plautillæ uxoris Clementis cõſulis, qui Domitiani Imperatoris & S. Clementis Papæ frater erat, q̃d Fl. Domicillam ad fidem ſimul & uirginitatem ſeruandam deduxiſſent, cum ea ad Inſulam Pontianam relegati ſunt. Erant ibidem diſcipuli duo Simonis Magi Furius & Priſcus, qui magicis artibus populum ſuperando, Simonem Magum adorandum decreuerunt, quibus B. Nereus & Achilleus reſiſtentes, multos ſermonibus & miraculis ab errore reuocabant. Interea Comes Aurelianus, quem Domicilla ab amorem CHRISTI ſpreuerat, ad Inſulam profectus, oblatis muneribus ſanctos ut uirgini nuptias ſuaderent corripere ſtuduit. Ipſi uero populariũ munerum magnificentiam paruipendentes, impenſius eam in Domino confortabant. Quare ad urbem reuocati, primò uerberibus grauiſsimis attriti, deinde Memmio Ruſo conſulari uiro ſunt traditi, à quo cum equuleo & flammis compellerentur ad ſacrificandum, & dicerent ſe à B. Petro Apoſtolos baptizatos nulla ratione poſſe idolis immolare, capite cæſi ſunt. Quorum corpora rapuit Auſpicius diſcipulus eorum, alumnus S. Domicillæ uirginis, & Via Ardeatina ſepeliuit iuxta corpus S. Petronillæ. Ado Treueren. & Beda ſub 4. Id. Maij. Volaterr. Comment, lib. 15. Antoni. part. 1. tit. 7. cap. 1. §. 7. Petr. de Natal. lib. cap. 155.

Nouatores noſtri etiam nullis oblatis muneribus nuptias ſuaſiſſent.

Encultum reliquiarum.

OBIIT ANNO XCVI.

Epiſcoporum Preſbyterorũ et clericorum cõſecrationes

S. ANACLETVS.

Anacletꝰ, uti ſuperius annotauimus in Rom. Pont. quas fecit, indicant Miſſarũ cultũ fuiſſe ſub eo numeroſiorem. Nõ enim multiplicãdi ſunt miſſarũ miniſtri, niſi & Miſſæ multiplicandæ ſint.

o. S. ANACLETVS Papa, natione Grecus, patria Athenienſis, S.R.E. Presbyter à B. Petro Apoſtolo conſecratus, eiuſdemq́ diſcipulus, Quintus Pontifex Romanus, inſtitutis & moribus Eccleſiam confirmauit Romanam: quare Domitianus Imperator ueritus, ne quid Romanum imperiũ inde detrimenti caperet, damnatum ſecuri percuſsit. Cuius ſacratiſsimũ corpus iuxta S. Petrum in Vaticano ſepultum eſt, Beda ſub. 6. Cal. Maij. Optat Mileuitan. lib. 2. aduerſ. Donatiſt. Damaſ. Platin. & Onuphr. in uit. Pont.

MEDIOLANENSES.

S. GERVASIVS ET PROTHASIVS.

OBIIT ANNO LXIIII.

a Hæc erat paupertas eccleſiæ primitiuæ tẽpore Apoſtolorũ, ædes proprias & facultates ſuas pauperibus diſtribuere: id eſt, in uſum eccleſiæ cõuertere: ita ut nullus egẽs eſſet inter eos b Illyrice nota ieiunium & orationes.

S. GERVASIVS & Prothaſius, fratres gemini, uno ortu editi, parentum B. Vitalis, qui Rauennæ, & Valeriç quç Mediolani pro CHRISTI fide martyrium tulerunt, pietatem & fidem æmulantes, poſt mortem ipſorũ, iuxta fidem Euangelicam, domum propriam in qua nati fuerant, & omnes [a] facultates ſuas pauperibus diſtribuerunt, ac ſeruos quos habebant libertate donarunt. Poſt hçc in uno ſe cœnaculo cõcluſerunt, atq; lectionibus & orationibus [b] ac ieiunijs per decem annos uacarunt. Singulari hac uitç eorũ ſanctitate commotigentilium Sacerdotes Chriſtianæ religioni infeſti, magnum in ipſos odium atq; inuidiam conceperunt. Cum ergo per id tempus Anaſtaſius comes in bellum proficiſceretur quod à Marcomannis fuerat excitatum, hanc nefariam rationem pios fratres è medio tollendi Sacerdotes idolorum inierunt, ut Anaſtaſio uelut diuinitus admoniti perſuaderent, negatam ipſi eſſe decreto Deorum uictoriam, niſi Geruaſium & Prothaſium a CHRISTI fide deſciſcere ipſiſquè dijs ſacrificare compelleret. Quod cum Anaſtaſius ab ipſis, nec precibus impetrare nec minis extorquere potuiſſet, eodem iubente Geruaſius plumbatis tam diu cæſus eſt, donec ſpiritum emitteret,

emitteret, Prothaſius uero primum fuſtibus ſæuiſsimè uerberatus, capite demum plexus eſt. Quorum corpora, Philippus uir ille pius ac religioſus, qui uitam eorundem Martyrum conſcripſit, cum filio ſuo clam ſuſtulit, [a] & in domo ſua in arca marmorea furtim ſepeliuit. Vbi cum diu latuiſſent, ab Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi diuinitus admonito inuenta ſunt, & magna cum populi ueneratione in honeſtiſsimo & ſacro loco repoſita. Sed de his poſtea in ſuis dicturi ſumus Centenarijs. Ambroſ. in Vit. B. Geruaſ. & Prothaſ. Metaphr. in uit. eorund. ſub 14. Octo. Beda ſub 13. Cal. Iul. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 15. S. Geruaſius [b] & Prothaſius in Briſaco Alſatię hodie requieſcunt.

[a] Huc huc hæretice qui cultũ & uenerationẽ ſanctorum reliquiarum derides.

[b] S. Geruaſius & Prothaſius quieſcũt in Alſatia.

S. NAZARIVS ET CELSVS.

OBIIT ANNO LXIIII.

S. NAZARIVS, admirabilis ille, qui tanquam lucida quædam ſtella fulgebat, & uirtutis imago, Metaphraſt. in Vit. B. Nazar. & Celſ. CHRISTI teſtis, precioſus cõfeſsione, precioſior ſanguine, crudeli uulnere precioſior, & ſicta ueſte candidior, Ambroſ. in uit. S. Naz. & Celſ. patria Romanus, illuſtriſsimi uiri Africani ſed Iudæi Lybici, & B. Perpetuę nobiliſsimę Romanorũ Chriſtianę, à B. Petro chori diſcipulorũ principe (Metaphr. in uit. S. Nazar. & Celſ.) baptizatę, facultatibus & uirtute diuitis filius, tanq; à DEO datus, ſe totũ tradidit creatori, & quidem in diuino adoptatur baptiſmate à Lino, qui erat ipſius Petri ſedis & uirtutis ſucceſſor. Cũ pietatis quę erat in ipſo fax eſſet in altum ſublata, cum tumultus tũ continuum eorũ qui ad ipſum accedebant aduentũ declinans, ſtatuit patriam & ſuos relinquere neceſſarios, ut & uerſari in aliena regione poſſet, & cum eo quem deſiderabat ſeorſum colloqueretur, & multis prędicaret pietatem. Cum ergo hæreditatem quæ ad eũ pertinebat accepiſſet, à parentibus egreditur è patria, & ex una ciuitate tranſiens in aliam, ad quoſcũq; acceſsiſſet ijs opem ferebat ex ſuis facultatibus. Et cum ueniſſet Placentiam, & acceſsiſſet Mediolanum, conuenit Geruaſium & Prothaſiũ, qui ab Italię Pręſide Anolino iam fuerant in carcerem incluſi, propter ſuam in CHRISTVM confeſsionem: ac eius fidei ac uirtutis communione effectus familiaris, in Domino confortauit, animũ addens ad martyrium. Quod audiens Anolinus Præfectus, uinctũ, & in nomine CHRISTI perſeuerantem, colaphis cæſum & uerberibus fatigatum ex urbe expellit. Egreſſus ergo non ſilens neq; elinguis ac mutus, docuit ut conſueuerat, & multos infideles induxit intra CHRISTI ſagenam. Ac illa nocte uiſa eſt mater Nazario adeſſe, & eum hortari ut obiret Gallię ciuitates, & in eas deijceret ſemina ueritatis. Venit itaq; Meliam, quæ poſtea Geneua uocata, & cũ multos ad ueram DEI cognitionem deduxiſſet, acceſsit eum fœmina quędam illuſtris et ex primis ciuitatis, adducens quem habebat filium nomine Celſum, rogans ut eum baptizaret & ſecum duceret. Cum itaq; preces dixiſſet conſuetas, Nazarius eũ per baptiſma effecit DEO familiarem. Accerſitus mox à Dinobao præſide cum puero Celſo, è quo quidem genere natus, quibus parentibus, & cuius nam eſſet religionis interrogatur. Ego quidem, inquit, genere ſum Romanus, Chriſtianam aũt ſequor religionem, & DEVM confiteor eum qui fuit crucifixus. Tunc Dinobaus ira exaſperatus, Dęmonium exclamat habes, quid enim aliud ſibi uolunt hę tantę nugæ? non eſt tibi pater? nõ eſt tibi mater? Ille uero: Si dæmonium haberem, non quos tu colis dęmones inſectarer probris & contumelijs. Et puer quidem Celſus balbutiente lingua: Deus cui

Facultates et bona primitiuæ eccleſiæ.

Geneuæ prædicatur Euãgeliũ & Romana fides.

ego ſeruio, ait, ipſe te iudicabit. Iudex quaſi amens effectus, ipſum cum puero Celſo catenis uinctũ in carcerem recluſit, in craſtino tormẽtis afficiendos: ſed ab uxore admonitus ne Deos uindicare pręſumeret, correptus, eos abſoluit, & ne in urbe ſua pręedicarent interdixit. Illinc ergo abit Nazarius in uicinam Treuerim, ubi diuinis ſuis doctrinis augens gregem CHRISTI, & multos inducens ad agnitionem Saluatoris eccleſiam ędificauit. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 147. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 27. Non ferebat aũt omnino qui inuidiam parturiebat Diabolus res ita ſe habentes, ſed blandis uerbis aggrediens Præſidem ciuitatis Cornelium, perſuadet, ut Neroni Imperatori ſignificet de Nazario. Cũ hoc ei ſignificatũ eſſet, miſſæ ſunt literę per uniuerſam illam regionem iubentes ſummo ſtudio quæri Nazarium, & miſſo Ventone milite cum centum armatis, Nazariũ iuxta Eccleſiam orantem inuenerunt, quem mox conſtrinxere, dicentes: Magnus Nero te uocat. Quibus Nazarius: Incompoſitus Rex incompoſitos milites habet, quare uenientes honeſte, non dixiſtis mihi Nero te uocat, & ueniſſem. Illi autem lęti lętũ ſiſtunt ante Neronem. Propoſitis hic tormentis, aſſentationibus agreſſus eſt Nazariũ, ut ſic perſuaderet eum, & in ſui concederet ſententiam. Sed Nazarius immobilis, maiori utebatur conſtantia. Iuſsit itaq; eos in carcere detineri, donec illos ſupplicijs excogitatis perimeret. Parum interceſsit temporis, uulneratus pede & recolens Nazarij Cæſar, iuſsit eum calcibus tunſum, & puerum Celſum uerberibus flagellatum, coram iudicio ſiſti. Videns autem faciem eius inſtar Solis ſplendere, ſe magicis artibus deluſum putans, dijs immolare compellit: ſed orante ſancto, idola cuncta ſunt confracta: proinde Nero iubet eum præcipitari in profundum maris cum puero Celſo. Sed res mira, cum iam eſſent in profundo, angelica quædam uirtus deſuper adolauit, & è profundo ſeruauit, & eos illæſos terræ reddidit, puero Celſo propter ætatem adhuc imperfectam nauſea & faſtidio pleno, precibus tamen & ſigno Crucis, atq; diuino Nazarij oſculo ſanato. Metaphr. in Vit. S. Nazar. & Celſ. Inter cruenta Cæſaris iuſſa in uaſti maris profundum deiectus Nazarius, rerum obſtupeſcente natura, per inſueti itineris nouas uias pendulũ inſerens greſſum, tumentia dorſa calcauit. Vidiſſes æquoreas ſanctis ſubſterni meritis undas, ſupraq; Angelicis conſortatum alloquijs, in CHRISTI IESV laudibus exultare. Ambroſ. in uit. S. Nazar. & Celſ. Capit tanquam piſcis hoc miraculo Neronis ſeruos, qui ipſos in mare demiſerant, ſanctum enim deinceps ſunt ſecuti, & ita ſe ei adiunxerunt, ut prioris uitæ magna ducerentur pœnitentia, & ægre ferrent quod non diu ante relicto Nerone animum illi adhibuiſſent. Terræ ergo cum puero redditus Nazarius, tranſit cum eo ad ciuitatem quæ dicitur Ianua: & illinc profectus uenit Mediolanum, rurſus priorem pergens edicere doctrinam, & dulci potare nectare eos qui erant uerè filij regni DEI. Sed ciues comprehenſum eum Anulino Præſidi, qui prius multas impegerat alapas, tradiderunt: quem in priori cuſtodia recludi iubet. Nazario autem ipſa cuſtodia erat multis regijs precioſior, pratum floridum, nouus paradiſus. In eam enim ingreſſus, uerſabatur cum Geruaſio & Prothaſio ſocijs certaminis, à quibus aſsiduo ille, tanquam ab aliquibus fluminibus irrigatus, carpebat ſuauiſsimos flores illorum conſuetudinis. Anolinus autem cum de Nazario ſingula exactè didiciſſet mirabatur quomodo potuiſſet effugere manus Neronis, & mox de B. Nazario

S. Nazarius Eccleſiam erigit Treueris at in quem finem, certe ut Miſſarum ibi celebrentur ſolennia.

En orationes & preces ſanctorum antiquas.

Signum crucis Flaci.

Meritis ſanctorum ſubſternuntur equora.

zario & ſocijs eius Cæſarem facit literis certiorem, quidnam iuberet ut faceret ſanctis: Ille audiens Nazarium adhuc eſſe ſuperſtitẽ, cædem ſpirabat lictoribus, quos iuſſerat ut eum in maris profundum deijcerent, & præ ira à ſede exiliens, cum uociferatione regiam percurrens clamitabat, inſidiatores ingratos, aduerſus Deos impios, quæritans eos, ut ipſos ſimul cum Martyribus interimeret. Cum uero ſedulò quæſitos non inueniſſet, ſuam literis aduerſus ſanctos DEI ſententiam exponit. Poſtquã hæ literæ uenerunt ad Anulinum, edicto iubet ad ſupplicium duci Martyres: illi autem muniti figura ᵃ Crucis, admodum læti exierunt, ut qui non ad mortem ſed ad uitam potius æternam uocarentur, & contendebant alius alium præuenire, timentes ne Neronem ſuæ pæniteret ſententiæ, & beatum finem non aſſequerentur. Poſtquam autem Domino confitentes peruenerunt ad locum conſumationis, inuidens Christianis malignus beneficium, perſuadet lictoribus ut prius abigerent pios qui illic aderant, ne omnino fruerentur ᵇ ſanctificatione ſanguinis ſanctorum qui effundebatur, & ſic martyrum capita amputarent. Sed ſic quoq; à ſpe decidit execrandus, precioſæ enim ſanctorum reliquiæ Nazarij & Geruaſij cum ſocijs, à Chriſtianis quibuſdam non ſine DEI numine motis clam ablatæ, depoſitæ ſunt honorificè apud portam Ciuitatis quæ etiam uocatur Romana, XIIII. Menſis Octobr. Pauló poſt autem, diuini Martyres ᶜ apparent cuidam ex ijs Cereatio nomine & uxori Fortunatæ qui amici Martyrum erant, iubentes ut eorum corpora aſſumerent & occultarent, propter rabiem perſecutionis quam Nero impius excitauerat. Ille uiſione hac ſummè lætatus, ſurgens cum ueneratione illinc ſanctas aſſumit reliquias, & domi ſuæ deponit. Nouit quod ᵈ factum fuerat eius filia quæ erat paralytica, nam aduentu Martyrum priorem recuperauit ualetudinem. Atq; latuit quidem ſacrarum ille reliquiarum theſaurus, donec ad magnum Theodoſium, qui ex Iberia quæ nunc Hiſpania dicitur genus duxit, peruenerunt ſceptra Romani Imperij, quo tempore B. Ambroſius ſanctorum corpora Domino reuelante reperiit, uti dicturi ſumus ſuis in locis. Metaphr. in uit. S. Nazar. Geruaſ. Prothaſ. & Celſi ſub 14. Octobr. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub prid. Id. Iun. Ambroſ. in uit. S. Nazar. & Celſ. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 147. Volaterr. lib. 14. Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. Herman. Contract. in Chron. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 27.

ᵃ Signaculo crucis muniũt ſe ſancti DEI proceſſuri ad locum ſupplicij.

ᵇ Sanctificamur ſpectatores ſanguine Sanctorum.

ᶜ Niſi cultus ſanctorum res Deo grata eſſet non apparuiſſent uiri Dei Ceratio Illyrico. & petijſſent occultari ſua corpora propter rabiem perſecutorum?

ᵈ En quæ miracula Deus operetur per Sanctos ſuos Martyres.

RAVENNATES.

S. VITALIS ET VRSICINVS.

OBIIT ANNO XLVI.

S. VITALIS, eques Romanus, miles CHRISTI, natione Mediolanenſis, ex Valeria uxore gemellos Geruaſium & Prothaſium genuit. Qui militans cum Paulino Præfecto, Rauennam ingreſſus, Chriſtianus factus eſt. Et cum quendam arte medicum nomine Vrſicinum, natione Ligurem, multa ſuſtinentem ſupplicia, trepidantem ad ictum gladij, & ſecũ de abnegatione cogitantem uideret, eum confirmauit his uerbis: Noli, noli frater Vrſicine medice, qui alios curare conſueuiſti, te ipſum æterna morte occidere. Quibus ille corroboratus, ceruicem ſecuri prebuit: quem Vitalis honorificè ſepeliuit, & Paulino poſthæc obtemperare recuſauit. Chriſtianus itaq; accuſatus, & equuleo leuatus, cum idolis ſacrificare contemneret, uiuus in

foſſam altam demiſſus, terra ac lapidibus eſt obrutus. Sacerdos idolorum qui hoc conſilium dederat arreptus à dæmonio, die ſeptimo in aquas ſe præcipitans, miſerè perijt. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub. 4. Calend. Maij. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 95. Volaterr. lib. 20. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. Capitis cranea S. Vitalis Coloniæ uiſitur in Capitolio. Annal. Colonien.

S. APOLLINARIS.

OBIIT ANNO LXXVI.

a Petrus Rauennæ Epiſcopum conſecrat Apollinarem per manuum impoſitionem.

b Facto Crucis ſignaculo cæcus illuminatur

c Apollinaris Presbyteros & Clericos ordinauit, uti miniſtros neceſſarios ad Miſſarum celebrationem.

d En Pſallendi ritum die noctuq; in Eccleſia primitiua in uſu fuiſſe.

S. APOLLINARIS, Antiochenus genere, (Volater. lib. 13. Romanus) Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, ex Antiochia cum Petro Romam ueniens, Rauennæ a Epiſcopus manuum impoſitione conſecratur. Appropinquans Ciuitati, ad militem quendam Aſiaticum Irenæum nomine diuertit, filium eius cæcum inuocato CHRISTI nomine facto Crucis b ſignaculo illuminauit, atq; ipſum prouolutum ad pedes ſuos cũ parentibus, in fluuio non longè ab urbe baptizauit. Quod miraculum cum tribunus à milite cognouiſſet, aduocato Apollinari ut uxorem ſuam Theclam per annos plurimos grauiſsima decumbentem infirmitate ſanaret, cum apprehenſa manu curaſſet, tribunus ipſe cum uxore & filijs & familia ſua CHRISTO credens, ſalutaribus undis ablutus eſt. Manſit præterea in ædibus tribuni Apollinaris pluribus annis, ubi quotidie ad ſe uenientes infirmos ſanabat, et multos ad CHRISTI fidem adducebat, ac Presbyteros c & Clericos ordinabat. Adheretum quidem & Calocerum Presbyteros ordinauit, Marcianum uero nobiliſsimum uirum & Leucadium Philoſophum Diaconos fecit. Sex etiam Clericos inſtituit, cum quibus die d noctuq; DEO Pſalmos decantabat. Poſt annos duodecim, cum de eo Duci Saturnino nunciatum eſſet, producens eum Pontificibus Capitolij Rauennatis tradidit, ductuſq; ad templum Iouis ut immolaret, cum Sacerdotibus ſatius fuiſſe aurum & argentum idolis oblatum pauperibus erogari, quam ante dæmones appendi dixiſſet, fuſtibus ceditur, ſemiuiuus relictus ad mare: quem colligentes diſcipuli eius, per ſex menſes in domo cuiuſdam uiduæ Chriſtianæ fouebant. Inde ad Ciuitatem Claſſenſem ueniens ut quendam nobilem mutum Boniſacium ſanaret, cum domum ingrederetur puella ſpiritum immundum habens exclamauit, dicens: Recede hinc ſerue DEI, alioquin ligatis pedibus te de Ciuitate extrahi faciam. Quem Apollinaris increpans, protinus exire cocgit. Cumq; ſuper mutum nomen Domni inuocaſſet, & à Chriſtianis dictum fuiſſet Amen, loquendi facultatem ei reſtituit, ac eo die plus quam quingenti homines crediderunt in IESVM. Nec multo poſt à gentibus apprehenſus, iterumq; fuſtibus ceſus, IESVM nominare prohibetur, at ille in terra iacens, ipſum uerum DEI filium exclamabat. Mox nudis pedibus ipſum ſuper prunas ambulare coegerunt, ſed cum CHRISTVM conſtantiſsimè prædicaret urbe Claſſenſi expulerunt, qui extra muros in tugurio latitans, fidelibus ſe accedentibus CHRISTVM prædicabat, & f Miſſarum ſolennia celebrabat, baptizabanturq; in mari ſub nomine Triadis quotidie innumeri. Inde perrexit Æmiliam docendo populum ſecretò, Caloccrus autem Presbyter gubernabat Eccleſiam quæ erat Rauennæ.

e Conſuetudo Chriſtianorũ ad finem orationis Amen accinere.

f Attende Illyrice, Apollinaris celebrat Miſſam.

Procedēte tempore, dum Ruſi patricij Rauennatum Ducis unica filia infirmaretur, & ad eam ſanandam Apollinaris euocatus eſſet, ubi domum ingreſſus eſt cum Clericis ſuis, defuncta eſt puella. Cui Rufus: Vtinam domum meam ingreſſus non eſſes, dij enim magni indignati, noluerunt filiam meam ſaluare,

ſaluare, tu uero in quantum potes cura eam. Cui Apollinaris: Noli timere, & iureiurando deuincias te mihi, te puellã ſi ſurrexerit Saluatorem ſuum ſequi non prohibiturum, & cognoſces uirtutem Domini noſtri IESV CHRISTI. Quod cum feciſſet, oratione præmiſſa, puella reuixit & CHRISTI nomen confitens, baptizata eſt cum matre & familia a promiſcui ſexus CCCXXIIII. & CHRISTO conſecrata uirgo permanſit. Audiens hoc Cæſar, Meſſalino Præfecto prætorij ſcripſit ut Apollinarem aut ſacrificare dijs compelleret, aut in exilium mitteret. Præfectus itaq; immolare recuſantem, fuſtibus cædi iuſsit, & in eculeo leuari: Vbi dum cõſtantiſsime DEVM prædicaret, aquam feruentem in plagas recentes effundi, ac ſaxo os eius contundi, & graui pondere ferri uinctum in exiliũ in Illyricum relegari iuſsit. Videntes aũt Chriſtiani tantam impietatem, accenſi animo, in gentiles irruerũt, & plus quã ducentos ex eis interfecerunt. Quidam uero qui ſæuior erat in famulum DEI, arreptus à dæmonio, ſubitò expirauit. Quod uidens Præſes, recluſit ſe: Apollinarem uero in obſcurum carcerẽ claudi, & nihil miniſtrari alimenti ut ſic deficeret mandauit: quẽ quarto die cognoſcens ab Angelo Domini uidentibus cunctis cuſtodibus confortatum, ſecretò cathenatum in nauem impoſuit, & cum tribus clericis eũ ſequentibus in exiliũ miſit. Cumq; ſubitò oriretur tempeſtas, naui ſoluta, cũ clericis ſuis & duobus militibus periculum tempeſtatis euaſit, cæteris in mari mortuis, qui ſtatim renunciantes idolis, CHRISTO credentes, baptiſati ſunt in nomine S. Trinitatis. Et tranſitum faciens poſt Corinthum per Myſiam, nobilem quendã leproſum mundauit plurimoſq; ad fidem perduxit. b Rufus uero patricius & Rauennatum Princeps Capuam relegatus, gladio percuſſus martyriũ cõpleuit. Deinde ad ripam Danubij perueniens Apollinaris, multos fide ſibi ſociauit, ſed quærentibus eũ incredulis occidere, in partes Thraciæ deſcendit, cumq; eorum idola nulla darent reſponſa, pagani repertũ Apollinarẽ, exuerunt ueſtibus, & fuſtibus cæſum nauigio Rauennã miſerunt. Poſt annos igitur tres ad Eccleſiam ſuã rediens, cũ multa miracula per eũ patraſſet Dñs in littore Dalmatiæ dum regrederetur, ſubitò ſeditione exorta, dum Chriſtiani myſterium c facerent à gentilibus capitur, & ad templum Apollinis deducitur: cuius ſimulachrum uidens, cum ei maledixiſſet, ſubitò corruit. Hoc uidentes idolorũ Pontifices, ipſum Tauro iudici ut eum interficeret præſentarunt: cum autem filium eius cæcum illuminaſſet, Taurus credidit, & ipſum de manibus paganorũ ereptũ, quatuor annis in prædio ſuo conſeruauit, erat enim ab urbe miliario ſexto, ibiq; concurrebant ad eum omnes Chriſtiani, ut inſtituerentur in CHRISTI uerbo ſalutari. Sed Pſeudopontifices inuidia moti, Taurum apud Cæſarem accuſarunt, miſſa itaq; executione ad Demoſthenẽ patriciũ & uirum illuſtrem, Veſpaſianus Apollinarem ſecundũ leges iudicare iuſsit: qui ſanctũ Martyrem ſacrificare nolentem, cuidam Centurioni iam Chriſtiano ſed tamen occulto tradidit, cuius precibus cõmotus, dum in uicum leproſorũ pergeret donec populi furor cõquieſceret, à paganis interceptus, tamdiu cæſus eſt, ut mortuus exiſtimaretur: collectus autem à diſcipulis, ſeptem ad huc dies ſuperuixit, & poſt admonitionẽ ad diſcipulos habitam, ſpiritũ DEO tradidit.

Primit. Eccle. Prothonot. in uit. Apollinar. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub 10. Cal. Auguſt. Petr. Chryſolog. Rauenn. Sermo. 128. Volaterr. lib. 13. Antonin. part. 1. tit. 9. cap. 26. §. 2. Herman. Contract. in Chron. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 128.

a Principis Rauennatum filia à B. Apollinare Chriſto conſecrata, uirgo permanſit.

b Apollinaris ad Ripã Danubij peruenit, & multos ad fidem perduxit Romanam.

c Chriſtiani faciunt myſterium, quale eſt Sacrificij Miſſæ.

AQVILEIENSES.

S. EVPHEMIA, DOROTHEA, THECLA, ET ERASMA.

OBIIT ANNO LX.

a S. Euphemia, Dorothea, Thecla & Eraſma uirgines DEO conſecratæ.

b Attende be retice uenerationem Sanctorum reliquiarum.

c En Illyrice, Hermagoras erigit templū & quidem in honorem S. Euphemiæ, Dorotheæ, Theclæ & Eraſmæ uirginum, in quo Miſſæ celebrarentur.

d En diuitias & prouentus annuos Eccleſiæ Aquileien̄. tempore Apoſtolorū.

S. EVPHEMIA, Dorothea, Thecla, & Eraſma uirgines, fratrū Valentij gentilis & Valentiani Chriſtiani filiæ, à S. Hermagora Epiſcopo Aquileienſi D. Marci baptizatæ diſcipulo, a DEO uirgines conſecratæ ſunt. Paucis poſt ea elapſis menſibus, cū Valentius filias ex ampliſsimo genere in ampliſſimam familiā collocare ſtatueret, reſponderunt ſe CHRISTVM ſponſum immortalem habere, cui uirginitatem ſuam perpetuo dedicaſſent. Hoc audito iratus, arrepto gladio, tollendas interficiendasq́ curauit. Et cum fugerent ad domum Valentiani patrui Chriſtiani, apprehenſæ à Seruaſto Præſide cum Thecla & Eraſma uirginibus, quod CHRISTO Domino ſe ſacrificare dicerent, eas nudas uirgis cædi, deinde uerſis pedibus ſuſpendi, & malleis capita earū contundi iuſsit. Cumq́ mēbra lapidibus & fuſtibus debilitata, manus contuſæ, digiti confracti, & nerui conciſi eſſent, in carceres trudi uoluit. Manè autem facto, cum ſe à IESV Saluatore ſanatas aſſererent, in equuleo ſuſpenduntur, & ad latera ipſarum lampades ardentes applicantur. Hinc mammillæ reſecantur, canibus proiectæ, quas intactas cuſtodiebanr. Nocte autem ipſa, Valentianus mammillas b uirginum ſicut roſas reſplendeſcentes inuentas, Hermagoræ Epiſcopo pro reliquijs obtulit. Sequenti die uirgines nudæ (quas Angelus Domini operuerat ſtola candida) circumductæ, à Valentio truncatis capitibus in fluentum ſunt deiectæ: & ſubitò terræmotu facto, ignis de cœlo deſcendens, tyrannum cum ſuis contriuit. Hermagoras autem corpora uirginum diuinitus ad fluminis ripam in naui deducta, in domo Valentiani monumentis marmoreis ſepeliuit, ubi & Altare conſtruxit, & domum ipſam in honorem Sanctarum in Eccleſiam c conſecrauit, cui omnes facultates d ſuas conceſsit Valentianus. Petr. de Natal. lib.8.cap.29. Volaterr.lib.15.

S. HERMAGORAS ET FORTVNATVS.

OBIIT ANNO LXXVII.

e Sacerdotes Leuitæ atq; Diaconi ad comprobandum Miſſæ ſacrificium ab Hermagora cōſtituuntur.

f Archidiaconus primitiuæ Eccleſiæ.

g Crucis aduerte tu ſanctæ demolior ſignaculum eius cæcos illuminat.

b In primitiua Eccleſia triduanum ieiunium præceßit baptiſmum.

S. HERMAGORAS, à D. Marco ad CHRISTI fidem conuerſus, à B. Petro Epiſcopus Aquileiæ & totius Venetæ prouinciæ Prothopræſul conſtitutus eſt, ſanctitate uitæ ac doctrina tantum præſtitit, ut maximā populi partem ad lucem ueritatis & fidem contraheret, Sacerdotes, f Leuitas & Diaconos conſtitueret, inter quos Fortunatum quendam Archidiaconū g ordinauit. Cæcos facto Crucis h ſignaculo illuminauit, ægros quoſcunq́ ſanauit, & obſeſſos à dæmonibus liberauit. Verum reclamantibus in Seuaſtum Ciuitatis præſidem gentilium deorum Sacerdotibus, idolis ſacrificare iuſſus, cum ſibi Epiſcopo Chriſtiano facere id non licere reſpondiſſet, loris cæſus, equuleo ſuſpenſus, & unguibus circa pectus raſus, in carcerem cōijcitur: inter cuius tormenta Pontianus carceris cuſtos ad CHRISTVM conuerſus, poſt triduanum i ieiunium baptizatur. Gregorius nobilis ciuis Aquileien̄, cuius filiū à dæmonio uexatū liberauerat, media nocte ueniens,

cum

cum coniuge & duobus filijs atq; tota familia publicè confeſſus eſt ſe Chriſtianū eſſe. Vidua rurſus illuſtris Alexandrina nomine dudū oculis priuata, cū in carcere à S. Hermagora uiſum reciperet, intra domū ſuam cū omni familia ſacris undis à Fortunato Diacono abluitur. Cumq; ſic in confeſsione CHRISTI perſiſteret, poſt atroces aliquot cruciatus ignibus ad latera eorū admotis, una cū Fortunato Diacono decollari iuſſus eſt. Sanctorū corpora Pontianus & Gregorius cum Alexandrina fœmina illuſtri collecta, extra murū ciuitatis Aquileien. ſepeliuere. Beda & Iſuard. ſub 4. Id. Iul. & prid. Id. Septembr. Volaterr. lib. 15. Sabell. lib. 3. part. 4. de uetuſt. Aquileiæ. Herman. Contract. in Chron. Bergomen. Chron. libr. 8. Petr. de Natal. libr. 6. cap. 68. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 16.

Obſeruā cultum reliquiarum Flaci.

PADVANI.

S. IVSTINA.

S. IVSTINA Virgo, Regis chriſtianiſsimi Vitaliani & Prępedignæ filia, à B. Proſdocimo Petri diſcipulo & Patauino baptizata Prĕſule, defunctis parentibus, dū inter generoſas fœminas uirginitatis uotū obſeruans in ſua patria moraretur, Maximianus tyrannus Vitaliani ſucceſſor Mediolano uenit ad urbem Patauinam, tribunali in campo Martio erecto, ut illic ſanctos DEI diuerſis pœnis afficeret, aut compelleret immolare. Cumq; B. Iuſtina de ſuo prædio aſcenſo uehiculo ad uiſitandos DEI famulos properaret, uidens quod Maximiani milites eam perſequerentur, fugere cœpit, arbitrata quod occaſione ſtupri eam comprehendere uellent: & cum in anguſto pontis qui ex marmore conſtructus erat eam concluſiſſent, oratione ad Dominum fuſa, genuum ueſtigia quibus pontem tetigerat impreſsiſſe dicitur, quæ in hodiernum diem ibi maneant. Regi præſentata & dijs ſacrificare iuſſa, conſtanter ſuam edidit confeſsionem, ſe Chriſtianam eſſe DEVMq; omnipotentem, qui omnia crearit colere: deos gentium non eſſe ueros deos, ſed dæmonia. Maximianus ob eam confeſsionem uirginem abſq; alijs tormentis utpote regali ſanguine natam gladio confodi mandauit. Et cum DEO gratias egiſſet in loco paſsionis gladio affixa, per horam integram expanſis manibus & erectis in cœlum oculis Chriſtianos aſtantes in Domino confortans, cunctiſque ualedicens, ſpiritum emiſit. Cuius corpus à S. Proſdocimo Patauij ſepultū eſt. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 32. & lib. 10. cap. 33. Volaterr. lib. 15. Bergomen. in clar. mulier. de Iuſtin. uirgin.

OBIIT ANNO LXXX.

Nota uotum uirginitatis in primitiua Eccleſia.

En genuflexiones miraculo confirmatas.

PISANI.

S. TORPES.

S. TORPES, Vir clariſsimus inter Neronis Auguſti aulicos, ſpiritu DEI tactus, à B. Antonio Preſbytero occultè baptizatus, & ab Angelo ſibi comparante in fide comfirmatus eſt. Hunc Imperator cum cognouiſſet eſſe Chriſtianum, comprehenſum Satellico propinquo ſuo puniendum dimiſit, ipſe uero Romam redijt. Satellicus Torpetem in carcere triduo ferro uinctū eneruat, deinde ad columnam ligatū alapis cæſum, uerberibus affici iubet: ſed orante ſancto, columna corruit, & Satellicum cum quinquaginta miniſtris oppreſsit. Quem filius Satellici Syluius rota conſtrictū mane beſtijs exponit, Leopardus quidem ad pedes ſancti procedens manſuetus redditur, Leo uero

OBIIT ANNO LXIIII.

ubi in eum irruere cepit ſubitò moritur. Quod uidens Euellius Conſiliarius Imperatoris ad CHRISTVM conuerſus Romæ decollatus eſt. Exinde oratione Torpetis templum Dianę, quod conſtruxerat Nero in reſtauratione ciuitatis Piſanę, ab Angelo ſubuerſum eſt, & idolum in puluerem redactum. Propter quod iuſſu Syluij ad Arnum fluuium ſanctus martyr raptus, & capite truncatus, in nauiculam cum cane & gallo expoſitus, Angelo duce ad Hiſpaniam traiecit, à Regina Chriſtiana Celerina (quæ in ſomnis diuinitus admonita corpus ſancti reperit) honorificè ſepultus. Ceſſante quocp perſecutione de facultatibus ſuis Eccleſiam miro opere ſupra Diui corpus conſtruxit. Ado Treueren. & Beda ſub 16. Cal. Iun. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 8.

a Hæc hue Illyrice, hæc eſt magnificẽtia eccleſiæ primitiuæ Regina Celerina de facultatib. ſuis eccleſiam miro opere conſtruit.

TARRACINENSES.

S. FL. DOMICILLA.

OBIIT ANNO XCI.

S. FL. DOMICILLA, nobiſsima Virgo Romana, Fl. Clementis ex ſorore neptis, Aureliano filio Conſulis nepoti Domitiani Imp. in coniugem delecta, datis duobus eunuchis cubicularijs Nereo atcp Achilleo, quantumuis facultatum [b] commodis & rerũ terrenarum abundantia plurimum floreret, pro CHRISTI tamen amore (inprimis Nerei & Achillei eius eunuchorum documentis præmonita) omnem coniugij uoluptatem, omnemcp poſteritatis curam, diuitiarum illecebras, ſeruili ueſte induta, [c] & ſacro uelamine ab auunculo ſuo Clement. Pont. Rom. conſecrata, uirginitatis perpetuæ uotum prima emiſit. Hæc generis nobilitate, doctrina atcp religione inſignita, pietatem adeo ſopere uiſa eſt, ut per ipſius eleemoſynas cuncti egeſtate laborantes penè ſuſtentarẽtur, pupillicp omnes in ea matrem inueniſſe dicerentur. Cumcp [d] his uirtutibus iugiter inſiſteret Flauia hæc uirgo, CHRISTI fidem & uerbo & opere conſtantiſsimè prædicans, ab infidelibus iuſſu Domitiani principis capta, innumeris uerberibus contumelijſcp diu afflicta, cum Nereo & Achilleo in Pontianam inſulam relegata eſt. Poſt obitum uero ſanctorum CHRISTI Martyrum, Aurelianus ſponſus uirginem exilio reuocans, cum nec uel minis uel muneribus à uirginitatis propoſito reuocare poſſet, poſt choreas [e] & ſaltationes uiolenter eam opprimere conatus eſt, ſed diuina ultus uindicta, per biduum continuum ſaltans ſpiritum exhalauit. Hinc obtenta ab Imperatore licentia, in cubiculo domus ſuę, apud Tarracinam Campaniæ ciuitatem, à Luxurio tyranno uiua exuſta eſt, ubi morabantur clauſæ in carcere. In facies autem ſuas [f] proſtratæ orantes Dominum, earum corpora mane illæſa à S. Cęſario Diacono collecta, in ſarcophago nouo ſimul condita, & temporis ſucceſſu Elephanciacum delata ſunt. Priml. Eccleſ. Prothonot. in uit. Clement. Euſeb. in Chron. & lib. 3. cap. 19. Nicephor. lib. 3. cap. 10. Eutrop. lib. 9. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Ado Treueren. & Bed. ſub Non. Maij. Volaterr. lib. 15. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 1. §. 7. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 138.

b En facultatũ & diuitiarũ abundantiam apud primitiuæ eccleſiæ Chriſtianos q uiuentes in cõmuni poſuerunt omnia ad pedes Apoſtolorũ ut Lucas in Act. teſtatur.

c Videſne Illyrice quod antiquitus Chriſto uirgines uirginitatem uouerint, ſacris conſecratæ uelaminibus.

d Tantus erat theſaurus primitiuæ eccleſiæ ut nullus egens eſſet inter eos. Elwangen.

e Caueant ſibi Apoſtatæ ubi cucullatus cum cucullata matrimonium contrahere non timet. Sed caninum matrimonium illud, unde nec ipſi matrimonium ut rem leuem pro Sacramento obſeruant.

f En preces miraculo confirmatas.

AMI-

AMITERNI.

S. VICTORINVS.

S. VICTORINVS Epiſcopus, poſt obitum parentum una cum Seuerino fratre ſuo omnia pro CHRISTO [a] diſpenſauit, atq; in eremum tendens, arctiſsimę cellulæ ſe incluſit, pœnitentiæ [b] uacans operibus. Promotus itaq; ob uitæ ſanctimoniam ad Amiternę urbis Epiſcopatum, cum plures de Chriſtiana religione docuiſſet, ſub Nerua Impera. cum ſeruis DEI Eutice & Marone quod Fl. Domicillam uirginem CHRISTO lucrati eſſent, iuſſu Aureliani Pręſidis, ad locum qui Cotilas dicitur, ubi putentes & ſulphureæ emanent aquę capite deorſum uerſo, per tres dies ſuſpenſus, capite tandem truncatus eſt. Ado Treueren. & Iſnard. ſub 17. Cal. Maij. Beda ſub 9. Septem. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 39. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 1. §. 8.

OBIIT ANNO XCVIII.

a Quæ nunc illa inopia primitiuæ eccleſiæ ad Syluestri uſq; tempora hæretiæ et cũ tamen facultates in uſum eccleſiæ conuerterint ſancti Dei.

b Pœnitentia non ſolam fidem ſed & bona opera requirit.

PARTIS QVINTÆ.

DISTINCTIO II.

***DE VITA MIRACVLIS ATQVE** Martyrijs, Sanctorum Germaniæ.*

TREVERENSES MARTYRES.

S. EVCHARIVS.

SANCTVS EVCHARIVS, diſcipulus ex LXX. à B. Petro Apoſtolorum coryphæo in Gallias & Germaniam miſſus, cum ſocijs Valerio atq; Materno, Epiſcopus Treuericę urbis factus, populum gentilitatis errore liberauit; adorarant enim antea centum idola, per quæ dæmones loquebantur. Albanæ ſenatricis cuiuſdam filium defunctum Treueris ex mortuis reſuſcitauit, pro quo beneficio cũ dediſſet fœmina domum ſuam ſancto DEI uiro, ipſe mox ex illa ipſa domo priuata publicum eorũ qui iam CHRISTO credebant templum faciens, S. Ioanni Euangeliſtæ idipſum dedicauit. In hac domo & in hoc ipſo templo S. Eucharius habitauit, in hac mortuus, ibiq; ab auditoribus in ſubterraneam poſitus & ſepultus eſt cryptam. Annal. Treuiren. Vuolfg. Bawr in uit. Pręſul. Nemetocern. Ioan. Mutterſtat in Epi. Spiren.

OBIIT ANNO LX.

En Eccleſiarũ demolitor S. Eucharius templum Treueris D. Ioanni Euangeliſtæ ſacrũ erigit, ad Miſſarum celebrationes.

BARDOVICENSES.

S. ÆGISTVS.

S. ÆGISTVS, unus ex numero LXX. à Petro Apoſtolo Germaniæ prædicaturus in Bardewickh, ad fluuiũ Elmenow, non procul ab eo loco ubi nunc Luneburga ſita eſt miſſus, urbis eiuſdem cõſecratus Epiſcopus, cum gentilitiæ prauitatis effugare cœpiſſet nebulas, una cum Mariano Diacono martyrio coronatus, migrauit ad Dominum. Henric. Erford. cap. 5.

OBIIT ANNO LX.

PARTIS QVINTÆ

DISTINCTIO III.

DE VITA MIRACVLIS ET MARtyrijs Sanctorum Galliæ.

PARISIENSES MARTYRES.

S. EVGENIVS.

OBIIT ANNO XCVI.

SACTVS ĘVGENIVS, B. Areopagitæ Dionyſij diſcipulus, & ab eo Toletanus primus conſecratus Epiſcopus, poſtquam multos CHRISTO uendicaſſet gentiles, deſiderio uidendi magiſtrum captus Pariſios redijt. Cumq́ꝫ perueniſſet ad locum quendam nomine Diolum, à paganis interceptus, ſub conſtanti Chriſtianæ fidei confeſſione capite cæſus eſt, et corpus eius in uicina proiectum fluenta. Ceſſante tamen perſecutione, Hercoldo [a] cuidam in ſomnis apparens, cum eum ab infirmitate qua detinebatur liberaſſet, incorruptum adhuc collectum & uehiculo impoſitum, diuino nutu bobus ultra uiri prædium procedere non ualentibus, Baſilica [b] eo loco ab ipſo Hercoldo conſtructa ſepultum eſt, ubi requieuit ad annũ MDLXV. quo Toletum ſacratiſsimum corpus translatum fuit, Pet. de Natal. lib. 10. cap. 62. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 4. Vincent. lib. 10. cap. 25. Vuerner. Carthuſ. in temp. faſc. De translatione B. Eugenij ad ædem Toletanam, uide ſupra part. 1. diſt. 4. de Epiſc. Toletan. in Hiſpan.

a En reliquiarum cultũ & uenerationẽ miraculo confirmatum.

b Hercoldus Baſilicã erigit B. Eugenio ut quotidie in ea Miſſæ celebrarentur & offerentur Deo ſacrificia

S. IONIVS.

OBIIT ANNO XCVI.

S. IONIVS, Petr. de Natal. lib. 8. cap. 106. Ion. Athenienſis, Græcus, B. Areopagitæ auditor comes atq́ꝫ ſocius peregrinationis, Presbyter ordinatus Gallias adijt, Euangelium prædicans propè Pariſios: & quia iuſtitiæ zelo ferucbat, ꝓ cibo [c] crudis utebatur herbis, potum aqua frigida miniſtrabat, tempore uero quadrageſimæ [d] bis tantum in hebdomada cibum capiebat. Cumq́ꝫ immediatè CHRISTVM annunciaret, uerberibus cæſus Iuliani Præfecti mandato ſecuri percutitur. Abſciſſum caput, manibus ad locum ubi ſepulturam elegerat, miro fragrans odore, luce cœlitus demiſſa detulit, ubi nunc quieſcit. Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 2. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 106. Vincent. lib. 10. cap. 23. Vuern. Carthuſ. in temp. faſc.

c Videsne ciborũ fuiſſe delectum & ieiuniũ in primitius eccleſia.

d En quadrageſimæ obſeruationẽ tempore Apoſtolorũ. & tam ſtrictam ut bis tantũ uiri Dei in hebdomada cibum caperent.

METENSES.

S. CLEMENS.

OBIIT ANNO LXXIIII.

S. CLEMENS, cognomento Flauius, Conſul Romanorũ, patruus S. Clementis Papæ, à B. Petro Apoſtolorum baptizatus coryphęo, in Gallias

miſſus

miſſus, ad Ciuitatem Metenſem uenit, ibiq; officioſiſsimè à quodam hoſpite receptus eſt cum ſocijs Cœleſto atq; Fœlice. Erat autem tum Metis amphi-teatrum nobile ab Octauiano conſtructum Imperatore, in quo horrendæ magnitudinis draco habitabat, hic halitu peſtifero ita infecerat urbem, ut multis iam extinctis hominibus, etiam animalia & aues uolitantes deficerent. Clemens urbis liberationem ſi CHRISTO credant promittit, & concurrente omni populo ut baptizaretur, primo quidem ægris oratione ſua ſanitatem reſtituit, deinde Miſſarum [a] ſolennijs celebratis, (Antonin. part. 1. tit. 6. ca. 26. Anton. Monchiac. Democar. li. 2. de Miſſ. cōtr. Caluin. cap. 42.) ad locū acceſsit cum [b] pſalmis & orationibus, ubi CHRISTI nomine inuocato, Cruce facta [c] draconem ſtola [d] ſua circa collum cinctum, omnibus Kirieeleyſon acclamantibus ut à ſancto edocti fuerant, in Selnam fluuium urbi contiguum deducens, ne unquam compareret ſubmerſit. Cathedram deinde erigens Epiſcopalem, Clericos [e] ordinare, cōſecratos in diuerſis gradibus promouere, & Eccleſias conſtruere cæpit, atq; poſt fœlix paſtoris regimen, in pace quieuit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 113. Vincent. lib. 9. cap. 42.

a Miſſarum ſolennia celebrauit Clemens.

b En Pſalmorum & orationum uſum in Apoſtolica Eccleſia.

c Ecce Crucis efficatiā miraculo confirmatam.

d Ecce uſum ſtolæ in Eccleſia primitiua, & uſum Kirieleyſon.

e Quid quæſo aliud Flaci, quam Miſſarum ſolennia comprobant, hæ Clementis Clericorum ordinationes, conſecratorum in diuerſis gradibus promotiones, & Eccleſiarum ædificationes?

REMENSES.

S. TIMOTHEVS ET APOLLINARIS.

S. TIMOTHEVS Martyr, quod ſub Nerone Imp. Auguſto, Præſide uero Lampadio ſe Chriſtianum eſſe conſtanter affirmaſſet, aceto & calce maceratus, deinde plagis acerrimis cæſus eſt: atqui diuinitus cōfortatus, cum iam in ſupplicio eſſet, duo Angeli comparuere dicentes: Erige caput in cœlum ac uide, & intentis in cœlum oculis, uidit cœlos apertos, & IESVM coronam ex auro gemmis diſtinctam clariſsimis cōprehendentem, atq; dicentem: Hanc manibus accipies meis. Quod cum quidam Apollinaris cognouiſſet, ſacris undis & ipſe ablutus, in uincula coniectus eſt. Mox Timotheus à Præſide uocatur, ut plumbo liquefacto ſuffocaretur, quod tanquam glacies repentè refriguit, quo uiſo miraculo multi gentilium CHRISTO credentes, noctu à S. Mauro Presbytero baptizati, die uero ſequenti iubente Præſide decollati ſunt. Timotheus autem & Apollinaris eculei extenſione cruciati, poſtmodum craticulis exuſti, nec nō beſtijs obiecti, ſed ab his intacti, ad poſtremum in urbe Remenſium gladio iugulati ſunt. Statimq; iaculum ignitum cœlitus delapſum, Præſidis humerum dextrum uulnerauit, eumq; à dæmonio arreptum membratim concidit. Sanctorum reliquias quidam ædificata [f] in eorum honore Baſilica deuotus expetijt, quas Pontifex qui aderat cum honore per Presbyterum ei direxit, cumq; iter ageret, mulier importuna & indigna merito in uia procedit, ſalutatoq; Presbytero deoſculatur linteum quo ſacræ tegebantur fauillæ, & ſibi de hijs aliquid condonari rogat, tum Presbyter precibus mulieris uictus dimittit ei particulam, [g] ſed iter expedire incipiens, loco affixus firmiter hæret, nec moueri poterat: intelligens itaq; Martyrū ſe uirtute teneri, pænitentia motus recepit quod largiri præſumpſerat, reſtitutoq; in capſa quod abſtulerat abire permiſſus eſt. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 95. Gregor. Turoneñ. in lib. in glor. plur. Martyr. edito cap. 62.

OBIIT ANNO LXIIII.

f En Baſilicā S. Timothei & Apollinaris tempore Eccleſiæ primitiuæ extructam.

g Vides reliquiarū tranſlationem fieri non poſſe nec debere niſi per uiros & DEO dignos & conſecratos.

BELVACENSES.

S. LVCIANVS.

OBIIT ANNO LXXXIX.

a En Ciborũ delectum illy tice.

b Quadrageſimæ ieiuniũ rigidè obſeruatum ut B. Lucianus bis tantũ in hebdomada cibum ſumeret miraculo confirmatur.

c Presbyteri illi & Eccleſiæ miniſtri quid quæſo oſtendunt quàm Miſſæ ſacrificium? ad hoc enim fuêre ordinati.

S. LVCIANVS, B. Apoſtolorum Petri inprimis diſcipulus, & ab eo in Gallias una cum Dionyſio Areopagita miſſus, cũ Beluacen. Præſul conſecraretur, triginta millia gentilium abſq; ª mulieribus & paruulis ad CHRISTVM conuertit. Vir miræ patientiæ, ſummæ abſtinentiæ, & omniũ uirtutum chariſmatibus ᵇ exornatus. Alius eius cibus non erat quã herbarum uirentium eſus, potum aquæ frigidæ feſſo corpori tribuebat, quadrageſimæ uero tempore bis tantum in hebdomada comedebat, ſuſtentabat enim eum cæleſtis alimoniæ uirtus. Cum autẽ Iulianus præfectus ex decreto Imp. Domitiani Chriſtianos inſequeretur, Lucianum Beluaci commorantem fuſtibus cæſum, quod CHRISTI nomen uiua uoce confiteri nõ timeret, cum Maximiano ᶜ Presbytero & Iuliano decollari mandauit. Quo facto lux immenſa ſuper corpus exanime emicuit, & uox de cœlo audita eſt: ueni famule bone Luciane, qui pro me ſanguinem effudiſti, ad præparatam tibi manſionem in cœlis. Mox corpus truncatum ſe erigens, & abſciſſum caput manibus proprijs aſſumens, ad tria miliaria, in locum quo ſepeliri elegerat deportauit. Viſoq; tanto miraculo, quingenti uiri ad CHRISTI fidem ſunt conuerſi. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 3. Petr. de Natal. lib. 2. cap. 55. Martin. in Chron. Volaterr. lib. 16. Beda & Iſuard. ſub. 6. Id. Ianuar.

SANTONENSES.

S. EVTROPIVS.

OBIIT ANNO CXVI.

S. EVTROPIVS, Perſa, Xerxis Adimundi Babyloniæ Perſarũ Regis, & Gumæ Reginæ filius, Abdiæ Epiſcopi Babyloniæ diſcipulus, à pueritia Græcis & Chaldæis edoctus literis, liberalibusq; imbutus ſtudijs, cum ad Herodem Regem in Galilæam proficiſceretur, audita miraculorum fama quæ de CHRISTO in illis partibus increbreſcebat, ad eum acceſsit: quem uidens & audiens, licet gentilis, reuereri cœpit. Fuitq; præſens miraculo quando Saluator ex quinq; panibus & duobus piſcibus quinq; millia hominum ſatiauit, & iam in ipſum credens, eidem ut diſcipulus adhæſiſſet, niſi pædagogum Nicanorem timuiſſet. Reuerſus inde ad parentes, quod uidiſſet narrare cœpit. Nec multo poſt amore IESV flagrans, à patre licentia impetrata, in Iudæam reuerſus eſt: cumq; die palmarum IESVS ueniſſet Hieroſolymam ſedens ſuper aſinum, Eutropius interfuit una cũ cæteris flores & ramos oliuarum in uiam ſternens, fuitq; de numero illorum gentilium, qui acceſſerunt ad Philippum ut IESVM uiderent. Ioann. 12. Audiens uero cum ad patriam rediſſet CHRISTVM occiſum, in ultionem mortis eius omnes Iudæos Perſidis interfici mandauit. Deinde Apoſtolis glorioſis Simone & Iuda in Babyloniam ad prædicandũ CHRISTVM proficiſcentibus, & doctrinã ſuã plurimis miraculis confirmantibus, Eutropius cũ patre iam ſene & uniuerſo regno CHRISTO credens, ſacrum baptiſma ſuſcepit, ubi & Apoſtoli Abdiam ordinarũt Epiſcopũ, Eutropium uero Diaconum. Et mundo ſe abdicans, Romam profectus, à Petro Apoſtolorũ Corypheo in Gallias dirigitur, Sanctonaſq; ueniens eiuſdem urbis Epiſcopus conſecratus, cum

Euſtellam

Euſtellam Santonum Principis filiam conuerteret, & ſacræ uirginitatis uelamine conſecraret, multumq; [a] populum ſignis clarus Domino acquireret, urbis cū uirgine repulſam patitur, in [b] tuguriolo ieiunijs & orationibus operam impendens ſtrenuam: ſed comprehenſus à gentilibus, primo quidem lapidibus obrutus & plumbatis cæſus, reſecato mox capite ob CHRISTI confeſsionem occubuit. Ado Treuereñ. & Iſuard. ſub prid. Cal. Maij. Greg. Turon. in lib. in laud. plur. Martyr. edito. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 3. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 105. Beda ſub 3. Cal. Maij.

a S. Euſtella uirginitatis uelamine cōſecratur.
b En Flaci, ieiunia & orationes.

BITVRICENSES.

S. APHRODISIVS.

OBIIT ANNO LIIII.

S. AHRODISIVS, genere Ægyptius, totius Ægypti præfectus eo tempore quo puero IESV fugato & in templum deorum delato idola omnia corruerunt, poſt Dominicam Saluatoris aſcenſionem præfectura relicta Antiochiam ueniens, ibi baptizatus atq; D. Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus factus eſt, cum quo poſtmodum Romam iuit, atq; ad Gallias cum S. Paulo Sergio Narboneñ. Antiſtite directus, Bituriceñ. eſt cōſecratus Epiſcopus. Ciuitatem adgreſſus, ſalutare omnium, CHRISTVM Dominum populis [c] nunciauit. Ex his ergo pauci admodum credentes, Clerici ordinati, ritum Pſallendi ſuſcipiunt: & qualiter Eccleſiam conſtruant, uel omnipotenti DEO ſolennia celebrare debeant imbuuntur. Sed illis paruam adhuc ædificandi facultatem habentibus, ciuis cuiuſdam domum, de qua Eccleſiam faciant expetūt. Senatores uero uel reliqui meliores loci, fanaticis erant tunc cultibus obligati: qui uero crediderant, ex pauperibus erant. Hi uero non obtenta à quo petierant domo, Leocadium quendam primum Galliarum Senatorem, qui de ſtirpe Vetij Epagati fuit, repererunt. Cui cum petitionem ſuam & fidem pariter intimaſſent, ille reſpondit: Si domus mea, quam apud Bituricam urbem habeo, huic operi digna eſſet, præſtare non abnegarem. Illi autem audientes, pedibus eius proſtrati, oblatis [d] trecentis aureis cū diſco argenteo, dicunt eam huic miniſterio eſſe congruam. Qui acceptis de his tribus aureis pro benedictione, clementer indulgens reliqua, cum adhuc eſſet in errorem idololatriæ implicitus, Chriſtianus factus, domum ſuam fecit [e] Eccleſiam. Hæc eſt nunc Eccleſia apud Biturigas urbē prima, miro opere compoſita, & primi Martyris Stephani reliquijs illuſtrata. Virtutibus ac ætate maturus Aphrodiſius, in Domino quieuit apud Biturigės ſepultus. Gregor. Turon. Hiſt. lib. 1. Volaterr. lib. 13. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 218.

c Ecce pſallendi ritum in Eccleſia primitiuũ.
d Non tanta fuit inopia Eccleſiæ tempore Apoſtolorum quin pro loco deputato ad conſtruendam Eccleſiam offerrent 300. aureos cum diſco argenteo.
e Eccleſia conſtruitur apud Bituricenſes.

AQVENSES.

S. MAXIMINVS.

OBIIT ANNO LXXXVI.

S. MAXIMINVS, unus ex LXX. CHRISTI diſcipulis, cui à D. Petro Apoſtolorum Principe Maria Magdalena cōmendata fuerat, DEO duce, ſine remige mari expoſitus à Iudæis, Maſsiliā applicans, primus Aquen. conſecratus eſt Epiſcopus. Vbi uerbo prædicationis uacans, & miraculis coruſcans, in CHRISTO quieuit, ſepultus in monumento quod ſibi conſtruxerat ante ſacrū Altare iuxta corpus Magdalenę. Hunc Miſſam celebraſſe & celebrare

Aduerte Flacci S. Maximinus & Cedonius Miſſarũ ſolennia celebrarunt.

& celebrare conſueuiſſe diſcimus, quod morienti S. Magdalenæ poſt Miſſarum ſolennia ſacroſanctam Euchariſtiam adminiſtraſſe legimus. Nec à ſuperioris & Apoſtolorum ueſtigijs in Miſſæ traditione S. Cedonium ſucceſſorem quis dicet abſceſsiſſe. Anton. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. cõtra. Caluin. cap. 32. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 101. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 19. §. 1. Volater. lib. 17.

S. MARTHA.

OBIIT ANNO LXIX.

S. MARTHA, præclara CHRISTI IESV diſcipula, hoſpitaćp largiſsima, & multa ſanctitate egregia, nobilitate facultatibuſćp, ac etiam regia propinquitate, nec non & omnium bonorum fama ſatis clara, ex oppido Bethanico, Syro patre Eucharia matre nata, quam hæmorrhoiſſam illam fuiſſe, quam CHRISTVS ſanauit fluxu ſanguinis, Ambroſ. dicit. Mariæ Magdalenæ [a] & Lazaro ſoror, quæ cum eis iure hæreditatis maternæ tria pôſſidebat oppida, ex quibus multos percipiebat fructus & prouentus, cum ſacras nõ ignoraret literas, conſecuto ſanitatis beneficio, ut familiaritatem CHRISTI medici ſui mereretur adipiſci, ſtatim ſeſe magiſterio & doctrinæ beatiſsimæ matris eius informandam tradidit. Delectatus eſt autem IESVS horum hominum pietate, ut ſæpe ad eos diuerteret, & eos erudiret, ſicut Luc. 10. Ioan. 11. & 12. ſuperius quoćp in uita CHRISTI narratur. Poſt CHRISTI ad cælos aſcenſum, cum facta eſſet diſcipulorum perſecutio à Iudæis, innumeris iniurijs & contumelijs atćp damnis immenſis laceſsita, patrium ſolum linquere compulſa fuit: in nauim autem impoſita, quæ uelis, remis clauoćp ſpoliata, mari committebatur, ut ſic naufragio periret, tranſuecta DEO gubernante mare, cum Maximino & Maria Magdalena, alijſćp nonnullis CHRISTI fidelibus, non longè à Maſsilia in ſigni Galliarum urbe incolumis applicuit. Vbi Magdalena ſorore relicta, ad mediterranea penetrans, ad Aquenſem urbem Martha peruenit, & cum eſſet lingua diſerta, ingenio diuino ac peracuto, eiuſdem populi partem ad CHRISTVM conuertit, atćp ipſius fidem prodigijs ac clariſsimis miraculis ſemper comprobauit. Siquidem draco miræ magnitudinis erat quodam in nemore, inter Arelatem & Auinionem conſtitutus, medius uidelicet animal reſiduusćp draco, quẽ incolæ Teraſcurum uocabant, hic cum omnem longè latećp uaſtaret prouinciam, eum Martha populorũ precibus [b] permota acceſsit, & aqua benedicta in modum Crucis aſperſum cingulo ſuo alligatũ interfecit, ibićp deinde quamdiu uixit, ardentes diaboli [c] ſagittas, ieiuniorum & uigiliarum multarum frigoribus reſtringere curauit, atćp pro ſalute multorum labores innumeros, perſecutiones, anguſtias ac ægritudines plurimas patiẽter pertulit. Veſcebatur [d] primis annis herbis crudis, radicibuſćp ac pomis ſylueſtribus: poſtea ſororum multarum congregato conuentu, Baſilicam [e] monaſteriumćp conſtruxit, & ea per Maximinum Aquenſem, Trophimum Arelatenſem, & Eutropium Santonenſem Epiſcopos, in honorem IESV CHRISTI eiuſćp Genitricis XVI. Cal. Ianuar. deuotiſsimè conſecrata, ſempiternâ [f] ſe obligauit religione. Carnem & [g] omnem pinguedinem, oua & caſeum [b] ac uina omnino declinauit, ſemel in die cibum capiens. Hyeme ouina pelle & pallio, æſtate uero tunica & birrho, interula caprina ex more induebatur; nudis pedibus

a Si ſtatim poſt adeptam fidẽ Chryſtianam ut Lucas teſtatur in primitiua Eccleſia poſſiderũt facultates ſuas ante pedes Apoſtolorũ et uixerũt in cõmuni, ſequitur prædia quoq; S. Marthæ, Mariæ Magdalenæ & Lazari ad Eccleſiã fuiſſe deuoluta.

b En crucis & aquæ benedictæ uirtutẽ Flaci.

c Ardentes diaboli ſagittæ Flaci ieiunijs & uigilijs reſtinguuntur.

d En ciborũ delectũ Apoſtolorũ ætate.

e Monaſteriũ atq; Baſilica in honorẽ Ieſu Chriſti eiuſq; Genetricis in primitiua conſecratur Eccleſia.

f Votum monaſticum tempore Apoſtolorum.

g Ciborum aliquis delectus obſeruatur à CHRISTI dicipulis, Apoſtolico.

b Vera monaſticæ diſciplinæ obſeruatio in ſeculo

bus, albam cameli mitram in capite gerens. Cingulo inſuper nodoſo ex ſetis equinis confecto corpuſculum ſuum iugiter cingebat, ita ut ex putrefacta carne ſępius uermes effluerent. Extenſis ſolo ramis arboreis, lapide capiti ſuppoſito recũbebat. Obſecrationibus ſedulò intenta [a] erat, pro quibus centies ex more ſuſcepto in die, totidemq́ in nocte genua flectebat. Apud Auinionem egregia CHRISTI Apoſtola, cũ multos curaret ęgrotos, ecce iuuenis quidã Rhodani fluminis aquis obrutus interierat, quem cunctis aſtantibus in modum crucis proſtrata,[b] & oratione facta, manu apprehenſum reſuſcitauit. Deniq́ cum toto anno febribus æſtuaſſet, morte multo ante pręcognita, nocte media ante tranſitus ſui diem luminaribus [c] accenſis, uentus uehemens irruit, & luminaria extinxit, malignorumq́ turba ſpirituum affuit. Sed dum uirgo oraſſet, ſororem ſibi aſsiſtentem aſpexit, quę facem tenens, lampades accendit, dumq́ ſe ex nomine mutuo uocarent, ecce CHRISTVS affuit, & Martham ad cœleſtia inuitauit. Cum autem ad extrema aduenifſet, [d] cinere conſperſo, ſe humo collocari ut cœlũ aſpiceret, & ſignũ crucis coram teneri, atq́ paſsionẽ Dominicã legi pręcipiebat: & cum peruentum eſſet ad locũ CHRISTI dicentis: Pater in manus tuas commendo ſpiritũ meum, illa dignã Deo tradidit animam, tertio decimo luſtre totius uitę ſuę expleto. Sequẽti die dominica, dum laudes circa corpus eius exoluerent, & hora tertia B. Fronto Petragoricæ celebraret,[e] & poſt Epiſtolam in cathedra dormitaſſet, CHRISTVS ei apparuit, & ut ſe ſequeretur admonuit. Qui ambo ſubito Tarraconum uenerunt, & circa corpus Marthæ cæteris reſpondentibus exequias peregerũt, ac corpus in ſepulchro eius manibus ſepelierunt. Cum autem Petragoricæ Diaconus [f] lecturus Euangelium benedictionem petens Epiſcopum excitaret, ille ſe à Chriſto aſſeruit Tarraconum fuiſſe ductum, & corpus B. Marthę ſepulturę tradidiſſe, annulumq́ ſuum & chirotecas quę corpus locaturus depoſuerat ibidem dimiſiſſe. Miſsi igitur nuncij, & ut Epiſcopus dixerat inuenientes annulum, unam ex chirotecis attulerunt, aliam uero in miraculi teſtimonium Tarraconi dimiſere. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 20. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 151. Bergomen declar. mulier. cap. 71. Vincent lib. 9. cap. 99. & ſequent. Bapt. Mantuan. in Faſt. lib. 8.

[a] Noua crebras genuflexiones in Chriſti diſcipula.

[b] In modũ crucis proſtrata Martha Illyricæ preces ad Chriſtum fudit. Non ergo ex hypocriſi fit tundere pectus in eccleſia, aut alijs ex deuotione uti ritibus.

[c] Luminaria accendi apud agonizantes impiũ non eſt ut ex hoc loco colligere licet.

[d] Hæc demum uera eſt iam iam morituri pœnitẽtia, ut conſperſo cinere humo collocatus crucis lignum per quod Chriſtus mundi peccata ſuſtulit intueatur, & deuota mente ad eum tranſire cupiat.

[e] B. Fronto Miſſarum celebrat ſolennia Illyricę.

[f] Diaconus lecturus Euangelium benedictionem accipit à ſacerdote tempore Apoſtolorum.

MASSILIENSES.

S. LAZARVS.

OBIIT ANNO LVII.

S. LAZARVS, IESV CHRISTI diſcipulus, frater Marthæ & Mariæ Magdalenæ, quem Dominus ſuſcitauit à mortuis, Ioan. 11. in Iudæorum perſecutione cum ſororibus Maſsiliam applicans, Epiſcopus conſtitutus, in catholicæ ueritatis defenſione curſum uitæ beatæ compleuit. Cuius ibidem in cathedrali Baſilica & caput & ueſtes in quibus Miſſam celebrabat adhuc hodie conſeruantur & monſtrantur. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 32. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 72. Beda ſub 16. Cal. Ianuar. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 19. §. 1. S. Lazarius in monaſterio Dominarum Andloiæ in Alſatia requieſcit.

S. Lazarus Chriſti diſcipulus Miſſam celebrauit & ſacras habuit ueſtes in eum uſum comparatas.

Corpus S. Lazari eſt in Alſatia.

SENONENSES.

OBIIT ANNO LXXIIII.

S. SAVINIANVS POTENTIANVS ALTINVS ET TOTALDVS.

S. SAVINIANVS, Potentianus, Altinus & Totaldus, ex CHRISTI diſcipulus, à B. Petro in Galliam miſsi, ut eam idololatriæ deditam ad CHRISTVM & ueri lumen adducerent, Sauinianus primas [a] prouinciæ conſtitutus eſt. Venientes ergo ad urbē tunc famoſiſsimā & populoſiſsimā, Sauinianus poteſtatem Pontificalem quam à Petro acceperat ſtrenuè exercebat, ſua prædicatione, uita & miraculis ſimulacrorum ac idolorum cultum euertebat, introducebatq́; Dei cultum, Miſſarq́; ſacrificium, conſtructis tribus Eccleſijs in [b] honorem uirginis MARIÆ, S. Iohannis Baptiſtę, & S. Stephani. Sed comprehenſus à gentilibus, poſtquam ſacra myſteria [c] peregiſſet, capitali afficitur ſupplicio: cui mox Potentianus in Epiſcopatu ſucceſsit, qui & ipſe cum incredulorum animas uerbo diuino excitaret, martyrij palmam ſuſcepit. Cuius examine corpus beſtijs expoſitum, [d] DEI prouidentia illæſum permanens, à fidelibus collectum in Senonum ſuburbio ſepelitur. Nec minus carne ſolutus quam in carne uiuens miraculis coruſcauit, nam dæmones ab obſeſsis corporibus repulit, cœcos illuminauit, ſurdis auditum reddidit, ſanitatem infirmis. Poſt quos etiam paſsi ſunt S. Altinus, Totaldus, atq́; Serotinus, ſepulti ad Martyres præfatos. [e] Miſſas celebraſſe ſanctos illos Martyres illud comprobat, q̃d adhuc uiuente Petro apud Senones in huius honorem templum ſeu oratorium crexerunt, ob cuius rei perpetuam memoriam nomen locus retinet, qui appellatur S. Petri uiui. Carnoti q̃q; Eccleſiam in honorem uirginis MARIÆ ędificarunt, miniſtroſq́; diuini officij inſtituerunt, etiam repugnante Quirino Præſide urbis idololatra. Sicut & Aurelijs in honorem B. Stephani, ubi & cleri uarios inſtituerunt ordines. Anton. Monchiac. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 17. & 18. Beda ſub prid. Calen. Ianuar. Petr. de Natal. lib. 2. cap. 25. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 3.

[a] Primates e-rant in prouincijs ab Apoſtolis conſtituti.

[b] S. Sauinianus conſtruit eccleſias tres in honorē B. uirginis, S. Ioannis Baptiſtæ, & Stephani ad Miſſarum celebrationem.

[c] Sauinianus myſteria ſacra, hoc eſt, Miſſæ ſacrificium perficit.

[d] En hæreticę cultū reliquiarum miraculo approbatum.

[e] Miſſarū ſolēnia celebraſſe S. Sauinianū Potentianū Altinum Totaldum atq; Serotinum templa comprobant quæ apud Senones Carnotū & Aureliā erexerunt & diuini officij miniſtri ab ijſdem inſtituti.

LEMOVICENSES.

OBIIT ANNO LXX IIII.

S. MARTIALIS.

S. MARTIALIS, CHRISTI diſcipulus ex LXX. Stephani Prothomartyris conſanguineus, patre Marcello & matre Eliſabeth, à tribu Beniamin ortus, puer ille qui habuit quinq; panes ordeaceos & duos piſces ex quibus Dominus quinq; millia hominum ſatiauit, Ioan. 6. iuſſu CHRISTI à B. Petro baptizatus Apoſtolo, in Gallias miſſus eſt, habens in comitatu Alpinianū & Auſtriclinianū Presbyteros, Amatorem quoq; & coniugem eius Veronicam, quæ familiaris amica fuit B. uirginis MARIÆ. S. Amator [f] in rupe quę modo Amatoris dicitur ſolariam uitam egit, ibiq́; obijt. Veronica aūt B. Martialem prędicantem ſecuta Burdegalam, ibi conſenuit, & Martialis quidem totius Aquitanię primas, [g] ei apud Burdegalenſes Altare B. [h] uirginis MARIÆ conſtruxit. Inde Lemouicam profectus, cum quendam phreneticū nobilis Suſannæ matronæ filium ſanaſſet, ipſum cū matre & ſorore uirgine Valeria & alijs DC. ad CHRISTVM conuertit. Quem dum idolorū Pontifices interceptum duro carceri mancipaſſent, omnes fluminis ictu ſubitò extincti, ipſe

[f] S. Amator ſolitariam ſiue monaſticā uitam egit.

[g] Primas Aquitaniæ ab Apoſtolis conſtitutus.

[h] En templorū demolitor B. Martialis Burdegalæ B. uirgini conſtruxit altare ſine dubio, ut ibi ſacra Miſſæ ſolennia peragerentur.

ipſe uero luce diuinitus è cœlo delapſa conſortatus eſt. Cum uero precibus populi ſacerdotes templorum fulmine peremptos ſuſcitaſſet, tam ipſi omnes quam multitudo gentilium numero XII. millia baptizantur. Mulier quædam baculo uiri ſancti a quod pedum epiſcopale uocant maritum attingens paralyticum, incolumem reddidit. Idem quoq; multis domibus flagrantibus incendio oppoſitus, flammas continuò ac penitus excuſsit. Mortua Suſanna matrona prędicta, Martialis Epiſcopus Valeriam filiam uirginem DEO b dedicauit, quæ ſacultatibus ſuis pauperibus c diſtributis, cum à Stephano Duce Aquitaniæ in connubium poſtulata nubere recuſaret, compræhenſa, eiusq; iuſſu decollata eſt, ſtatimq; corpus truncum caput manibus aſſumens, uſq; ad Altare quo D. Martialis d ſacrarum celebrabat ſolennia Miſſarũ, ſtupentibus cũctis acceſsit. Sed & uirginis percuſſor Angelos uidit eius ad cœlos animam deſerentes, quæ cum Duci Stephano nunciaſſet, confeſtim coram illo corruens expirauit. Dominus itaq; prouinciæ cilicio e indutus, Martialem uirum DEI ad ſe uocari iubet, qui ueniens carnificem morte ſubitanea extinctum uiuis reſtituit, & Ducem cum XV. milibus uirorum ad CHRISTVM conuertit: qui mox Eccleſiam S. Valeriæ f extruxit, eamq; honorifice ſepeliuit. Exinde Stephanus princeps cum omni exercitu in Italiam profectus, ex mandato Cæſaris Romam ueniens, à B. Apoſtolorum coryphæo nudis pedibus g & cilicio indutus ſuorum ueniam peccatorum poſtulauit. Beatus tandem Martialis, ætatis Anno LIX. febre correptus, ex hac luce migrauit, multis miraculis clarus. Viuus adhuc, duodecim ſibi miniſtrantibus Angelis Galliarum oppida circuiuit, perq; annos ſex Lemouicenſibus CHRISTI uerbum annunciauit, claudos erexit, mutis loquelam tribuit, obſeſſos à dæmonibus liberauit, Eccleſias & Epiſcopales ſedes b Anicienſem Ruthenam Aruernam & Mimiatenſem in honorem DEI & B. MARIÆ uirginis, Lemouicen. Bituricen. Cadurcen. Agenen. & Toloſanam ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris, Pictauen. Xantonen. & Engoliſmen. in honorem S. Petri Apoſtoli, Burdegalenſem quoq; in honorem S. Stephani ac S. Andreæ Apoſtoli dedicauit & conſtruxit, omnemq; idolorum culturam exterminauit, ſemper nudis pedibus incedens, licet quaternis febribus urgeretur, in pane & aqua continuò ieiunans, & ad ueſperam tantum cibum capiens, ſicut à B. Petro didicerat. Martial. in epiſt. ad Burdegal. & Toloſan. Anton. Monchiac. Democ. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 2. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 29. Gregor. Turonen. Hiſt. lib. 1.

a Baculus S. Martialis paralyticum ſanat, & flammis oppoſitus eas extinguit. b Virginitatis uotũ miraculo cõfirmatur. c En facultates collatas in uſum eccleſiæ. d S. Martialis illyrice Miſſarũ celebrauit ſolennia. e En uer.æ pœnitentiæ exemplum & laci cũ uſu cilicij tempore Apoſtolorum. f Vides illyrice S. Valeriæ conſecratum templũ Lemouice tempore Apoſtolorum. g Indulgentiarũ impugnator, Plenarias indulgentias nudis pedib. et cilicio indutus à Petro Papa Stephanus Aquitaniæ princeps poſtulat. b Eccleſiarũ ædificationes & presbyterorũ conſecrationes Miſſarũ celebrationes in Martiali probant.

Martialis Burdegalen. & Lemouicen. Apoſtolus exemplo B. Petri in pane & aqua continuo ieiunauit ad ueſperam tantum cibum capiens.

CENOMANENSES.

S. IVLIANVS.

OBIIT ANNO XCIII.

S. IVLIANVS, Simon ille leproſus quem Dominus à lepra ſanauit, unus ex LXX. Cui hæc præter alias uirtus innata fuit, ut hoſpitalis eſſet, hinc peregrinantes ſolebant oratione Dominica fuſa illum precari pro bono hoſpitio impetrando: poſt Dominicam aſcenſionem ab Apoſtolis Cenomanen. conſecratus Epiſcopus, multis uirtutibus clarus, cuſpide baculi ſui terram percutiens, ſitienti populo fontem produxit; cœcum quendam ſibi obuium

En Crucis aduerſarie, hoc uexillo impreſſo cœcus illuminatur.

Defenſoris Cenomanicæ Principis domus in Eccleſiam conſecratur heretice, nec ſium templa iumentorũ ſtabula, quod apud tuos fieri ſolet.

uexillo crucis impreſſo illuminauit, cuſtodijs incluſos liberauit, tres mortuos reſuſcitauit. Hæc audiens Princeps ciuitatis Cenominicæ defenſor, feſtinus accurrit, & tota ſamilia multaq; nobilium turba baptiſmi gratiam accipiens, ardore & pietatis zelo motus, domum ſuam uiro ſancto ut Eccleſiam ibi conſtrueret tradidit. Demum alijs miraculis multis patratis, oculis & manibus eleuatis DEVM collaudans, ouesq; acquiſitas CHRISTO commendans, fœlici fine potitus, in Domino obdormiuit. Antoni. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 4. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 35. Volaterr. lib. 3. Vincent. lib. 9. cap. 113. & ſequent.

PETRAGORICENSES.

S. FRONTO.

OBIIT ANNO LXXX.

[a] Baculus S. Petri mortuũ reſuſcitat.

[b] S. Fronto 70. monachos congregat Flaci, & id Apoſtolorum tempore: cur ergo falſo Paulum Eremitam primũ fuiſſe monachum aſſeris.

[c] En monachos 300. in primitiua eccleſia uno loco congregatos.

[d] Nunquam diuinorũ canticorũ officia hoc eſt Miſſarũ ſolennia, ceſſarunt & horarum canonicarum.

S. FRONTO, natione Gallus, ex urbe Petragorica, Petri Apoſtolorum coriphæi in baptiſmate filius, & Petragoricen. primus Romæ ab eo conſecratus Epiſcopus, cum Georgio Presbytero ad prædicandum Euangelium miſſus eſt. Cumq; tertio die itineris idem Georgius fuiſſet mortuus, mœrens Fronto reuerſus eſt ad Apoſtolum, acceptoq; eius baculo, [a] & ſuper corpus defuncti poſito, ſociũ de morte recepit, ſicq; ad prędictam ciuitatem ueniens, magnam gentis illius multitudinem ad CHRISTVM conuertit, LXX. [b] monachos, ut DEO ſeruirent congregans. Sed à Pręfecto ciuitatis Squirio ſiue Quirino perſecutionem paſſus, olerum ſeminibus aſſumptis, eremum petijt deſertiſsimam cum fratribus [c] CCC. Veniens autem ad locum ſuper fluuium Dordanem, draconem ingentem cum multitudine ſerpentum oratione facta CHRISTI uirtute fugauit, ibiq; cum fratribus DEO ſeruire cœpit, & olerum ſemina ſeminauit. Deficientibus uero cibis, nunquam tamen diuinorum [d] canticorum officio ceſſante, Angelus Domini Quirino Præſidi uiſione nocturna diuinam ultionem comminatur, niſi ſanctis [e] uiris fame pereuntibus ſubueniat, territus, amicis conſultis, ſequenti nocte ab Angelo plagis cæſus, LXX. [f] camelos frumentis onerat & DEO Frontonis eos commendat. Qui duce Domino ad eremum ſancti uiri recto itinere peruenerunt. Sanctus Epiſcopus dum hora [g] nona fratres omnes in unum hymnos concinerent, dimidiam frumentorum partem accipiens, reſiduam per camelos Angelo duce Quirino remittebat. Quod Præſes uidens CHRISTO credidit, & Frontonem quęſitum adijt, atq; Georgius ab eo uocatus eſt; ſacrum baptiſma ſuſcepit, eiq; in eremo de cætero miniſtrauit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. §. 1. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 109. Volaterr. lib. 3. & 16. Ado Treueren. & Bed. ſub 8. Cal. Nouembr. Vincent. lib. 9. cap. 43. & ſequent.

[e] Monaſticum ſtatum Deo gratum & acceptum miraculo comprobatur.

[f] Potuit præſes prouinciæ florente Rom. imperio camelos habere, etiamſi ibidem naſci non ſoleant, ſicut nunc habent leones, & peregrina animalia.

[g] Horarum Canonicarum uſus in Eccleſia primitiua.

E

PARTIS QVINTÆ

DISTINCTIO. IIII.

DE VITA MIRACVLIS AT-que Martyrijs Sanctorum Hiſpaniæ.

HISPANI MARTYRES.

S. TORQVATVS, CTESIPHON, SECVNDVS, Indalecius, Cæcilius, Heſychius & Euphraſius.

SANCT. TORQVATVS, Cteſiphon, Secundus, Indalecius, Cæcilius, Heſychius & Euphraſius, Romæ à S. Apoſtolis Epiſcopi ordinati, ad prædicandum uerbum DEI ad Hiſpanias, tunc adhuc gentili errore implicatas directi ſunt. Cumq; ad Ciuitatem Accitanã ueniſſent, & propter laborẽ itineris modicum quieſcentes, & cauſa uictus emendi diſcipulos in urbẽ miſiſſent, mox paganorum multitudo qui tunc fortè dijs ſuis feſta celebrabant eos uſq; ad fluuium perſecuta eſt, in quo pons miræ magnitudinis & firmitatis extructus, tranſeuntib' ſanctis, DEI nutu cũ omni inſequentiũ multitudine funditus corruit. Ad quod miraculũ cęteri territi, & cuiuſdã magnę ſenatricis Luparię, quę diuinitus inſpirata eos benignè ſuſcipiens credidit, exemplũ ſecuti, relictis idolis CHRISTO Domino crediderunt. Poſt hoc diuerſis urbibus euangelizantes, Torquatus Acci, Cteſiphon Vergij, Secũdus Abulæ, Indalecius Vrci, Cæcilius Heliberri, Heſychius Carceſæ, Euphraſius Eliturgi quieuerunt. Extat hodie miraculum illuſtre in cõmendationem precioſæ mortis eorum. Nam eadem ſolennitate apud præfatam Accitanã urbem, ad ſepulchrum. S. Torquati arbor oliuæ diuinitus florens maturis fructibus onuſtatur. Ado Treuereñ. Beda & Iſuard, ſub Id. Maij. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 3. Volaterr. lib. 14.

OBIIT ANNO LXX.

PARTIS QVINTÆ.

DISTINCTIO V.

DE VITA MIRACVLIS ATQVE Martyrijs, Sanctorum Grecię.

GRÆCI MARTYRES.

S. ANDREAS.

SANCT. ANDREAS Apoſtolus, Simonis Petri qui Barionas cognominatus frater germanus, Ionæ filius, ex uico Galilææ Bethſaida, Ioãnis Baptiſtæ diſcipulus, cuius miniſterio ad CHRISTI cognitionẽ peruenit, Ioann. 1. Poſt Dominicæ Aſcenſionis nobilẽ glorioſumq; triumphũ, apud Achaiã prouinciã annunciare Dñm IESVM Chriſtum exorſus eſt. In Scythiam quoq;

OBIIT ANNO LXXVI.

 conceſſit,

conceſſit, quemadmodū Origenis teſtimonio affirmat Euſeb. lib. 3. cap. 1. Andream Scythis, Sogdianis & Saccis uicinis (ut Ptolomæus tradidit) gentibus Euangeliū prædicaſſe, in Auguſta Ciuitate quæ cognominatur Magna, ubi eſt irruptio Apſari & Phaſis fluuius, quā incolunt Æthiopes interriores CHRISTVM aununciaſſe, Hieron. oſtendit in uir. illuſtr. de S. Andrea, Iſidor. de patr. noui teſt. Doroth. in Synop. de 12. Nicephor. eum per Cappadociam, Galathiam & Bithyniam, in Scytharū ſolitudines ad utrumq; Pontum Euxinum, Antropophagorum terram, oraſq; Septentrionales & Auſtrales, ad ipſum quoq; Byzantis ſolum acceſsiſſe refert, lib. 2. cap. 39. ubi Eccleſiæ à ſe primum inſtitutæ, Epiſcopum D. Stachyn præfecerit: deinceps Thraciam, Macedoniam, Theſſalaiam & Achaiam peragrarit. Gregor. Nazianz. in orat. ad Arian. in Epirum miſſum Andream indicat. Et Hieron. in Epi. ad Marcell. de blaſphemi. in Spirit. Sanct. in Achaiā Epiro conterminam.

Miracula in nomine ac uirtute CHRISTI plurima præſtitit. Nam dum in urbe Myrmidonum, B. Matthæus Apoſtolus & Euangeliſta uerbum ſalutis prædicans, erutis oculis, in uincula mox capitali afficiendus ſupplicio conijceretur, diuino admonitus oraculo Andreas, ex Achaia ad maris littus abiens, in uentamq; nauim conſcendens, cum ad publicos eius *a* urbis carceres perueniſſet, oratione facta, loco illo contremiſcente, lumineq; cæleſti reſfulgente, & B. Apoſtolo uiſum reſtituit & uinctos reliquos è carceris eripuit ſquallore. Sed ab incolis cōprehenſus, dum ligatis pedibus per plateas Ciuitatis raptaretur, & capilli eius uellerentur, timor ſubitus illos inuaſit, & peccatum agnoſcentes, ſub ſanctæ *b* triados nomine baptizati ſunt. Abdi. certam. Apoſt. lib. 3.

a En precum efficaciam.

b Temporibus Apoſtolorum ſub nomine Trinitatis baptizabatur.

In Achaia ſolo attactu uiſum cæco reſtituit. Demetrij cuiuſdam primi Ciuitatis Amaſæorum puerum Ægyptium mortuum febri reſuſcitauit, omnibus qui aderant incredulis CHRISTO credentibus, & ſacrum baptiſma ſubeuntibus. Cratinum Synopenſem febre laborantem ſanauit, atq; filium eius obſeſſum dæmonio liberauit: mox *c* fracto pane cum gratias egiſſet, dedit Cratino, quo accepto credidit cum omni domo ſua. Cumq; Cratinus magna munera Apoſtolo, proſtratus in terra cum uxore, tribuere uellet: Non eſt meum, inquit, uir DEI, hæc accipere dilectiſsimi, ſed potius ueſtrum eſt ea indigentibus erogare. Abdi. certam. Apoſt. lib. 3.

c Datur hic Cratino Sacramentum Eucharistiæ ſub una ſpecie nulla calicis facta mentione.

In Aſia apud Nicæam Ciuitatē ſeptem dæmones, qui prætereuntes quotidie lapidabant, & interdum morte afficiebant, cùm uniuerſa Ciuitas cum ramis oliuarum Apoſtolo obuiam proceſsiſſet, & CHRISTVM IESVM filium DEI credidiſſet, expulit: baptizauit quoq; incolas illius urbis, & conſtituit eis Epiſcopum Caliſtum. Hinc egreſſus, cū ad portam Nicomediæ appropinquaret, adoleſcentem à ſeptem canibus diſcerptum, quos intellexerat fuiſſe dæmones quos ab oppido Nicææ expulerat, oratione *d* facta & fidelibus Amen reſpondentibus excitauit. Latronum multitudinem apud Thraciam euaginatis gladijs in ipſum irruentem, oratione præmiſſa Crucis facto ſignaculo, *e* Angelico cōfortatus miniſterio proſtrauit. Abdias Apoſt. Hiſt. lib. 3. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 8.

d Oratione facta & fidelibus Amen reſpondentibus mortuus excitatur.

e En Crucis ſignaculum & eius uirtutem.

Apud Theſſalonicam quoq; his ſimilia patrauit per DEI uirtutem miracula, & dum iuuenis quidam nobilis, Exeos nomine, diues opibus, cuius

parentes

parentes magno in ea Ciuitate loco erant, inuitis parentibus Apoſtolo adhæſiſſet, domum in qua morabatur cum Apoſtolo ſuccenderunt, ſed puer tectum aſcendens, oratione facta *a* aquam ampullæ ſuper ignes effundens flammas extinxit, & dum illi per ſcalas ad eum uellent aſcendere, ſubito excæcantur: multisq; conuerſis, parentes adoleſcentis poſt dies 50. defuncti ſunt. Ipſe uero cum poſſideret cuncta parentum *b* bona, fructus prædiorum pauperum neceſsitatibus miniſtrabat. Adimathum Carpiani cuiuſdam Ciuis filium ægrotantem Apoſtolus ſanauit, & quendam ſpiritum immundum habentem, & ab eo laqueo ſuffocatum, reſuſcitauit, unde credentes CHRISTO, baptizati ſunt. Abdi. certam. Apoſtol. lib. 3. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 8.

a Oratione ad Deum ſuſa flammæ extinguuntur.

b Quæ nunc primitiuæ inopia Eccleſiæ cum fructus multorũ prædiorũ ad uſus pauperũ conferantur?

Quadraginta uiros, in fluuio à Diabolo ſubmerſos, qui ad eum uenire inſtituerant, ut fidei doctrinam audirẽt, ad littus delatos, & quæ *c* facta fuerant per ſpiritum cognoſcens, flexis in terram genibus, palmisq; extenſis ad cœlum, oratione præmiſſa, cum lachrymis ſuſcitauit. Senem quendam Nicolaum ſeptuagenarium, ſcortatorem, poſt quinq; dierum abſtinentiam, proſtratis genibus expanſisq; manibus CHRISTO conciliauit. Sicq; Nicolao pœnitentiam *d* ſex menſium in pane & aqua impoſuit, qua peracta, continenter poſtea uiuens, fæliciter obdormiuit. Abdi. certam. Apoſt. lib. 3. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 8. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 9. §. 1.

c En genuflexiones & manuum extenſiones cum lachrymis in oratione.

d Satisfactio pars penitentiæ.

In Corintho uxorem homicidæ in partu periclitantem, ſororem (ut Dianam pro ſe deprecaretur ablegantem, cum Diabolus ex idolo reſpondiſſet: Quid me caſſe inuocas, cum tibi nihil prodeſſe poſsim, ſed magis Apoſtolum DEI Andream accede, qui in Achaia moratur, & ipſe miſerebitur ſorori tuæ) uocatus, primo de idololatria redarguebat, *e* mox facta oratione partu liberatam baptizauit. Abdi. certam. Apoſt. lib. 3. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 8.

e Agnoſcis tandem fructum orationis.

Cumq; B. Apoſtolus Maximillam uxorem Ægeæ Proconſulis ſacro baptiſmate regeneraſſet, Ægeas Patras Ciuitatem ingreſſus, cæpit compellere credentes CHRISTO ad ſacrificia idolorum. Cui occurrens S. Andreas, dixit: Omnipotenti DEO qui unus & uerus eſt, *f* ego omni die ſacrifico, non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum quotidie in Altari Crucis ſacrifico, cuius carnes poſteaquam omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit, agnus qui ſacrificatus eſt integer perſeuerat, & uiuus, & cũ uerè ſacrificatus ſit, & uerè carnes eius manducatæ ſint à populo, & uerè ſanguis eius ſit hauſtus, tamen (ut dixi) integer permanet, & immaculatus, & uiuus. Tunc iratus Ægeas, iuſsit eum in carcerẽ retrudi, ubi cum eſſet clauſus, uenit ad eum multitudo penè totius prouinciæ, ita ut Ægeam nellent occidere, & Andream fractis ianuis carceris liberare, quos tamen B. Apoſtolus ne facerent prohibuit. Dum uero lux diei in matutino prorumperet, miſit Ægeas, & adduxit ad ſe S. Andreã, ac ſedens pro tribunali, iuſsit eum flagellis cædi extenſum. Qui cum ſeptem terniones tranſiſſet, eleuatus eſt: atq; adductus denuo ante Proconſulem, Cruci eum affigi præcepit, mandans hoc quæſtionariis, ut ligatis pedibus & manibus quaſi in eculeo tenderetur, ne clauis affixus cito deficeret. Cumq; eum carnifices ducerent ut cruci figeretur, concurſus factus eſt populorum clamantium ac dicentium:

f Ecce S. Andreas dicit ſe ſacrificare agnum immaculatum ubi, niſi in Miſſa.

Iuſtus

Iuſtus homo & amicus DEI quid fecit, ut ducatur ad Crucem? Andreas uero rogabat populum ut non impedirent paſsionem eius. Cumq; perueniſſet ad locum ubi Crux erat parata, uidens eam à longè, exclamauit uoce magna, dicens: Salue Crux ſancta, quæ in corpore CHRISTI dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Antequam te aſcenderet Dominus & magiſter meus, timorem terrenum habuiſti, modo uero amorem cæleſtem obtinens, uoto ſuſciperis. Securus & gaudens uenio ad te, ita ut exultans ſuſcipias me diſcipulum eius qui pependit in te, quia amator tuus ſemper fui, & deſideraui amplecti te. Et hęc dicens expoliauit ſe, & ueſtimenta ſua tradidit carnificibus. Qui accedentes leuauerunt eum in Crucem, & extendentes funibus totum corpus eius, ſuſpenderūt. Aſtantes uero erant turbæ ad XX. millia hominum, inter quos erat frater Ægeæ Stratocles, qui ſimul cum populo clamabat iniuſto iudicio ſanctum uirum hoc pati. Interea uadit omnis populus cum clamore ad domum Ægeæ, & omnes pariter clamantes dicebant: Virum ſanctum, pudicum, ornatum moribus, bonum doctorem, pium, modeſtum, rationabilem, non hoc debere pati, ſed debere deponi de Cruce, quia iam ſecunda die in Cruce poſitus, ueritatem prædicare non ceſſat. Tunc Ægeas paueſcens populum, & promittens ſe eum deponere, ſimul cœpit ire. Quem uidens S. Andreas, cœpit Dominum rogare, dicens: Suſcipe me Magiſter meus CHRISTE, quem dilexi, quem cognoui, quem confiteor, quem cernere deſidero. Suſcipe me Domine IESV CHRISTE, & iube me de Cruce iſta non deponi, niſi prius ſpiritū meum ſuſceperis. Et cum hæc dixiſſet, uidentibus cunctis ſplendor nimius ſicut fulgur de cælo ueniens, ita circumdedit eum, ut penitus præ ipſo ſplendore oculi eum humani non poſſent aſpicere. Cumq; permanſiſſet ſplendor ferè dimidiæ horæ ſpacio, abſcedente lumine emiſit ſpiritum, ſimul cū ipſo lumine pergens ad Dominum. Presby. & Diacon. Achaiæ in uit. B. Andreæ. Abdi. certam. Apoſt. lib. 3. Auguſt. in lib. de uer. & falſ. pænitent. cap. 8. S. Bernard. Abb. Clareuall. de S. Andrea. Hieron. in uir. Illuſtr. de eodem. Doroth. in Synop. de 12. Iſidor. in lib. de patr. noui teſtam. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub prid. Cal. Decemb. Cyprian. in lib. de duplic. Martyr. Niceph. lib. 2. cap. 39. Volaterr. lib. 9. Sabellic. part. 2. Enn. 7. lib. 4. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 9. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 8.

Adorat Crucē Andreas.

Cuius corpus, potentiſsima matronarum Maximilla, Ægeæ Procoſſ. uxor, cum omni reuerentia depoſitum, & aromatibus conditum, ſepeliuit: ſucceſſu temporis Conſtinopolim translatum, ut ſuis dicemus in Centenarijs. Ægeas uero iratus contra populum, dum ordinat accuſationem apud Cæſarē, à diabolo arreptus, & in medio foro Ciuitatis uolutatus, expirauit. Nunciatum hoc fratri Stratocli, miſit ſeruos ſuos ut inter Biothanatos ſepelirent eum, ipſe autem de facultatibus eius nihil quæſiuit, dicens: Non mihi permittat Dominus meus IESVS CHRISTVS, cui credidi, ut ego de bonis fratris mei aliquid contingam, ne polluat me crimen eius, quia Apoſtolum Domini auſus fuit pro amore pecuniæ occidere. Preſbyt. & Diacon. Achaiæ in paſsio. B. Andreæ. Beda & Ado Treueren. ſub prid. Cal. Decemb. Antonin. part. 1. tit. 6, cap. 9. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 8.

S. Andreas Apoſtolus, ſcribit Gregorius Turoneñ. in lib. in glor. plur. Martyr. cap. 30. magnum miraculum in die ſolennitatis ſuæ profert, manna

in modum

in modum farinæ, uel oleum cum odore nectaris de tumulo eius exundat, per id quæ ſit fertilitas anni ſequentis oſtenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert fructum: ſi uero fuerit copioſum, magnum arua prouentum fructuum habere ſignat. Nam ferunt in aliquibus annis in tantum è tumulo oleum exundare, ut uſq; medium Baſilicæ profluat riuus ille. Hæc aũt fiunt apud prouinciam Achaiam, in ciuitate Patras. Ex hoc oleo ſeu inunctiones factæ ſeu potiones datæ, plerunq; languentibus commodum præſtant. Eadem ferè Antonin. commemorat part. 1. tit. 6. cap. 9.

PARTIS QVINTÆ

DISTINCTIO VI.

DE VITA MIRACVLIS ET MARtyrijs Sanctorum Africæ.

AFRICANI MARTYRES.

S. MATTHÆVS.

SANCTVS MATTHÆVS Apoſtolus & Euangeliſta, ex tribu Leui, à qua & nomen aſſumpſit, Alphęi filius, ex publicano CHRISTI diſcipulus, poſt Saluatoris ad cœlos aſcenſum, primũ Hebręis prędicauit: & cũ iam ad alios tranſiturus eſſet, patrio ſermone ſuum Euangeliũ deſcripſit. Euſe. Eccl. Hiſt. lib. 3. cap. 24. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 2. cap. 41. Apud Thebanos, qui imperium Perſarum nondum acceſſerant, annunciauit ſalutem, & Palęſtinę obiens regiones, & congrediens cum multitudine uariarum linguarũ, ſeruatorem Chriſtum audaci uoce & mente prędicauit, eos qui errore capti erant ad DEI deduxit cognitionem, ab errore abduxit, ueritati adiunxit, impietatem de medio ſuſtulit: & ad uerũ & ſolum DEVM omnes adduxit. Ad Syrię inde Hierapolim, ſitam prope partem Euphratis, accedens, poſtq; eos, qui in ipſa erant, ad ueritatis reduxiſſet agnitionem, & eos qui crediderant per aquam & ſpiritum CHRISTO uendicaſſet, ibi ſanctam ędificauit Eccleſiam. Sacerdotes & presbyteros ordinauit, & Diaconos in eũ gradũ cooptauit. Metaphr. in uit. B. Matt. ſub 16. Nouem. In Antropophagorũ demum terrã, in ciuitatem cui nomen eſt Myrmenę, peruenit: in qua Platone, ſectatore ſuo, Epiſcopo declarato, ipſe in quendam ciuitati proximũ collem conſcendens, ut ſibi gẽtis eius ſalus reuelaretur orat. Hoc ita agenti Apoſtolo, Dominus IESVS formoſi pueri ſpecie aſsiſtens, cum pacem illi precatur, tum uirgam ei in manus dat. Eam, cum deſcendiſſet, in urbem ad Eccleſię, quam ipſe & Andreas conſtruxiſſet, portam plantare iubet, in arborem magnam & excelſam ilicò euaſuram, fructumq; plurimum, magnitudine ſimul & ſapore alijs longè ſuperiorem laturam: fontẽ præterea copioſum & pelluci-

OBIIT ANNO LXX.

Eccleſiã conſtruxit Mattheus Apoſtolus, atq; diuerſos cleri ordines inſtituit ad Miſſarum ſolennia celebranda.

dum cum leni ſuſurro, ex radice eius erupturum pollicitus, in quo quicunq; Antropophagi lauiſſent, eorum ſimul & uultus formã decentiorem compoſitum, & corda agreſti feritate poſita, ad placabilitatem & lenitatẽ conuerſum prorſusq; eos in melius mutatũ iri. Deſcendenti igitur, ciuitatis eius Princeps una cũ coniuge & filio (Fuluianorũ patri & filio, Fuluianę aũt matri, nomina erant) obuius fit. Malignis autem illi excruciabantur ſpiritibus. Quibus cum manus ſtatim impoſuiſſet, dęmones illi turbatores profugerunt. Pangit uero & uirgã illam & confeſtim ea in arborem excreſcit: ſimulq; à radice undã cum aſpectu amœnã, tum potioni commodam, ſcatentem profert. Hoc tam inſigni miraculo multitudo conſternata, quũ eò conflueret: ille è ſuperiore loco, patria eius gentis lingua, ſalutiferũ cis annunciat euangeliũ. Et ſtatim ex intimo animi affectu, in eo ipſo fonte, ſacro lauantur baptiſmo, fructuq; itidẽ arboris illius guſtato, omniũ pulcherrima illa mutatione perfruũtur. Fuluianus uero ſtatim pœnitentia ductus, & q̃d multitudinẽ ad Apoſtolum cõfluere uideret, ęmulatione ſiniſtra accenſus, grauiter id ferre, manũq; militarem ad eũ comprehendendũ mittere. Quę cũ re infecta rediret, ipſemet quamplurimis ſecum ductis contra Apoſtolũ it: atq; inter eundũ plaga inuiſibili ictus, uiſum amittit. Ibi multis precibus Apoſtolo exorato, oculorum quidem uim priſtinã recipit, cor aũt eius induratũ cœcumq; permanet. Nulla enim interpoſita mora, Apoſtolum clauis longis terrę affigi iubet, piciq; & bitumini miniſtri eius multa ſuperaccumulantes ſarmenta, materiamq; aliam facile ignẽ corripientem, inijcientes, ab inferiore parte eam accendunt. Verũ ea res pręter ſpem & expectationẽ in roris euadit refrigerium. Quod ubi multitudo uidit, Matthęi Deo aggregatur. Princeps aũt è diuerſo prętigias eſſe, quę Apoſtolo accidebant, credens, & ira exardeſcens, quos ex argento & auro habebat factitios Deos (duodecim aũt erant) efferri iubet: eisq; circũ Matthęi pyrã diſpoſitis, ut uidelicet corũ ope ignis officiũ ſuum faceret, incendere illã pręcipit. Ita ſarmẽta quidẽ flammã corripiunt, incendium aũt aduerſus Deos conuertitur, eosq; comminuit diffluentes. Vnde ſimulachrum tanq; ſerpentis ardentis proſilit: & à tergo principis prorepens, cum ingenti ſibilo eum perſequitur, ita ut non facile illi eſſet in regiã ſuam confugere. Quapropter deſperatis rebus omnibus, ille denuò ad Apoſtolum conuertitur, eũq; ut ab impetu conſequente eũ ſerpentis liberetur, obſecrat. Apoſtolus autem, rebus omnibus poſtpoſitis, ignem increpat, atq; is extinguitur, & ſerpens euaneſcit. Niceph. lib. 2. cap. 41.

Manuum impoſitione dæmones fugantur.

Deinde ad Æthiopiam, & quidem in ciuitatẽ magnam Naddauer dictã uenit: ibiq; duos magos, quorũ unus Zaroes alter Arphaxat appellatus fuit, ſeq; Deos eſſe uendicarunt, fictiſq; miraculis plurimos demẽtarunt, confutauit. Lęſos ab ipſos homines ſanauit: duos ipſorum Dracones, quibus ſtipati in ciuitatẽ uenerunt ſigno [a] crucis facto ſopıt, & rurſus excitatos, iuſsit manſuetè urbe excedere. Regis Æglippi filiũ Euphronem, cũ Euphroniſſa Æthiopũ regina ſe ad pedes Apoſtoli proſtraſſet, expãſis manibus ad cœlum, oratione [b] facta, excitauit, eoq; miraculo Regem, eĩus liberos, & plus quã ſexaginta milia hominũ qui conuenerant cũ cereis & lãpadibus, & diuerſo ſacrificiorũ ritu, conuertit. Euphigeniã quoq; filiam regis ſacro uelamine [c] conſecratam, plus quam ducentis uirginibus prę̃fecit. Populus aũt de auro & argento Apoſtolo oblato Eccleſiã conſtruxit, quã intra triginta dies perfectam, Matthęus in nomine [d] reſurrectionis CHRISTI ſanctè dedicauit, Totamq; Ægyptum & Æthyopiam

[a] En crucis ſigno dracones ſopiũtur.

[b] Precũ efficatia Matthæus mortuũ Regis filium excitat.

[c] Vides hæretice, Euphigeniã à B. Matthæo Apoſtolo ſacro uelamine fuiſſe conſecratã & plus quã 200 uirginibus præfuiſſe.

[d] Eccleſia cõſtruitur ſub nomine reſurrectionis pro Miſſarum celebratione, unde & presbyteri & diaconi ordinantur ut Miſſarum miniſtri.

Æthyopiam ad fidem perduxit. Ipſe aūt in Eccleſia conſtructa annis XXXIII. ſedit, & multos presbyteros & diaconos ordinauit, & multas conſtruxit per diuerſa loca eccleſias. Cęterū longum eſt narrare, quot cęci illuminati, q̊t paralytici curati, quot deniq; à dęmonijs liberati, & quot mortui ſuſcitati ſint ab Apoſtolo. Æglippo mortuo, Hirtacus imperiū eius arripuit. Hic cū uellet accipere Ephigeniā filiam defuncti regis in uxorem, iam Chriſto dicatā, & quę ſacrū uelamen acceperat de manu Apoſtoli, cœpit cū ſancto Matthęo agere, dicēs: Dimidiū regni mei accipe, tantū ut Ephigeniā queā matrimonio meo copulare. Cui beatus Apoſtolus: Nō fas eſt, ait, nubere uirginē Chriſto ᵃ conſecratam. Et cū quędam de bonorū operū merito & legitimo ieiuniorū tempore ꝓpoſuiſſet, nempe: ſordes corporū à Deo lauari per eelemoſinas & opera miſericordiæ: ac diebus certis, ſiue quadrageſimę ᵇ ſiue legitimorū ieiuniorū temporibus, tā ab edacitate carniū, quam cōmixtione corporū abſtinendum aſſereret, ne criminis notā incurreremus, ſupra capita omniū uirginū, quę cum Ephigenia aderāt hanc benedictionē dixit: Deus plaſmator corporū, afflator animarū, qui nunq; ſpernis ętatē, non ſexū reprobas, non ullā conditionem gratia tua ducis indignā, ſed omniū ęqualis & redemptor: tu has famulas tuas, quas ex omni numero gregis bonus paſtor eligere, atq; ad conſeruandā coronam perpetuę uirginitatis, caſtimoniam conſeruare animæ dignatus es, tuę perfectionis ſcuto circumtege, ut quas ad omne opus uirtutis & glorię magiſtrante ſapientia pręparaſti, & uincentes carnis illecebras, & licita connubia recuſantes, in ſolubilem filij tui Dñi noſtri IESV CHRISTI copulā mereantur. His petimus Dñe arma ſuggeras, non carnalia, ſed ſpiritus uirtute, & potentia, ut te muniente earū ſenſus & membra, in earū corpore non poſsit dominari peccatū, atq; ſub tua gratia uiuere cupientibus, nihil ſibi defenſor malorū, & inimicus bonorum, de his uaſis iam tuo nomini conſecratis, pręualeat uindicare. Omnē etiam genuinū calorem imber gratię tuę cœleſtis extinguat, lumē uero perpetuę caſtitatis accendat. Facies ſcādalis pudica nòn pateat, nec incautis occaſionem prębeat negligentia delinquendi, ſitq; in cauta uirginitas, & ornata pariter, & armata fide integra, ſpe certa, & charitate ſincera: ut pręparatis animis ad continentiā uirtus tanta pręſtetur, quę ſuperet diaboli uniuerſa figmenta: atq; contemnendo pręſentia, futura ieiunia, epulis carnalibus pręferant, & lectiones ſacras conuiuijs & potationibus anteponant. Vt orationibus paſtę & eruditionibus explerę, illuminatę uigilijs, opus gratiæ uirginalis exerceāt. His uirtutum armis has famulas tuas, interius exteriuſq; communiens, pręſta in offenſum uirginitatis curſum, ut hunc implerè per ipſum Dñm noſtrum IESVM CHRISTVM, redemptorem animarū noſtrarum ualeant: Cum quo eſt DEO Patri gloria & honor in Spiritu ſancto, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorū. Cumq; reſpondiſſent Amen, ᵈ & myſteria, ᵉ domini celebrata eſſent, & Miſſam ſuſcepiſſet omnis Eccleſia, eleuatis in cœlum manibus iuxta Altare gladio cęſus eſt. Abdi. certamin. Apoſt. lib. 7. Metaphr. in uit. S. Matthęi. Ado Treueren. Bed. & Iſuard. ſub 11. Cal. Octo. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 13. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 100.

Sacrum B. Matthęi tabernaculum (ut Niceph. affirmat lib. 2. ca. 41.) Myrmenam deductum, in aureo repoſitum lecto, ſplendidiſq; inuolutū ueſtibus, palatio Fuluianus infert. Idq; arcę ferreæ, plumbo inſuper probè communitę incluſum demittere in mare iubet, hoc ſic cogitans: Si is, qui illud ab igne conſeruatū tutatus eſſet, ab undis quoq; ut in ferrea urna poſitum ſupernataret,

ᵃ Non eſt fas ait S. Matthæus uirginem Deo conſecratam nubere.

ᵇ Nota de quadrageſima.

ᶜ Benedictio dabatur etiā in primitiua eccleſia pro conſecrandis uirginibus.

ᵈ Conſuetudo Chriſtianorū ad finem orationis Amen accinere.

ᵉ S. Matthæus Apoſtolus Miſſarum ſacrificia celebrauit & celebranda poſteris tradidit

uin dicaret, ſe dijs ſuis omnibus repudiatis, uni quem illi prędicaſſet DEO per pietatis cultum ſeruiturũ. Cum ergo ita in mare proijceretur, ſtatimq́ diuina id cœlitus gubernante manu in littore rurſum exponeretur: populus uniuerſus urbe effuſus, Platone Epiſcopo pręeunte, hymnis laudibusq́ à Matthæo prędicatũ concelebrat Deum. Fuluianus uero rebus omnibus poſthabitis, ſacrũ ſuſcipit baptiſmũ, & Matthęi ſibi nomen, arrogat, occulto quodam arcanoq́ Apoſtoli ductu, ſimulq́ qui eius imperio ſubditi erant, omnes patriam ſuperſtitionem reijcientes, diuinum complectuntur lauacrum. Deinde poſt tres annos, epiſcopus quoq́ Plato ad ſempiterna conſcendit tabernacula. Porro Fuluianus adhuc uiuente Epiſcopo, alij regnũ conceſsit: & ipſe ſumiſſę humilitatis habitu aſſumpto, quũ ſecretioribus Chriſtianorum initiatus eſt ſacris tũ presbyterij dignitatem à diuo ſuſcepit Platone. Poſt cuius ex hac uita diſceſſum, ab ſancto Apoſtolo per nocturnã uiſionẽ admonitus atq́ conſecratus, Epiſcopalem quoq́ aſſumpſit honorẽ. Et cũ rite ſacro miniſtraſſet Euangelio, multosq́ per fidẽ lucrifeciſſet Deo, uitã quoq́ hãc meliore alia commutauit. Interea Ephigenia ſacratiſsima uirgo Chriſti, quicquid in ª auro & argento ac gemmis habere potuerat, hoc totũ ſacerdotibus contulit, & omni clero, dicẽs: Poſtq̃ dignã Apoſtolo Chriſti fabricaueritis Eccleſiã, quicqd ſuperfuerit, pauperibus erogabitis. Et Hirtacus à cœpto non deſiſtens, cum nec per matronas, nec p magos Ephigeniã ad coniugij cõſenſum perſuadere poſſet, domũ in quo cũ uirginibus Chriſti cõmorans dño ſuo die noctuq́ famulabatur, flammis circumdari iuſsit. Sed Angelus Dñi cum Matthęo Apoſtolo apparuit, dicẽs: Ephigenia firma eſto, & noli expaueſcere hos ignes, à quo tibi ſunt ſuppoſiti reuertentur. Et oratione facta, erũpens flãma regis palatium inuaſit, ut Hirtacus cũ filio unico uix euaſerit, ſtatimq́ filius à dęmonio arreptus, rex aũt leproſus effectus cum curari nõ poſſet, ꝓpria manu ſe interemit. Quo facto omnis populus inſultans morti eius appręhẽderunt cũ omni exercitu fratrẽ Ephigeniæ, nomine Beor, qui per Ephigeniam germanã ſuam, de manu Matthęi gratiã Dei conſecutus, Añ o ętatis ſuę XXV. regnare cœpit, imperauit annis LXIII. et habuit pacem firmiſsimam cũ Romanis & Perſis. Omnes quoq́ prouintiæ Æthyopum eccleſijs repletæ ſunt catholicis. Abdi. certam. Apoſtol. lib. 3. Metaphr. in uit. S. Matthęi. Petr. de Natal. libr. 8. cap. 100. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 13.

En hymnorũ laudumq; conſuetudinem in Apoſtolica Eccleſia.

a En facultates & bona Eccleſiæ Apoſtolicæ.

Omnes prouinciæ Aethiopum repletæ ſunt Eccleſijs ad comprobandam Miſſarum celebrationem.

ALEXANDRINI.

S. MARCVS.

OBIIT ANNO LXIIII.

S. MARCVS Euangeliſta, unus ex LXX. Barnabæ conſobrinus Coloſſ. 4. in Iſrael ſacerdotium agens, ſed ſecundum carnem Leuita, matrem habuit Mariam quandam, quę Hieroſolymis propriã habuit domũ, in qua plurimi Chriſtiani ſoliti ſunt conuenire. Act. 12. Petri ex ſorore nepos, in baptiſmate filius, & eius qui claues cœlorũ accepit ſocius, myſteriorum nuncius, & arcanorũ præco, qui Ægyptum illuſtrauit, & in illius regionis ſacro throno primus ſedit. Verè Petri filius, nam orbem terrarum illuſtrauit, erroris impietatem extinxit, & eos qui idolorũ uictimis atq́ erroribus contaminari erant, abſterſit atq́ purgauit, Deoq́ ipſi per baptiſmum purgatos obtulit. Qui pedibus antea mutilatus erat, integer poſtea factus, magiſterijs proponebatur qui ad currendum ueloces erant. Qui oculorum lumine antea carebat, pu-

pillarum deinde aciem habens acutiſsimã, alias ad cognitionis lucem tanquã manu protenſa deducebat. Tactus ijs, qui carebant eo, reſtitutus: illos qui ad conſueta libamina multo furore atq; cupiditatẽ ferebantur, ad uerã religionis formã dirigebat. Itaq; ſacrificiorũ quæ idolis offerebantur ignis in caliginem conuerſus eſt, & erroris authores dæmones tanquã in cinerem redacti erant, ueraq; & diuina pietas efflorеſcebat. Vna cum Petro Italorum gentem Chriſtianæ ſubiecit fidei, ab Oriente Sole motus, & ad Occidentem aduolans. Cumq; Romanæ urbi clarum uerbi DEI lumen fuiſſet exortum, in urbem profectus, à Petro Pontifice CHRISTI uicario Aquileiæ deſtinatur Epiſcopus. In cuius ſuburbio iuuenem leproſum, filium Vlphi, CHRISTI inuocato nomine lepra mundauit, & ipſum una cum patre & omni eius familia ad fidem cõuerſos, ſacri baptiſmatis unda perfudit. Hunc ne ad ſacerdotiũ promoueretur pollicem diuinitus tandem reſtitutum ſibi abſcidiſſe Hieron. refert in proœm. ſup. Marc. Iſidor. de patr. No. Teſta. Volaterr. lib. 15. Antonin. part. 1, tit. 6. cap. 16.

Tandem Hermagora ſucceſſore relicto, cum Cyrenen quæ eſt apud Pentapolim perueniſſet, faciens exordium diuini ſermonis, infirmos ſanabat, leproſos mundabat ac diuinæ gratiæ uerbo impuros & feroces ſpiritus eijciebat, unde multi per eum crediderunt in Dominum IESVM CHRISTVM & fecerunt ut eorum ſimulachra in terram deijcerentur: qui & baptiſmate illuminati ſunt, in nomine a Patris & filij & ſpiritus ſancti. Tanta autem refertur multitudo, credentium uirorum ac mulierũ primo ingreſſu exemplo ſobrietatis eius & continentiæ congregata, ut etiam conuerſatio eorũ, qui per ipſum crediderant, & uitæ totius abſtinentia, ac frugi eorũ ſobriaq; conuiuia, librorum memoriæ mandarentur à uiro diſertiſsimo Philone.

a Primitiuæ Eccleſiæ Chriſtiani baptizabantur in nomine Trinitatis.

Apud Cyreneos & Pentapolitanos Eccleſias b conſtruxit, clerum & Epiſcopos atq; alia inſuper quæ opus erant rite & ordine conſtituit. Chriſtianorum Monachorum c ſolitariæ uitæ leges dedit. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 2. cap. 15. & 43.

b Eccleſias cõſtruit Marcus Clerum & Epiſcopos conſecrat ad Miſſarum ſolennia perficienda.

c Solitariæ uitæ leges Marcus præſcribit.

Deindè reuelatum ei fuit per SANCTVM SPIRITVM ut ad Alexandriam abiret, & bonam DEI ſementem illic ſpargeret. Itaq; beatus Euangeliſta Marcus ad ſtadium, tanquam generoſus & fortis Athleta prompto animo gradiebatur, quem ſecuti ſunt fratres, uſq; ad nauim, & manducantes panem cum eo, dimiſerunt eum, bene illi precantes. Alexandriam ueniens, cum deſcendiſſet è naui, adijt locum quendã, qui uocabatur Mendion. Cum autem eius urbis portam ingreſſus eſſet, ſtatim ipſius calceamentum diſſolutum fuit. Quod B. Apoſtolus intelligens: Verè, inquit, iter meum expeditum eſt. Viſoq; ueterum calceamentorum ſutore, calciamentum reficiendum ei tradidit. Ille uero ſubula ſiniſtram manũ uulnerans, unum DEVM conteſtatus eſt. Quo audito Marcus expuens in terram, uiriq; manum illiniens. In nomine, inquit, IESV CHRISTI uiuentis in ſecula eſto ſanus: ac ſtatim manus eius ſanata eſt. Quam Anianus in ædes ſuas introduxit, interrogans quis eſſet & cuius conditionis. Qui ſe ſeruum IESV prædicans, CHRISTVM Dominum prædicauit, & ipſum cum omni domo ſua baptizauit.

Cum uero creuiſſet numerus eorũ qui in Dño crediderunt, audierunt ciuitatis illius optimates Galilæum quendam illuc ueniſſe, qui Deorũ ſacrificia

euerteret,& ipſorũ cultũ impediret. Quamobrẽ eũ, interficere ſtudebant, atq́; inſidias multas ei ſtruebãt. Quas cũ S. Marcus cognouiſſet, ordinauit Epiſcopũ a Anianum, & tres Presbyteros Meliũ, Sabinũ & Cerdonẽ, ac ſeptem Diaconos, & alios undecim, qui Eccleſiaſticũ miniſteriũ obirent. Quo facto aufugiẽs rurſus in Pentapolim uenit. Ibi cũ annos duos trãſegiſſet, & fratres qui illic erant cõfirmaſſet Epiſcopoſq́; & clericos b per regionẽ illã ordinaſſet, rurſum uenit Alexandriam, & eius loci fratres multo numero & gratia & ſcientia DEI auctos inuenit, qui & Eccleſiam ſibi ipſis c ædificauerant, in ĳs locis qui Bubulci nomen habẽt, maritimaq́; ſunt, infra præcipitia quædam poſita. Quare iuſtus ille uir multum gauiſus eſt, cumq́; genua in terram d poſuiſſet, diuinam gloriam celebrauit.

a Presbyterorum hę cõſecrationes & cleri ordinationes quid aliud quaſo oſtendum Illyrice quam Miſſarum cultum?

b Pentapoli quoq; Marcus Miſſarũ miniſtros conſtituit.

c Eccleſia Alexandriæ ædificata ad Miſſarũ obſeruationem.

d En geniculationes Marci Euangeliſt.

Cum uero multum temporis tranſiſſet, & Chriſtiani aucti eſſent, Græci audiuerunt ſanctum Euangeliſtam Marcum illuc ueniſſe, ardore quodam atq́; inuidia repleti, quod audirent admirabilia quædam per eum fieri, Ægrotos enim ſanebat, leproſos mundabat, ſurdis auditum ita reſtituebat ut Euangelĳ prædicationem ab eo percipere poſſent, multis deniq́; cecis uiſum præſtabat, illum inſectabantur. Quem cum non inuenirent, ſtridebant dentibus ſuis, & in ſacrificĳs & idolorum ſuorum debachationibus aduerſus ſanctiſsimũ uirũ uociferantes, dicebãt: Multæ ſunt huius Magi & uenefici uiolentiæ.

Factum autem fuit, ut beatus & feſtus dies noſter, hoc eſt ſanctum Paſcha die Dominico celebraretur, octauo Calendas Maĳ, hoc eſt, uigeſimo quarto die menſis Aprilis, qui ab Ægyptĳs Pharmutius uocatur. Illo autem tempore & Serapidis illorum DEI debachatio celebrabatur. Cum igitur tum temporis oportunitatem nacti eſſent, homines quoſdam d ſubornatos miſerunt, qui Apoſtolum ſanctas diuinæ oblationis preces, & miniſteriũ facientem inuenerunt. Quem cũ cõpræhendiſſent, fune in eius collum iniecto trahebant, dicentes: Trahamus bubalũ hũc ad bubulci ſtabulũ. At ſanctus Marcus cũ traheretur, Saluatori CHRISTO gratias agens: Gratias, inquit, ago Dñe IESV CHRISTE, quod dignus habitus ſum, qui pro nomine tuo hæc paterer. Eius aut carnes decidebant, & ſanguine ipſo lapides inquinabantur.

d En Illyrice Marcum Alexãdriæ Miſſarũ peregiſſe ſolennis.

Erat eius diei ueſpera, cũ in carcerem eum coniecerunt, donec inter ſe decernerent, quali morte ipſum de medio tollerent. Media uero nocte, ianuis clauſis, & cuſtodibus ante ianuam excubantibus, ecce terræmotus magnus factus eſt. Angelus autem Domini, cum deſcendiſſet de cœlo, tetigit ipſum dicens: Serue DEI Marce ſumme omnium illorum ſanctorum qui ſunt in Ægypti regione, iam ſcriptum eſt nomen tuum in libro uitæ cæleſtis, & connumeratus es cum ſanctis Apoſtolis, & memoria tua non delebitur in æternum. Eiuſdem chori conſors eris, cuius cœleſtes & ſupernæ potentiæ conſortes ſunt, Archangeli ſpiritum tuum in cœlos ſuſcipient, & reliquiæ tuæ in terris non peribunt. Hãc uiſionem cum beatus Marcus uidiſſet, manus ſuas in cœlum extendit, ac dicit: Gratias ago tibi Domine mi IESV CHRISTE quod non dereliquiſti me, ſed cum ſanctis tuis me connumeraſti. Precor te Domine IESV CHRISTE ut accipias in pace animam meam, neq́; me reprobes aut excludas à gratia tua.

Cumq́; hæc ille dixiſſet, Dominus IESVS CHRISTVS ad eum uenit figura illa, quam habebat quo tempore uerſabatur cum diſcipulis ſuis, & qua forma erat, antequam crucem paſſus & ſepultus fuiſſet. Qui & ei dixit: Pax tibi Marce Euangeliſta meus: Beatus uero Marcus: Pax tibi Domine IESV CHRISTE.

Cum

Cum uero dies illuxiſſet, uenit illuc ciuitatis multitudo, quæ cũ illũ eduxiſſet è carcere, rurſus in eius collum funem iniecerunt, eumq́ pertrahentes, dicebant: Trahamus bubulum in bubulci ſtabulũ. At beatus Marcus eo maiores gratias omnipotenti Domino IESV CHRISTO agebat, dicens: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Cumq́ hoc dixiſſet, tradidit DEO ſpiritum.

Impiorum uero Græcorũ multitudo, cũ ignem eo in loco, qui Angelorũ nomine appellatur, accendiſſet, ut illius uiri iuſti reliquias cõburerent, domini & Saluatoris noſtri prudẽtia factũ eſt, ut turbo quidẽ erumperet, & tempeſtas magna fieret, & ſol ipſe radios ſuos contraheret tonitruaq́ & eorũ ſonitus multus audiretur, plurima quoq́ pluuia cũ grandine cõmiſta uſq́ ad ueſperã duraret, ita ut ædificia multa corruerent, homines nõ pauci mortui caderent, eius rei timore perculſi, a reliquias ſancti dereliquerunt, ac fugerunt. Quas homines religiſi colligentes, in eum locũ tulerũt, ubi preces & pſalmos ſuos canebãt: eiuſq́ funus curarũt, ut ciuitatis mos erat. Reliquias aũt depoſuerũt in loco illuſtri lapidibus exciſo, ipſius memoriã ſobriè & piè cũ precibus celebrãtes. In loco per quẽ tractus fuit, ſi quis in die paſsionis eius herbã naſcentem decerpat, ſanguinem uiuum emittit. Primit. Eccl. Protho. in uit. S. Marci.

a Aduerte Flaci, cultum ſanctarũ reliquiarum, et circa exuuias demortuorũ preces in primitiua & Apoſtolica Eccleſia.

Iſidor. de patr. noui teſtam. in Marco. Metaphr. in uit. S. Marci Euangel. Hieron. de uir. illuſtr. in Marco. Ado Treuereñ. Bed. & Iſuard. ſub. 7. Cal. Maij. Ado Vieneñ. Chron. ætat. 6. Procopius. Diacon. & Cartophylax de B. Marco Euangel. in Metaphraſt. Hieron. ad Euagr. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 86. Antonin. part. 1. tit. 6. ca. 16. Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. Niceph. lib. 2. cap. 43. Volaterran. lib. 17.

Gregorio tandem eius nomini quarto Roman. Eccle. præſidente, ſacratiſsimum Martyris corpus Alexandria à mercatorib⁹ Venetis in patriã delatum eſt, ubi nunc in maxima ueneratione habetur, extructo egregio templo in celebriore urbis loco, multiſq́ donarijs in ipſo ſacello reconditis, ut in ſuis dicturi ſumus Centenarijs.

PARTIS QVINTÆ

DISTINCTIO VII.

DE VITA MIRACVLIS ET MARtyrijs Sanctorum Aſiæ.

EPHESINI MARTYRES.

S. TIMOTHEVS.

SANCT. TIMOTHEVS, Lyſtris oppido Lycaoniæ natus, quia ibi eum Paulus primum inuenit, Actor. 16. adoleſcentem admodum & ualetudinarium, quemadmodum ex prior. ad eum Pauli Epi. cap. 4. & 5. colligitur, uinum non bibens, quod & Athanaſ. retulit in Epi. ad Dracont. eruditum uero

OBIIT ANNO XC.

Ciborum delectum habuit Timotheus.

à puero

à puero in ſacris literis & pietate, 1. Timoth. 4. & 2. Timoth. 3. natus in quam ex Iudæa matre Eunica, quæ inſita pietati integris uirtutum ornamentis re≈ uera floreſcebat, & patre gentili. Erat ei auia Zois, mulier pia & quæ curam gerebat uirtutis: Chriſtianæ autem religionis cultor extitit cũ Paulus Apo≈ ſtolus ad ea loca perueniſſet cum Barnaba CHRISTI diſcipulo & Apo≈ ſtolo, ſicut diuinus Lucas teſtatur in Actis. Qui motus Timothei ſanctitate & optima fama, qua idem inter Chriſtianos illius tractus celebrabatur, aſciuit ipſum ſocium & comitem ſuæ peregrinationis. Ac ne offenderentur qui ex Iudaiſmo conuerſi fuerant ad CHRISTVM, Timotheumq́ nouerant filium eſſe patris gentilis, ipſum circumcidit, quod licebat adhuc nondum ſatis Euangelio promulgato, Hinc in literarum ſacrarũ diſciplina ab illo in≈ ſtituitur, fitq́ ei contubernalis, & omnino ſimul cum ª eo uiuebat. Deinde eius quoq́ Diaconus conſtituitur, & ad Apoſtolatum confirmatur, pericu≈ lorum atq́ laborum effectus ſocius: & nihil omnino impeditus ab ætatis te≈ neritudine quo minus reſiſteret laboribus, ſed generoſam inducens uolun≈ tatem quæ ætate plus poterat, adeò, ut boni eius animi & piorum operum te≈ ſtem ipſum habuerit magiſtrum, ſic docentem: Nemo te contemnat. Et ali≈ bi: opus enim Domini operatur ſicut ego. Celeri zeli penna omnẽ in par≈ tem peruolabat, & modo quidem Epheſum, modo uero Corinthum illius linguæ Sirenes demulcebant. Macedoniam quoq́ ſæpe & Italiam, & uni≈ uerſam terram cum præceptore complectebatur prædicatione. Suſcipiens autem ſub Domitiano Epiſcopatum Epheſiorum, cum in feſto celeberrimo Dianæ populum ab impio ſacrificio conaretur auertere, lapidibus obrutus eſt à furente multitudine, unde penè mortuus ſublatus à Chriſtianis. & ad montem urbi uicinum adductus, ſpiritum emiſit. Metaphr. in uit. Timoth. ſub 22. Ianuar. Iſidor. de patr. noui teſtam. in Timoth. Nicephr. lib. 2. cap. 34. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 6. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 17. Volater. lib. 20.

ª Timotheus à Paulo Dia≈ conus ordi≈ natur.

TROADIS.

S. CARPVS.

OBIIT ANNO LX.

S. CARPVS, B. Pauli Apoſtoli diſcipulus, cuius meminit cap. 4. po≈ ſter. ad Timoth. Epi. Epiſcopus conſecratus Troadis, pro confeſsione con≈ ſtanti nominis Chriſtiani miraculis multis celebris, uarijs & atrocibus tor≈ mentis affectus, martyrium ſubijt. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 61. De quo inter cætera hæc commemorat Dionyſ. Areopag. in Epi. ad Demophil. Cum ali≈ quando in Cretam ueniſſem, ſanctus Carpus me ſuſcepit hoſpitio, uir ob exi≈ miam animi munditiam ad DEI ſpeculationem ultra fermè omnes aptiſsi≈ mus. Deniq́ nunquam ſancta myſteria celebrare cepiſſet, niſi prius inter eas preces (quæ antea conſumantur) ſacra illi ac propitia uiſio apparuiſſet. Hunc igitur (ut ipſe referebat) infidelis quiſpiam contriſtabat aliquando. Erat autem cauſa triſtitiæ, quod ille quendam ab Eccleſiæ fide ad impietatem erroris abduxerat. Cumq́ eius celebritatis (quam uultus Hilarias uocat) agerentur dies, qui debuerat pro utriſq́ benigniſsime orare, atq́ DEI Sal≈ uatoris auxilio alterum ab errore conuertere, alterum bonitate ſuperare, nec deſiſtere quin eos admoneret per omnem uitam donec pænitentiæ tempus ſupereſſet, & ita eos ad DEI cognitionem attrahere. Vt iam tandem & quæ illis

Hæreticæ ani mum attende S. Carpus Miſſarum ſolennia ce≈ lebrauit.

illis erant ambigua & obſcura pateſcerent, & alijs quæ præter rationem auſ dacter admiſerant reſipiſcere legitima ſeueritate cogerentur: neſcio quo pacto (cum intra ſemetipſum id antea paſſus non eſſet) tunc uehementem indignationem atque amaritudinem imbiberat animo. Sic itaque affectus obdormiuit, erat enim ueſpera. Circa uero mediam noctem, quo tempore conſueuerat ipſe ſemper apud ſe ad diuinas euigilare hymnos, expergiſcitur quidem & ſurgit, cum hymnos parum quietos & crebros incorruptos, nec absque perturbatione cœpiſſet. Stans tamen ad diuinam precem & collocutionem non ſatis intentè, irreligioſè triſtabatur, & ferebat grauiter iniquum eſſe dicens, ſi impij homines, & qui uias Domini peruerterent rectas adhuc uiuerent. Et hæc dicens, precabatur DEVM ut amborum uitam turbine aliquo & fulmine prorſus extingueret. His dictis repentè ſe uidiſſe referebat domum, in qua conſidebat primitus uehementer agitari, ac tum demum à ſummo culmine per mediam diuidi, & quendam ante ſe ingentis luminis rogum, eumque (uidebatur enim ſub diuo iam locus eſſe) è cœlo ad ſe uſque deferri. Cœlum uero ipſum patere apertum conſpiciebat, eiuſque cardini IESVM inſidere, innumeris illi humana ſpecie adſtantibus. Et iſta quidem uidiſſe cum ſupernè aſpiceret, & ſe eſſe admiratum memorabat. Vbi uero ad inferiora deflexit obtutus, Carpus ipſe quoque ſolum inſtar uaſti ac tenebroſi cuiuſdam profundi diſciſſum ſe uidiſſe ait: Atque uiros illos (quibus mala imprecatus fuerat) ante ſe ad os illius profundæ uoraginis ſtare trementes ac miſerabiles, & qui ipſa pedum ſuorum labilitate mergendi uiderentur. Porro ab inferiore parte uoraginis ſerpentes cernebat emergere, qui circa illorum pedes ita inſtabiles ac nutantes, interdum quidem in globum colligi & ingrauari una atque pertrahere, interdum uero dentibus & caudis ore gutture linguis ac toto corporis motu uim immenſi pauoris uiderentur incutere, ut qui modis omnibus deorſum illos præcipitare molirentur. Fuiſſe autem & uiros quoſdam in medio, qui contra eos una cum ſerpentibus impetum facerent exagitantes unà & impellentes atque ferientes. Videbantur autem illi lapſui proximi, partim etiam ſpontè, cum à malo ſenſim & cogerentur ſimul & inducerentur. Referebat autem Carpus ſe (dum inferiora aſpiceret) fuiſſe delectatum, atque ſuperiora neglexiſſe, grauiter autem & indignè ferentem quod illi nondum cecidiſſent, & cum ſæpius eò deſiderij ferretur impetu, eoſque & ipſe mitteretur impellere ſemperque fruſtra moliretur moleſtiſsimè tuliſſe, & contra eos imprecatum fuiſſe. Cum ecce uix tandem reuocatis ad ſuperna luminibus uidit cœlum ſicuti & prius aſpexerat, IESVMque miſeratum quod fiebat à cœleſti illa ſede conſurgentem, ad eos uſque deſcendere, & porrigere clementiſſimam manum, angeloſque unà opem ferentes aliunde alium tenuiſſe uiros, ac dixiſſe Carpo IESVM ſtanti porrecta adhuc manu, iam percute aduerſum me, paratus enim ſum etiam pro ſaluandis hominibus pati, gratum mihi iſtud eſt, dum non alij homines peccent. Tu autem inſpice an tibi utile ſit, hanc iſtius profundi & cum ſerpentibus manſionem, DEI ac bonorum clementiæ & Angelorum præferre conſortio. Hæc Dionyſ.

En diuinorũ hymnorum circa medium noctis decantationem in primitiua Eccleſia.

ICONII.

S. THECLA.

OBIIT ANNO LXIX.

S. THECLA, D. Pauli Apoſtoli ardentiſsima diſcipula, natione Aſiatica, ex Iconio inſigni urbe originem ducens, non ſolum parentum generoſitate magnoue ſuæ pulchritudinis fulgore, ſed & atrociſsimis immaniſsimiſquè tormentis, pro caſtitate proq́ꝫ fidei ardore conſtantiſsimè perlatis, clara & inſignis plurimum fuit. A Paulo gentium Doctore conuerſa, ſponſo Thamiro *a* renunciauit datam connubij fidem, & profeſſa eſt uirginitatem, & eam ob cauſam à matre accuſata, & unà cum Paulo in carcerem ducta, & Paulus Iconio eiectus, ipſa in ignem coniecta, ubi crucis ſe ſigno *b* præmunijſſet, pluuia ignem extinguente euaſit incolumis, & ad Paulum redijt, à quo nuptijs exoluitur, ad uirginitatis uotum ab eo conſecrata, quamuis ſponſum haberet formoſiſsimum, primarium urbis, ualde diuitem, generoſiſsimumq́ꝫ ac illuſtriſsimum in uita. Contemnit terrena ſancta illa, ut cœleſtium potens fiat. Ab Alexandro demum Syro, cum eius libidinem explere nollet, accuſata uarijs ſuppliciorum generibus fruſtra afflicta, ſuperſtes manſit: poſtea beſtijs atquè ſerpentibus deputata, ſed à nullo eorum eſt læſa. Copulam fugiens nuptialem, & ſponſi furore damnata, naturam *c* beſtiarum uirginitatis ueneratione mutauit. Namq́ꝫ parata ad feras, cum aſpectus quoq́ꝫ declinaretuirorum, ac uitalia ipſa ſæuo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes beſtiam cubitare humi, muto teſtificantem ſono quod ſacrum uirginis corpus uiolare non poſſet. Ambroſ. lib. 2. de uirginib. Ab, extremũ in Seleucia in pace quieuit. Ado Treuern. Beda & Iſuard. ſub 9. Calend. Octob. Epiphan. hæreſ. 78. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 110. Vincent. lib. 9. cap. 47. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 5. Volaterr. lib. 20.

a Thecla à gentiũ Doctore conſecrata profeſſa eſt uirginitatem, licet autem ſponſis per uerba de futuro, inuita an forte uouere caſtitatem.

b Crucis ſignaculo B. Thecla uirgo flãmas excuſſit.

c Thecla uirginitatis ueneratione in beſtiarũ naturam mutauit.

HIERAPOLITANI.

S. PHILIPPVS.

OBIIT ANNO LIIII.

S. PHILIPPVS Apoſtolus, ex Bethſaida uico Galilææ, Ioann. 1. ſtatim ab ineunte ætate traditus à parentibus ut erudiretur in omnibus diſciplinis, libros perlegit Moſaicos, & quæcunq́ꝫ fuerant prædicta de CHRISTO myſteria imbuit. Vocatus in Galilæa, poſt Dominicam aſcenſionem accepto Spiritu ſancto, Scythis CHRISTVM annunciauit, Anno XX. ubi à gentilibus interceptus, ad ſtatuam Martis deductus immolare compellitur. Sed dæmon ex idolo ſub draconis ſpecie irrumpens, filium Pontificis ignem ſacrificij miniſtrantem, & duos tribunos quorum miniſtri Philippum in uinculis detinuiſſent, interfecit: quos cum CHRISTI inuocato nomine Apoſtolus uiuis reſtitiſſet, multa hominum milia regenerationis fontem ſubiere, ædificatisq́ꝫ Eccleſijs, *d* Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis atq́ꝫ Clericis ordinatis, DEO crediderunt. Gentes quoq́ꝫ Oceano iunctas ad fidem adduxit, & per reuelationem Aſiæ urbes obiens, cum innumerabilem multitudinem deduxiſſet ad agnitionẽ ueritatis, quin etiã eos qui affectionibus aliquibus & morbis opprimebãtur, et eos quoq́ꝫ quos inhabitans dæmoniũ malè afficiebat uerbo ſolo & impoſitione *e* ſacræ manus curaſſet, Sacerdotes et Altaria *f* ſtatuit &

conſtruxit

d Eccleſiarũ ædificationes epiſcoporum Presbyterorũ atq́; Diaconorũ ordinationes quid aliud quã Miſſæ ſacrificiũ hoc loco inſinuant.

e Verbo ſolo & manuũ impoſitione Philippus Apoſtolus dæmones expellit atq́; uarios languores curat.

f Aduerte Flaci Altaria conſtruit Philippus in Aſia & Miſſæ ſacrificia perficit.

conſtruxit, pro ſacrificijs illis quæ fiebant in dæmonum altaribus ſacroſanctè fecit in eis peragi ſacram myſterij celebrationem, adeo ut in eis ſeruaretur ritus Euangelij. Hierapolim inde Phrygiæ acceſsit ciuitatem opulentam atque celebrem, ut in ea quoque prædicaret Euangelium, & Ebionitarum hæreſim confunderet: cumque uidiſſet eam ſimulachris cultum diuinum tribuere, zelo diuino eius animus accenditur, intenſius ſe dans precibus, CHRISTI nomine inuocato, uerbum diuinum ediſſerit, ut quos ſciebat magis quam alios uerbum ſuſcipere ueritatis, eos adduxit ad lucem regenerationis, & in Pontificum *a* & Sacerdotum numerum retulit, & templa animata & ſancta Chriſto excitauit. Sed qui eo tempore gerebant magiſtratus, eum comprehenſum in uincula conijciunt, flagris cædunt & uerberant. Deinde cum funibus cum à talis uinxiſſent, in ſublime ſuſpendunt præcipitem. Porro ſoror Mariamna quæ erat uirgo *b* & corpore & anima, patienti quidem Philippo fratri aderat, perpeſsionem autem quoad eius fieri poterat uoluntate & animi propoſito ſimul attrahebat, & cum eo patiebatur. Interim dum hæc fierent, fit res quædam noua. Mouetur repentè terra, & non ſolitam ſuſcipit agitationem. Metus autem inuaſit illorum animos qui ex ijs quæ uidebantur capiebant uoluptatem. Circumagitur autem uniuerſus ille locus, & in profundum quod minimè apparebat demittitur. Omnes itaque hoc malo perplexi, & incerti quid agerent aut quid conſilij caperent, cum uix tandem ſenſiſſent ſe luere pœnas Philippo illati ſupplicij & contumeliæ, eum circumſiſtentes inuocabant Seruatorem, & petebant ut eis dextram porrigeret ad ſalutem neque perderet animas quæ propter eum ſolum tantis agitabantur fluctibus. Cumque ſic inſtarent precibus IESVS, deſuper aures benignas inclinans, eis repente apparuit, & ſolum quod tunc mouebatur ſtabile & firmum reddidit. Viſa quoque diuina uirtus, quæ locum ſcalarum obtinebat, & aſcenſum præbebat facilem. Dum uero Apoſtolum DEI à uinculis liberare contenderent, Philippus eorum repreſsit conatum, iam enim ad eum quem deſiderabat erat mox migraturus. Vnde in ligno pendens, pro eis ſupplicans, ſacroſanctè cum ſacris exceſsit eloquijs, Anno ætatis ſuæ LXXXVII. Precioſum autem corpus eius à S. Bartholomæo Apoſtolo qui tum præſens erat & Mariamna ſancte elatum, cum ſacris hymnis & honoribus in loco inſigni & ſacro eſt depoſitũ. Vbi ſimul cũ filiabus quas in baptiſmate lucratus eſt requieuit, proceſſu temporis Romam translatus, ut poſtea dicemus. Abdi. certamin. Apoſtol. libr. 10. Metaphraſt. in Vit. B. Philipp. ſub 14. Nouembr. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub Calend. Maij. Iſidor. de patr. noui Teſtamen. in Philipp. Euſeb. lib. 4. cap. 24. Nicephor. lib. 2. cap. 39. Petr. de Natal. libr. 4. cap. 107. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 11.

a Hierapoli quoq; Miſſas celebrat Philippus quod ſacerdotum atq; presbyterũ conſecrationes declarant.

b Mariamna ſoror Philippi uirgo corpore & anima.

c Sacri hymni decantabantur apud exuuias B. Philippi ab Apoſtolo Bartholomeo.

SYRIACI.

S. IOANNES BAPTISTA.

S. IOANNES Baptiſta, natus patre Zacharia & matre Eliſabeth non obſcuris parentibus. Nam parens ſacerdos erat in populo DEI, de uice Abiæ: quæ in ſorte ſacerdotum octaua erat. Mater trahebat originem inde ab ipſo

OBIIT ANNO XXXI.

ab ipſo Aarone, ſocio & fratre Moyſis. Ex ſenibus autem parentibus & quidem effœta & ſterili matre natus eſt Ioannes, idq; inſigni reuelatione DEI. Factum eſt enim cum ſacerdotio fungeretur Zacharias (erat enim feſtum ſanctum & inſigne) ueſte indutus, & lamina circumpoſita, accepto incenſo, ibat in ſanctorum adyta. Præcurrente autem ſonitu tintinabulorum, multitudo orabat ante fores, ſacerdotem ſenem ad DEVM mittens, tanquam nuncium. Qui cum fuiſſet intra uelum uiſus eſt ei Angelus Domini Gabriel, (Chryſoſtom. in Sermon. de Natal. præcurſor. Baptiſt.) ſtans à dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt uidens, & timor irruit ſuper ipſum. Ei autem dixit Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudiũ tibi, & exultatio, et multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino, & uinum & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ, & multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum DEVM ipſorum, & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & uirtute Eliæ, ut conuertat corda patrum in filios & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad Angelum, unde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex, & uxor mea proceſsit in diebus ſuis. Et reſpondens Angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, donec res uerba confirmauerit, & non poteris loqui uſquè in diem, quo hæc fiant, pro quod non credidiſti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipſe in templo. Egreſſus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quod uiſionem uidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis, & permanſit mutus, Luc. 1.

Ioannem obſecratio creauit non uoluptas Ambr. ſermo. 63. de Ioanne Bapt.

Vide ciborũ delectũ in S. Baptiſta.

In aluo autem materno exiſtens infantulus, admirandum ſuæ ſanctitatis ſpecimen oſtendit. Nam poſt ſex menſes Maria geſtans in utero Meſſiam, feſtinabunda in oram montanam conceſsit, ſimul & fœtum præter opinionem ſibi ab Angelo denunciatam conſiderans, & id quod de ſe acciſſet cognoſcere feſtinans: præterea ut cognatam ſuam Eliſabeth ſalutaret & eloqueretur, quæ & ipſa præter ætatem, in ſextum iam menſem, Iohannem in utero grauida geſtabat. Putabat deniq; illum, quod prouectioris ætatis eſſet, noui quicquam ſibi dictaturam annunciaturamquè eſſe, de noua fœtus ſui conceptione. Adit itaquè eam & ſalutat. Infans autem illius ſextum iam implens menſem, ſuauiter ſubſilit & exultat: famulusquè in utero concluſus DOMINO, qui & ipſe in utero geſtabatur debitum adorationis honorem, ſanctius dicat, & ore materno: quaſi mutuo ſumpto, ſupra naturæ captum uaticinatur matrem Domini eam uocans, ſimulquè inter mulieres benedictam: nec minus uentris fructum, qui ab ea geſtabatur, ad quem ſcilicet nihil uirilis ſeminis eſſet collatum, benedictum.

Tempus poſtea aduenit, quo Eliſabeth filium peperit, ubi rurſus alia miracula fiunt. Nam cum die octauà uicini & cognati ueniſſent circumcidere puerum, & infanti patris nomen dandum eſſe ſuaderent, puerpera

pera contendit uehementer, eum Ioannem uocandum eſſe. Sed dum utrumque diſceptant, mulieres patri nutibus & geſtibus rem deferunt, is pugillari accepto, ſimul dicit & ſcribit, non alio eum nomine, quam Ioannis inſigniendum eſſe. Et recuperato ſermonis uſu, plenus Spiritu ſancto, prophetauit dicens: Benedictus Dominus DEVS Iſrael, quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt Prophetarum eius: Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum datutum ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi. In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Et tu puer Propheta altiſsimi uocaberis, præibis enim ante faciem Domini, parare uias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebis eius, in remiſsionem peccatorum eorum. Per uiſcera miſericordiæ DEI noſtri, in quibus uiſitauit nos Oriens ex alto. Illuminare hos qui in tenebris & umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis.

Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraël. A primis enim annis uitæ ſolitariæ & monaſticæ a aſſueuit, & alterum cum dimidio agens annum, cum matre Eliſabetha in ſpeluncam quandam ad regionem montanam profectus, Herodis ſanguinariam manum effugit. Atque inde inſolis locis libenter uerſari ſolitus, Angeloque duce uſus, in remotiores ſyluarum receſſus ſeceſsit. Ibi tenerioribus arborum frondiumque ſummitatibus locuſtis & melle ſylueſtri pro cibo, cameli pilis pro tegumento, pelliceaque inſuper Zona b utebatur. Matth. 3. Marc. 3. Luc. 1. Vitam Angelicam a faſcijs exercebat, & liberam ab omnibus impedimentis & omni ſuppellectile, XXX. Annis habitans in ſolitudine fuit. Vtique ieiunus, humilis, parcus & uirgo. Quæ maior cauſa humilitatis in Propheta, quam contemptis mollibus ueſtimentis, pilorum aſperitate ueſtiri? Quæ deuotior fides, quam præcinctum Zona, paratum ſemper ad omne ſeruitutis obſequium? Quæ præclarior abſtinentia quam ſpretis uitæ huius delitijs, ſtridulis ueſci locuſtis ac melle ſylueſtri? Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 1. cap. 14. Metaphraſt. de Iohann. Baptiſt. ſub. 29. Auguſti. Andre. Epiſc. Cretæ, de amputatio. capit. præcurſoris Baptiſt. Ambroſ. de B. Ioann. Baptiſt. Serm. 65. Petr. Chryſolig. Rauen. Sermo. 167.

a Aduerte ex hoc loco Illyrice Ioãnẽ Baptiſtã ſolitariã & monaſticã duxiſſe uitam Ann. 30. Laudari hic ueſtium auſteritatem ciborumque delectum.

b Zonam pelliceam talem habuit olim Helias & hodie monachi S. Auguſtini.

Tandem quintumdecimum annum Tiberio imperante, tertium uerò Pilato Iudææ præſidente, tribus tetrarchis, uidelicet, Herode iuniore, Philippo, & Lyſania, Archelai quidem fratribus, Herodis autem filijs, ditiones ſuas regentibus: nec non Anna & Caypha Pontificatum per uices ſuas adminiſtrantibus, Ioannes Zachariæ filius, qui trigeſimum iam annum & paulo longius in ſolitudine uixerat, baptiſmum pœnitentiæ prædicat, apertè declarans ſe promiſſum eſſe ei qui iam propè adeſſet, Seruatori CHRISTO, ad occupandas quamprimum, expediendasque uias illius, pœnitentiæ diſciplina, & aquæ baptiſmo. Illum autem ipſum

Nota differentiam inter baptiſmũ Iohannis & CHRISTI.

iam iam affuturum, qui igne & Spiritu ſancto baptizaturus, atq; triticum, & eos qui inutilem & infructuoſam, atq; adeo palearem uitam egiſſent, diſcreturus eſſet. Adhunc modum preuia VERBI uox, adſe accedentes, Iordanis fluuij undis, præcedente peccatorum confeſsione, immittebat, a præcidaneiſq; expiationibus, per aquam purgabat: & aduenienti illi reponebat certoq; reſeruabat. Baptizauit & ipſum Meſsiam in Iordane, & quaſi conſecrauit & ordinauit ad miniſteriū ſuū. Math. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 1. Niceph. Sacr. Hiſtor. lib. 1. cap. 18.

a Sicut baptiſmus Iohannis præparabat ad baptiſmū Chriſti, ita Confeßio hæc Confeßionem Chriſtianam præceßit.

Poſtremo, non admodum diu poſteaquam CHRISTVM baptizaſſet ab Herode in carcerem conijcitur. Cauſa erat, quod Herodes Rex propria reiecta coniuge (filia hæc erat Arabum Regis Arethæ) fratris ſui Philippi contra legis conſtitutionem (ſemen enim habebat ex fratre) & quidem eo adhuc ſuperſtite, ut Ioſepho uidetur, uxorem rapuerat. Eum inceſtum Ioannes libere reprehendit, ſperans regem ad pœnitentiam flecti poſſe. Scribit Chryſoſtomus, eum præſentibus omnibus ac audientibus, pronunciata ſententia Herodem damnaſſe. In carcerem igitur præter ius & æquum intrudit prope Macheruntem oppidum munitiſsimū, ſitum in finibus Pereæ & Arabiæ, iuxta Aſphaltitem lacum. Ioſeph. Antiqui. lib. 18. cap. 7. Tandem natalitia ſua, inuitatis ad lautiſsimum conuiuium principibus, tribunis, ac primoribus Galileæ, celebrabat, ut Marc. cap. 6. refert. In hoc dum largior compotatio & omnis generis delitiæ, Herodiadis filia Salome (ut ex Ioſepho patet) appellata coram Rege & conuiuis, arte ſic inſtructa, tantis ſaltationum impudicarum illecebris corpus mouet, ut quamuis illa non peteret, Herodes tamen (proh regiam illam munificentiam) cum ea regnum diuiſum communicare uoluit. At illa uiperæ ſoboles, non ueſtem pulchram, non monile aureum, ſed rem longè maiorem, regnis omnibus præſtantiorem Ioannis caput, precium omne ſuperans petit. Ille autem initio quidem triſtitiam quandā ſimulat: ſed non queritur mora, non ulla deliberatio, miſſoq; ſpiculatore, in carcere caput Ioannis amputat: id etiam cruore tabido & puluere reſperſum, lanci impoſitum in conuiuium omni luxuriæ genere diffluens, inferri iubet: ſpectaculum conuiuis quidem ipſis inamœnum & triſte, matri uero puellæ gratum & iucundum. Atq; ſic ille quidem eſt occiſus, caputq; eius longe præſtantiſsimum, mollioris ſaltationis præmium, Mænadi illi & furibundæ, tanq; munus honorificentius datum. At ipſa Ioannis repræhenſionem quodammodo etiam poſt capitis reſectionem ueritas, coniungereq; id rurſus reliquo corpori timens, apud ſe, remotis arbitris in abſtruſiore regiæ loco ſepeliendum duxit: truncum autem ipſum abijcere quopiam iuſsit. Eum porrò ſolum diſcipuli eius furtim ſublatum, cum ſolenni ueneratione in celebri quodam apud Sebaſten Paleſtinæ, ſepeliere loco. Math. 14. Marc. 6. Luc. 9. Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 1. cap. 19. Metaphraſt. de Ioann. Baptiſt. ſub. 29. Auguſti. Andre. Epiſc. Creten. de amputat. capit. præcurſo. Baptiſt. Egeſipp. lib. 2. cap. 5. Ambroſ. de B. Ioann. Baptiſt. Sermo. 65. Petr. Chryſolog. de Ioann. Bap. Sermo. 174. Euſeb. Emiſſ. de præcurſo. Bapt. Ado Treuereñ. Beda & Iſuard. ſub. 4. Cal. Septemb.

Tunc temporis à Gallijs matrona quædam Hieroſolymam abierat pro deuotione, tantum ut Domini & ſaluatoris noſtri præſentiam mereretur.

Audiuit

Audiuit autem quod B. Ioannes decollaretur curſu illuc rapido tendit, datiſq; muneribus, ſupplicat percuſſori, ut eam ſanguinem defluentem colligere permitteret, nec arceret. Illo autem a percutiente, matrona concham argenteam præparat, truncatiq; martyris cruorem deuota ſuſcepit. Quem diligenter in ampulla poſitum patriam detulit, b & apud Vaſatenſem urbem ædificata in eius honore Eccleſia, in Sancto Altari collocauit. Gregor. Turonēn. in lib. in glor. plur. Martyr. ædito. cap. 12.

Cum tandem Lucas Euangeliſta circumquaq; omnes obiret regiones, ubi etiam obeundo uenit Sebaſtus, Antiochiæ tactus deſiderio, ut qui in ea eſſet natus, magno quidem tenebatur ſtudio, ſacrum illud præcurſoris corpus tollendi integrum. Cum autem non poſſet, b quoniam diligenter ſeruabatur, ablata manu dextera, comportauit in ſuam Ciuitatē, loco alicuius, alterius beneficij, & aliarum diuitiarum, ei quæ ipſum aluerat, hanc reddens mercedem educationis. Ab illo ergo tempore ſita eſt manus illa apud Antiochiam in magno honore habita, & iugis quæ in ea habitat gratiæ fidem faciens miraculis, ad Iuliani Imperatoris uſq; tempora, de qua ſuis ducturi ſumus centenarijs. Metaphraſt. de exportat. manus. S. Ioann Baptiſtæ, extra Antiochiam.

a En cultum et uenerationem Sanctorū reliquiarū ante Christi Domini paßionem.
b Apud Vaſatenſes Eccleſia conſtruitur in honorē S. Ioannis Baptiſtæ.
c Ecce Lucæ Euangeliſtæ obſeruationē circa reliquias.

HIEROSOLYMITANI.

S. MARIA.

S. MARIA, mater Domini, ex tribu Iuda, & regia ſtirpe Dauid, dignū DEVMq; decens VERBI Domicilium, etiam, ante natiuitatem DEO conſecrata, ex membris ſenilibus & non longè à naturæ feruore alienis tanquam quidam diuinitus datus fructus eſt producta. Ioachim & Anna parentum erant nomina, ambo accuratiore iuxta præſcriptum legis uita præſtantes & clari. Vitam autem ad ſenectutem ſine prole edita produxerant, erat enim ad liberorum procreationem Anna aluo in infœcunda. Et cum ob ſterilitatis cauſam non haberet communes cum matronis & matribus à lege tributos honores, exemplo matris Samuelis d ipſa quoq; fit ſupplex DEO, & in templo ſedulò uerſatur, ne ſcilicet à benedictionibus legis excluderetur, ut ei matri eſſe liceret, orans: ac quod paritura eſſet ipſi DEO dedicaturam ſe fouens. Factum eſt autem, ut encœniorum feſtiuitas appropinquaret, unde cum nonnullis Hieroſolymam Ioachim aſcendit: ea uero tempeſtate Iſachar ibi Pontifex erat: Cumq; inter cæteros conciues ſuos etiam Ioachim cum oblatione ſua uideret, deſpexit eum, & munera eius ſpreuit, interrogans cur inter fæcundos infæcundus ipſe ſtare præſumeret, nequaquam munera DEO digna poſſe uideri, quem ipſe prole indignum iudicaſſet, ſcriptura dicente, maledictum omnem eſſe qui non genuiſſet maſculum in Iſraël. Dicebat ergo prius eum ab hac maledictione ſobolis generatione ſoluendum, & ſic demum in conſpectum Domini cum oblationibus eſſe uenturum. Cuius opprobrij obiectu pudore magno ſuffuſus Ioachim, ad paſtores qui cum pecudibus in paſcuis ſuis erant, ſeceſsit. Verum cum ibi aliquandiu eſſet, quadam die cum

OBIIT ANNO XLVIII.

d Anna mater Mariæ ſupplex Deo in templo ſedulo uerſatur.

cum eſſet ſolus, Angelus Domini ei cum immenſo lumine aſtitit. Qui cum ad eius uiſionem turbaretur, Angelus qui ei apparuerat timorem eius compeſcuit, dicens: Noli timere Ioachim, neq; in uiſione mea perturbetis, ego enim ſum Angelus Domini, miſſus ab ipſo ad te, ut annunciem tibi preces *a* tuas eſſe exauditas, & eleemoſynas tuas aſcendiſſe in conſpectum DEI, uidens quippe uidit pudorem tuũ, & audiuit ſterilitatis opprobrium non rectè tibi obiectum, peccati namq; non naturæ ultor eſt DEVS. Et ideo cum alicuius uterum claudit, ad hoc facit, ut mirabilius denuo aperiat, & non libidinis eſſe quod naſcitur ſed diuini muneris cognoſcatur. Prima enim generis ueſtræ Sara mater, nonne uſq; ad octogeſimum annum infæcunda fuit, & tamen in ultima ſenectutis ætate genuit Iſaac, cui repromiſſa erat benedictio omnium gentium? Rachel quoq; tantum Domino grata, tantumq; à ſancto Iacob adamato diu ſterilis fuit, & tamen Ioſeph genuit, non ſolum Dominum Ægypti, ſed plurimarum gentium fame periturarum liberatorem. Anna uxor tua pariet tibi filiam, & uocabis nomen eius MARIAM, hæc erit ut uouiſtis ab infantia ſua Domino conſecrata, & Spiritu ſancto replebitur ad hoc ex utero matris. Omne immundum neq; manducabit neq; bibet, neq; inter populares turbas, ſed in templo Domini conuerſatio eius erit, ne quid de ea ſiniſtrum uel ſuſpicari ſaltem poſſit uel dici. Itaq; adorato Domino, domum regreſſus Ioachim diuinũ promiſſum certus & hilaris expectabat. Concepit ergo Anna, & peperit filiam, & iuxta mandatum Angelicũ parentes, uocabant nomen eius MARIAM. Cumq; trium annorum circulus uolueretur, & ablactationis tempus completum eſſet, ad templum Domini uirginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum iuxta quindecim graduum pſalmos quindecim aſcenſionis gradus. Nam quia templum erat in monte conſtitutum, Altare holocauſti quod forinſecus erat adiri niſi gradibus non ualebat. In horum itaq; uno B. uirginem MARIAM paruulam parentes conſtituerunt, cumq; ipſi ueſtimenta quæ in itinere habuerant exuerent, & cultioribus ex more ueſtibus ſe & mundioribus induerent, uirgo Domini cunctos ſigillatim gradus ſine ducentis & leuantis manu ita aſcendit ut perfectæ ætati in hac duntaxat cauſa nihil deeſſe putares, iam quippe Dominus in uirginis ſuæ infantia magnum quid operabatur, & quanta futura eſſe huius miraculi indicio præmonſtrabat. Igitur ſacrificio ſecundum conſuetudinem legis celebrato, & uoto ſuo perfecto, uirginem intra ſepta templi cum alijs uirginibus ibi educandam dimiſerunt, ipſi uero domum regreſſi ſunt. Virgo autem Domini, cum ætatis proceſſu & uirtutibus proficiebat, conſilium Sacerdotes agitarunt quid de ea ſtatuerent ne in ſacrum eius corpus admittere quicquam uiderentur: ſacrilegium namq; prorſus ſe commiſſuros putabant ſi uiro eam coniungerent, *b* atq; in ſeruitutem coniugalis legis redigerent, quæ ſemel DEO dicata eſſet. E diuerſo autem puellam eo ætatis flore in ſacratiore templo uerſari nec permiſſum lege putabant, nec rem ſatis honeſtam & decoram eſſe uidebant. Virgo autem erat non ſolum corpore ſed etiam mente, corde humilis, uerbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, non in incerto diuitiarũ ſed in prece pauperis ſpem reponens, intenta operi, uerecunda ſermone. Quid exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum ultra naturam ſuperfuiſſe, alterum penè ipſi naturæ defuiſſe?

a Eleemoſynæ aſcendunt in conſpectũ DEI Illyrice.

b Sacrilegiũ erat Flacii uel in Veteri teſtamento uirginem DEO dicatam matrimonio cõiungere.

deſuiſſet: illic nu la intermiſſa tempora, hic congeminatos ieiunio [a] dies: uirgo enim erat quæ il. batam [b] DEO corporis ſimul & ſpiritus ſanctimoniam uouerat. Ambroſ. lib. 2. de uirgin. D. Bernard. in ſermo. de B. Maria Damaſc. libr. 4. de orthodox. fid. cap. 15. Athanaſ. in ſermo. de B. Dei genitric. & Ioſeph. Gregor. Nyſſen. de B. Dei genit. Gregor. epi. Nicomed. de ſanctiſſ. Deipar. quando fuit oblata in templo. German. Conſtantinop. de eadem. Hieron. in ſermo. de aſſumpt. B. uirgin. Damaſcen de dormit. Sanct. Deipar. Andre. epi. Cretę de eadem. Metaphr. de ort. & educat. B. uirgin. ſub 15. Auguſt.

a Si ieiunium non eſſet res Deo accepta ut quidam garriunt, S. Dei genitrix non congeminaſſet ieiunio dies.

b Quid habet contra hos pa tres Illyrice, qui uirginitatis uotũ in B. Dei genitrice aſſerunt.

Sæpe itaq; & multum re deliberata, diuinitus eis per inſpirationem oſtenditur, ut eam alicui qui ad templũ ſeduló eſſet ſponſæ nomine committerent, eũ uero talem eſſe debere, cui rectè uirginitatis cuſtodia demandaretur. Porró non alius ipſo Ioſepho uiſus eſt eſſe magis idoneus ad ſolorũ ſponſalium coniunctionem contrahendam, quippe qui propinquitate generis eam contingeret, (eiuſdem enim tribus erant) inſuper uero & ſenio & honeſtate morũ iampridem bonæ fidei exiſtimationem conſecutus eſſet: ſenex autem admodum erat, octuaginta plus minus annos natus, & ſic cuſtodię gratia, [c] non coniugĳ illi deſponſata fuit. Epiphan. contr. hæreſ. Antidicomarianir: Auguſtin. de conſenſ. euangel. lib. cap. 1. Niceph. lib. 1. cap. 7. Athanaſ. in ſermo. de B. Dei genitr. & Ioſeph. Gregor. Nyſſen. de eadem. Metaphraſt. de ort. & educat. B. uirgin. ſub 15. Auguſt. Hieron. in Sermon. de B. uirgin.

c Maria uirgo deſponſatur Ioſepho cuſtodiæ gratia non coniugĳ.

Dum autem Nazarethæ uerſaretur, ecce res admiranda ipſiq; & cæteris improuiſa accidit. Venit é cœlo Gabriel Archangelus, ipſamq; reuerendiſsimé ſalutans, ait: Aue, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. At uirgo conturbata, cogitare cœpit, qualis illa ſalutatio eſſe poſſet, quidue portenderet. Cuius ſapientiſsimi cogitationi Angelus diuinitus occurrẽs: Ne timeas inquit, dulciſsima uirgo DEI MARIA, inueniſti maximã gratiam apud Deũ, ecce concipies & paries filiũ, & uocabis nomen eius IESVM. His uirgo reſpondit: Et quomodo mihi iſtud, quia [d] uirũ non cognoſco? Cui Angelus: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſsimi obũbrabit tibi, ideoq; quod naſcetur ex te ſanctũ erit, & filius altiſsimi uocabitur. Tum MARIA diuini conſilĳ non ignara, expenſis manibus luminibusq; in cœlũ erectis, cũ ingenti & incredibili humilitate dixit: Ecce ancilla Dñi, fiat mihi ſecundum uerbum tuũ. Et Angelus quidem legatione ſalutationeq; functus, ab ea diſceſsit. Et cũ ſignum addidiſſet euidens, quod etiam Eliſabetha cognata ſterilitate celebris filiũ conceperit, ad ipſam uiſendã & ſalutandam prę communi gaudio protinus accedere conſtituit, & una cũ ſuo ſponſo Ioſeph concito gradu Hieroſolymã ſe contulit, ubi ipſa Eliſabeth anus, cũ eius marito Zacharia extra eandem urbem in colle quodam amœniſsimo habitabant. In cuius domũ cum intraſſet, & reuerenter cognatam ſalutaſſet, conuerſa Eliſabeth, iã & ipſa Spirituſancto affatim repleta, dixit: Benedicta tu es uirgo glorioſa inter omnes mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Quomodo enim commerui, ut mater domini mei ad me miſellam accederes? ecce enim ut filius meus meo in utero tuam ſalutationis uocem audiuit, prę gaudio exultauit, gratias agens ipſi Dño noſtro filio tuo. Tunc in laudes aggreſſa dñi cũ tympano ſpiritus diuino carmine cecinit MARIA, dicẽs: Magnificat anima mea Dñm. Et exaltauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens

d Optabat Maria benedici in uirginibus non in mulieribus, præſtat ergo uirginitas coniugio.

u eſt,

eſt,& ſanctũ nomen eius. Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eũ. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede,& exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, et diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula. Manſit autem MARIA in domo Eliſabethæ & Zachariæ tres menſes. Spectauit quoque miracula quod anus peperit, quod Zacharias recepit uſum linguæ. Poſtea ſe Nazaretham contulit. Luc. 1.

Et cũ iam quartus eſſet menſis ex eo tempore quo deſponſata fuerat, interea paulatim utero intumeſcente puerperę puerperiũ ſe manifeſtare cæpit, quę res Ioſeph minimè latere potuit. Quam ob rem ęſtuare & fluctuare animo cœpit, quod ignoraret quid ſibi potiſsimum faciendum eſſet, cum eam traducere animo nollet, quia iuſtus erat, ſed neque fornicationis ſuſpicione infamare, quia pius. Cumque cogitaret eam occultò dimittere, ecce Angelus Domini eidem in ſomno apparuit, dicens: Ioſeph, fili Dauid, quid dubitas, ne timeas accipere Mariam coniugem, q̃d enim in ea editũ eſt, ex ſpiritu ſancto eſt. Luc. 1.

Venit interea tempus, quo edicto Imperatoris Romani Auguſti, omnes iubentur in ſua quiſque ciuitate qua ortũ trahebat aut facultates habebat cenſui ſe ſubijcere. Hac lege ciuili excitati Ioſeph & MARIA Bethlehem ſeſe conferunt, ibi cum omnia hominibus eſſent occupata, uix in ſtabulo locum inueniunt,& appropinquante partu Meſsiã ibi Maria in lucẽ edit, in ſum̃a paupertate, nemine agnoſcente q̃d mundi Saluatorem enixa eſſet. Adueniũt tamen paſtores reuelationem diuinam annunciantes,& parentibus confirmantes.

Obſeruat deinde MARIA tempus purgationis, non quidẽ ex neceſsitate, ſed ut teſtaretur filium ſuum ſeſe legi ſubijcere,& exactis ſex eſptimanis primogenitũ Deo in templũ ſiſtit, ubi audit Simeonis & Annę illuſtria teſtimonia. Paulò poſt ob ſæuitiã Herodis una cum paruo filiolo cogitur in Æpyptũ profugere,& in exilio aliquandiu uiuere. Poſtea redit cũ Ioſepho Nazareth, ubi infantem nutriunt, educant,& in pietate informant. Nuptijs Canę Galilęę celebratis, & concionibus atque miraculis filij interſuit. Adſiſtit & poſtea cruci, uidit reſurrectionem, affuit glorioſę aſcenſioni in cœlos. Luc. 1. et 2. Ioan. 19. Actor. 1.

En Flia B. uirgo cœnobium primũ inſtituit Chriſtianum 120. uirginum.

Poſt ſancti uero Spiritus manſionem, in domo B. Ioannis Euangeliſtæ Hieroſolymis MARIA DEI genitrix inſtituit collegium CXX. uirginum, eaſque inſtruxit quomodo uiuere deberent. Dionyſ. Carthuſ. in lib. 1. Petri Lombard. 18. q. 2. Bergomen. de clar. mulier. cap. 1.

Atque ita B. uirgo ad annos LXIII. ętatis in omni uitę perfectione & miraculorũ gloria peruenit. Quo tempore cũ Claudius quintũ imperaret annũ,& immaculatã DEI VERBI matrem obire oporteret (quandoquidẽ & filius eius uerũ ſe hominem eſſe probans atque confirmans ad grandiorem exoletę ſeneſctutis ętatẽ non peruenit) unicũ à filio per Angelum de migratione & aduentu ad ſe eius, ita ut antea cum ipſe ad eã futurus erat accepit. Itaque migratione ſua ad hũc modũ cognita, immenſa repletur lętitia (q̃d enim dulcius ei, quam ut cum filio & Rege ſuo eſſet contigere?) luminaria [a] ad eam inferuntur, tota domus purgatur, lectus item & thalamus ornabatur, genere propinqui cognati & uicini, ut par erat accerſuntur, riteque & ordine quę ad tranſitionem eam pertinent pręparantur: nuncium etiam illa quem acceperat, qui cum ea erant

a En luminaria apud agonizantes in primitiua Eccleſia.

erant exponit, & prętereа uictorię mortis trophęum (erat palmę ramus) monſtrat. Etiã tẽp[...] inſtabat, cũ in Syon ſuper humiliori lecto reponitur. Aderat Ioannes, qui eam domi ſuę fouerat, & prætereа quicquid Hieroſolymis erat fœminarum celebrium, quę uel animi neceſsitudine, uel generis propinquitate ei coniunctę eſſent. Tum uirgini diſcipulo, & ibidem alijs ipſa uirgo pręcipit, ut duas eius tunicas uicinis uiduis, quę pręter cæteras propenſiore erga eam amore atq́ pietate fuiſſent, donent. Sub hæc uis lachrymarum ingens ex oculis omniũ profluit, orbitatem ſuam migratione illius complorantium. Deinde cœlitus filius eius cum innumerabili Angelorũ exercitu deſcendit, animam illius ſanctam prorſus & diuinam aſſumpturus, & tonitrus atq́ nimbi ſonitu confeſtim ex finibus omnibus ſuos per nubem [a] congregat diſcipulos. Aderat ibi quoq́ Areopagita Dionyſius, Timothęus Apoſtolus poſt Epiſcopus Epheſiorum, & diuinus Hierotheus. Hæc cum immaculata uirgo prorſus ſciret, unicuiq́ quæ optaret precatur, benedictione omnes dignatur, & extremis illos uocibus compellit, ualedicens: migrationemq́ ſuam non luctu eius, ſed gaudio potius proſequi iubet, & quæ ad exequias ſepulturamq́ eius pertinerent ſuauiter & lętè exponit. Deinde Petrum ad ſe uenire iubet, mox reliquos etiam Apoſtolos uocat, ardentes habentes faces, [b] & mirifice exultans, labiaq́ aperiens, gratias filio agit, atq́ in lectum rurſum repoſita, manus reuerenter & grauiter, ita ut illam decebat eleuat, & uenerandũ prorſus, ſoleq́ ipſo purius corpus pulchrè componens atq́ conformans, (uidebat enim illum Angelorũ gloria circumcirca tanq́ ſatellitio ſtipatũ) cum uoluptate & miraculo, fiat mihi rurſum ſecundum uerbum tuũ, inquit, atq́ ita in charis illius manibus, perinde atq́ obdormiens beatam deponit animam.

a Apoſtoli rz. per miraculũ congregantur undiq́; ex diuerſis locis ad B. Dei genitricis Aſſumptionem.

b Vides uſum luminariũ in Apoſtolica Eccleſia.

Apoſtoli autem, & qui prętereа ibi aderant uiri egregij, lectum corona circumdantes, reuerenter illam [c] exoſculantur. Ad quam deinde plurima fiunt miracula, cœci namq́ pręter ſpem expectationemq́ omnem oculis ſuis ſolem cernunt, ſurdis ſuus datur auditus, claudi greſſus recipiunt, & ut ſemel dicam, omne morbi genus attractu ſolo prorſus cedit & profugit. Deinde cereis ardentibus [d] pręlatis, & unguentis floribusq́ ſparſis, atq́ Angelis cœlitus pheretrum uel pręeuntibus uel ſtipantibus uel etiam conſequentibus, diuinis patribus & Apoſtolis mirifica quędam carmina concinnentibus, intellectualis illa atq́ ſpiritualis arca ex Syon in Gethſemane, Apoſtolis eam geſtantibus fertur. At enim in hanc tantam lętitiam moleſtum & durum quiddam incidit, quod ſilentio prętereundum non eſt. Cum enim diuinũ illud tabernaculum, ita ut dictum eſt ad Gethſemani portaretur, ubi Dei genitrix ſepeliri ſe mandauerat, Iudæi inuidia tabeſcentes, cum occultare non poſſent, eum qui in mentibus eorum fouebatur liuoris affectum produnt. Inter quos alijs quidam confidentior furibundusq́ magis, (erat autem ex Sacerdotum ordine) cum ſacrum tabernaculum portaretur, impetu quodam pręter rationem percitus, in id ferebatur, humi proſternere ſacram illam arcam, atq́ peſſundare in animo habens. Sed enim uindicta nequaq́ moratur. Namq́ ab ulnis manus illinc reſciſę, ex pheretro dependent. Porrò is cui hoc contigerat, cum malus quidem, ſed tamen non prorſus deſperatus & incurabilis eſſet, pœnitentię ritè prętendit remediũ, & quoniam manus quas non habebat protendere nequit, lachrymas profert, & ſimul cum ea reſipiſcentię diſciplina cura quoquè adeſt. Pheretrũ enim conſiſtit, & manus undè deciderant accomodatę, (Petri

c Ecce cultum & uenerationẽ ſanctorum tã demortuorum, exoſculantur Apoſtoli B. uirginem.

d Funeribus defunctorum in Apoſtolica eccleſia cerei ardentes præferuntur unguenta floresq́; ſpargũtur, carmina & hymni concinnuntur, quod hic fit ab ipſis Apoſtolis.

 id Theo-

id Theologorũ coriphęi [a] & à Principis iuſſu factũ) confeſtim priſtinum ſta=
tũ ſuum recuperant. Vbi aũt ad Gethſemani peruentum eſt, ... s amplexus,
[b] genuũ inflexiones & lachrymę fiunt, ſepulturę ſic quidem illa filium imitata
traditur, per illum aũt ad diuina tabernacula, ad ipſum ſcilicet paradiſum, ubi
& uitę arbor conſita eſt, ratione ea quã qui hęc fecit DEVS nouit transfertur.
Dionyſ. Areopag. cap. 3. [c] de diuin. nomin. Micael Syngel. Presb. Hieroloſy.
in uit. B. Dionyſ. Damaſc. de dormit. Sanctiſſ. Deipar. Andre. epi. Cretæ de
eadem. Metaphr. de ort. & educat. B. uirgin. ſub 15. Aug. Niceph. lib. 2. ca. 22.

Porrò uitalis & ſalutiferi tabernaculi huius translationem, cum multi alij
diſertis uerbis clarè deprędicant, tum omniũ maximè Iunenalis Hieroſolymo
rũ Epiſcopus, magnus ſanè diuinoq́ afflatus numine uir, ex uetuſta traditio=
ne rem hanc ſic geſtam ſuis ſcriptis cum fide confirmat, Dicit enim, totum tri=
duũ Apoſtolos ad monumentum id diuinorum [d] hymnorũ carmina audien=
tes perſeueraſſe. Accidit aũt rurſus, ut Thomas ab eis abeſſet, hic quieto ani=
mo eſſe non poterat, quippe qui tanti boni non fuiſſet particeps, facer autem
ille chorus iniquum eſſe iudicans, ſi ille quoq́ diuinũ uirginis matris corpus
non ſpectaret atq́ complecteretur, aperiri monumentũ iubet, q̃d quidem ubi
factũ eſt, deſideratum illud corpus non apparuit, ſepulchralia [e] tantũ lintea ritè
compoſita loco ſuo manebant. Quę & ipſe & qui cum eo aderant cũ uenera=
tione exoſculati, incredibiliq́ uoluptate odoriſq́ ſuauitate repleti, ſepulchrũ
quidem ad priſtinum conformant modũ, miraculum autem ipſum quaſi per
manus ſubinde poſteris traditum ad nos quoq́ tranſmiſerunt.

Quod uero diuinum hoc DEI Genitricis tabernaculum reſurrecturum
fuerat, Propheta quoq́ Dauid prędixit: Exurge inquiens, Domine, tu & arca
ſanctificationis tuæ.

D. Hieron. in Serm. de Aſſumpt. B. uirgin. Monſtratur, ait, ſepulchrũ eius
cernẽtibus nobis uſq́ ad pręſens in uallis [f] Ioſaphat medio, quę uallis eſt inter
montem Syon & montem oliueti poſita, quam & tu Paula oculis conſpexiſti,
ubi in eis honorem fabricata eſt Eccleſia miro lapideo tabulatu, in qua ſepul=
ta fuiſſe ut ſcire poteſtis ab omnibus ibidem prędicatur, ſed nunc uacuum eſſe
cernentibus oſtenditur.

Mores aũt [g] formęq́ & ſtaturę B. uirginis modꝰ talis, ut inquit Epiphã. quẽ
citat Niceph. lip. 2. ca. 23. fuit: Erat in rebus omnibus honeſta & grauis, pauca
admodum eaq́ neceſſaria loquens, ad audiendum facilis & perquã affabilis,
honorem ſuum & uenerationem omnibus exhibens, ſtatura mediocri, quam
uis ſint qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem exceſsiſſe dicant.
Decenti dicendi libertate aduerſus homiues omnes uſa eſt, ſine riſu, ſine per=
turbatione, & ſine iracundia maximè. Colore fuit triticũ referente, capillo fla=
uo, oculis acribus, ſubflauas & tanq́ oleę colore pupillas in eis habens. Super
cilia ei erant inflexa & decenter nigra, naſus longior, labia florida & uerborũ
ſuauitate plena, facies nõ rotunda & acuta, ſed aliquãto longior, manus ſimul
& digiti longiores. Erat deniq́ faſtus omnis expers, ſimplex, minimèq́ uultũ
fingens, nihil mollitiei ſecũ trahens, ſed humilitatem pręcellentem colens, ue=
ſtimentis quæ ipſa geſtauit coloris natiuę contenta fuit. Et ut paucis dicam, in
rebus eius omnibus multa diuinitus inerat gratia.

Quomodo ueſte B. uirginis & ſacroſancto hoc theſauro ditata ſit Con=
ſtantinopolis, ſuo loco dicemus.

S. IACO=

[a] Ecce Flaci. Petrus Theologorũ coryphæus & Princeps.
[b] En amplexus, genuum inflexiones fiunt ad funus B. Mariæ ab Apoſtolis.
[c] Quid contra hos patres habes Flaci, qui uirginis aſſumptionem derides?
[d] Diuinorum hymnorum carmina audiuntur per totum triduũ ad ſepulchrũ B. Mariæ.
[e] Si ſepulchralia lintea & faſciæ ſanctorũ cum ueneratione exoſculantur hæretice, quanto magis hoc reliquijs S. corporis alicuius agendũ.
[f] En Flaci eccleſiam conſtructam in uallis Ioſaphat medio in honorem Dei Genitricis.
[g] Forma, ſtatura, & corporis habitus B. uirginis.

S. IACOBVS ZEBEDÆI.

S. IACOBVS Apoſtolus, Zebedæi filius, ex Salome, Ioannis Euangeliſtæ frater germanus, Maior dictus quod prius altero uocatus ad Apoſtolum. Poſt aſcenſionem CHRISTI, accepto cum cæteris Spiritus ſancti munere, ad docendum & propagandum Euangelium in Hiſpaniam conceſsit; ſed gentem illam agreſtem uidens, nouem diſcipulis acquiſitis, Hieroſolymam rediјt, maiorem ibi uitæ ſuæ partem exigens. Calixtus II. in uita S. Iacobi. Antonin. part. 1, tit. 6. cap. 7. Mantuanus in Faſtis. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 133. Viterbien. Chron. part. 14. Iſidor. de patr. no. teſtam. in Iacobo. Vbi dum CHRISTVM annunciaret, Magus quidam Hermogenes à Scribis & Doctoribus legis pecunia corruptus, Philetum diſcipulum ut eum diſputando conuinceret miſit. Sed cum Apoſtolus, in Spirituſancto confidenter agens, dæmones ex obſeſsis corporibus eјceret, cæcos illuminaret, leproſos mundaret, Philetus Apoſtoli doctrinam approbauit. Quem Hermogenes magicis uinculis conſtrinxit, ſed contacto [a] B. Iacobi ſudariolo ſubitò liberatus eſt. Magus itaq; arte ſua excitauit dæmones, adiurans, ut cum Phileto Iacobum ante ſe uinctos adducerent. Cumq; ueniſſent ad locum orationis B. Apoſtoli, in aëre ululare cœperunt miſericordiam deprecantes: quibus Iacobus, ut Magum ſibi uinctum deferrent mandauit, quem manibus poſt tergum ligatis adduxerunt, ſic gentilitatis errore liberatũ, ſactatis undis perfudit. Abdi. certam. Apoſt. lib. 4. Hæc uidentes Iudæi, accuſatum coram Herode Agrippa Hieroſolymis, ante diem azymorum, cum in regnum nuper elatus Iudæis gratificari uoluiſſet, occiſus eſt. Actor. 12. Ioſias uero qui eum ad tribunal duxerat, cum martyrium ſubiturum paralyticum curaſſe nomine IESV inuocato uidiſſet, ea re motus, & ſe Chriſtianum eſſe ultrò confeſſus eſt. Dicti ſunt igitur ſimul ambo. Ille uero in itinere petiјt ut ignoſceretur ſibi à Iacobo. Et cũ parumper deliberaſſet, Pax tibi inquit, cumq; oſculatus eſſet eum, & perſuſa lagena aquæ quæ tum fortè aderat baptizaſſet cum [b] poſuit manum ſuper caput eius, & benedixit eum, & fecit ſignaculum Crucis CHRISTI in fronte eius, atq; ita ſimul uterq; decollatus eſt. Euſeb. lib. 2. cap. 9. Clemens lib. 7. Hypotipoſ. Antonin. part. 1, tit. 6. cap. 7. Abdi. certam. Apoſt. lib. 4.

OBIIT ANNO XXXVI.

[a] Sudariolũ Iacobi contactum Philetum magicis uinculis liberat.

[b] Manuum impoſitione & benedictione, facto crucis ſignaculo, perfuſa lagena aquæ, Ioſiam baptizauit Apoſtolus.

Diſcipuli autem noctu corpus Apoſtoli rapientes, naiiculam inuenerunt paratam diuinitus in littore maris, qam aſcendentes, cum eo Hiſpaniæ oram applicuere, & Compoſtellam Ciuitatem intrantes, poſtquam infinitis miraculis Lupam Senatricem infidelem ad CHRISTVM conuertiſſent, palatio [c] eiuſdem in Eccleſiam cõſecrato, corpus ſancti uiri honorificentiſsimè ſepelierunt, ubi hodie requieſcit infinitis coruſcans ſignis. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 7. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 133. Martyrologiũ Bedæ & Iſuardi. Vincent. lib. 8. cap. 7. De tranſlatione coporis B. Iacobi ad urbem Compoſtellanam, hæc Mantuan. Sacror. Faſtor. lib. 7. commemorat.

[c] Pallatium Senatricis Lupæ in Eccleſiam conſecratur Cõpoſtellæ.

Diſcipulos aiunt noctu uenerabile corpus
Impoſuiſſe rati, uentoq; iuiſſe ſecundo
Rurſus ad Heſperios, & Luſitana petiſſe
Littora:
Diſcipuli ſacrum corpus de naue ferentes
Impoſuêre graui quod erat prope littora ſaxo;

En reliquiarum cultum multis cõfirmatum miraculis.

Continuo res mira oculis apparuit, illud
Marmor iners tacto quaſi lympha cadauere ceſsit,
Atq; ſinum dedit ingentem, totumq; recepit
Corpus, & ex templó moles ea facta ſepulchrum eſt.
Tunc erat bis opulenta locis Lupa fœmina uafro
Ingenio, quæ diſcipulis poſcentibus ædem
Sacrophago dignam cupiens illudere tauros,
Ite ait indomitos plauſtro ſubiungite, & iſta
Mauſolea trahant, ſedes ubicunque quierint
Veſtra ſit, bis homines mulier fruſtrarier orſa eſt.
Illi autem magnis animis, & numine freti
Inuênere pecus placidum, mite, ac manſuetum,
Quod Lupa credebat ſæuum, atq; immane futurum.
Quattuor eximios loris iuuxêre iuuencos,
Qui nunquam iuga pertulerant, ſed nocte, dieq;,
Qua lauat oceanus ſparſas per littora conchas,
Incuſtoditi ſyluis errare ſolebant.
Ergo rotis buſto impoſito, bobusq; iugatis
Sub temone ſinunt plauſtrum diſcedere quorſum
Impetus exciерit per rura patentia tauros.
Illi autem rectore DEO uenêre ſub alta
Tecta Lupæ, fixisq; rotis in puluere plauſtrum
Conſtitit, & factum eſt tauris immobile pondus.
Tum Lupa perpendens opus admirabile tectis
Ceſsit, & hoc pacto facta eſt domus ardua templum.

S. MARIA MAGDALENA.

OBIIT ANNO LXIIII.

S. MARIA MAGDALENA, IESV CHRISTI diſcipula, à uico Iudçæ Magdalo, ſic appellata ab antiquis regulis generoſam ducens originẽ, Syrum nobiliſsimum inter Hebræos uirũ habuit Patrem: Cum ſe feciſſet turpitudinis proſtibulũ, iure effecta delubrũ dæmoniorũ, prædicante Domino noſtro IESV CHRISTO & terrorẽ peccatoribus interminante, Maria confeſtim ijſdem ſermonibus cõpuncta, ante oculos cordis ſui, ſuæ turpitudinis culpas & æternũ DEI iudiciũ ponẽs, doloreq; cordis intrinſecus tacta, culpas ſuas fletibus amariſsime puniens, corã Deo ſua cõfitebatur & deplorabat peccata. Ad ipſum quoq; Dñm IESVM Chriſtum Maria plena fide cõuerſa, tanquã ſui oblita, nõ inuitata, tanq; ad medicũ ſuum, in domum Simonis leproſi Phariſæi, quodã die conuiuante, nulla cõſideratione habita, ſparſis crinibus, ueſte conciſa, & lacerato pectore, ad pedes ipſius Saluatoris ſui retró irruit, & procumbens, ſui cordis conpunctionẽ lachrimorũ fonte demonſtrauit, & ipſius pedes lachrymis rigauit & lauit, atq; ſæpius deoſculans, crinibus terſit, & mundiſsimo ſuæ deuotionis ungento perunxit. His ex ſentẽtia geſtis, Maria è ueſtigio domũ reuerſa, uniuerſa monilia & ardentes gẽmas, ac omnis corporis cultus ac ſecularis habitus omnino depoſuit & reiecit, omniaq; fratri

Lazaro

Lazaro & ſorori Marthæ uirgini cõſignauit, quaſi ſui propoſiti impedimentum. Et habitu [illegible] Medici ac Magiſtri ſui, Domini IESV CHRISTI, humili uidelicet tunica & humiliori pallio ſe induit, ac cõtegere uoluit. Quo quidem habitu toto ferè tempore uitæ ſuæ cõtenta fuit. Et deinceps toto ueſtigio ipſi Domino inhærens, quaſi ſui oblita, cum ipſo ſuo magiſtro & doctore ſuauiſsimo, tanquam optimam partem omnibus rebus præpoſuit.

Poſt CHRISTI ad cœlos aſcenſum, fidei ſignis pulcherrimis ab Apoſtolis ſumptis, poſt ſeparationem Apoſtolorum prius in Iudæa efficaciſsimis ſermonibus prædicauit. Deinde rebus ampliſsimis pro CHRISTO magiſtro ſuo pientiſsimè erogatis, domoq́ᵹ *a* ſua in Eccleſiam conſtructa, ut Iudæorũ perſecutiones declinaret, ualedicens beatiſsimæ uirgini Mariæ, cum Martha ſorore ſua, Lazaro, Maximino ſanctiſsimo & optimo uiro ex LXII. diſcipulis uni, atq́ᵹ alijs plurimis CHRISTI fidelibus conſotiata, nauigio poſtmultas tempeſtates acti, Maſsiliam nobilem Galliarũ urbem applicuere, ubi cum Regem & Reginam exquiſitiſsimis miraculis cõuertiſſet, ad mediterranea loca, ad urbem Aquenſem uſq́ᵹ pedibus ſuis, cum cæteris comitibus penetrauit, quibus in locis etiam fundatis *b* erectisq́ᵹ Eccleſijs multis, ut ſolo DEO efficeretur digna, ac de excelſis locis excelſa cõtemplari poſſet, ad exemplum Saluatoris & magiſtri ſui IESV CHRISTI, qui oraturus aſcenderat in montem, ſpiritu ſancto inſpirata, Maſsiliam uerſus regrediens, ad ſecretiſsimum locũ in aſperrimum montem XII. milibus ab urbe prędicta, & quo uix reptando manibus genibusq́ᵹ poſſet aſcendi, conceſsit. Quo loco delectata, per triginta *c* annos incognita poſtmodum ſtetit, ubi planè nec aquarum fluenta, nec herbarum aut arborum erant ſolatia, ut ex hoc manifeſtè probaretur, quod magiſter ſuus IESVS CHRISTVS ipſam non terrenis refectionibus & epulis diſpoſuerat ſatiare. Qualibet autem die ſeptem horis *d* Canonicis ab Abngelis in Æthera eleuabatur, & cœleſtium agminum glorioſos concentus corporeis etiam auribus audiebat. Vnde diebus ſingulis his ſuauiſsimis ſatiata conuiuijs, per eoſdem Angelos ad locum proprium inde reuocata, alimentis corporalibus nullatenus indigebat. Demum ætate matura, ſciens ſe iam ex itinere longo, nimiumq́ᵹ difficili, in ſoporem ſuauiſsimum placitamq́ᵹ quietem à Domino IESV CHRISTO propediem inuitandam eſſe, ut ſe præparare non ad mortem, ſed ad immortalitatem uideretur, proximo ante reſurrectionem Domini die, miniſterio Angelorum ex monte illo delata eſt in medium chori Eccleſiæ Aquenſis, ad uirum ſanctiſsimum Maximinum, qui inſtar ſolis radiantem eam cũ inſpiceret, multo tremore & pauore perterritus eſt. Sed illa placido uultu & ſuauiſsimis ſermonibus eum alloquens: Accede inquit ad me pater ſancte, accedere ad filiam tuã ne uerearis. Mortis meæ nunc tempus inſtat, & ſic ueniens itineris uiaticum à te peto. Conuocans igitur ſacerdotes Epiſcopus, eidem ſacratiſsimum Domini ſui corpus & ſanguinem inter miſſarum *e* ſolennia obtulit, coq́ᵹ ſuſcepto è ueſtigio ibidem ante Altare DEO reddidit ſpiritum, qua exanimata, illicò tantis flagrauit odoribus, ut delibuta optimis unguẽtis putaretur. Maximinus autem ſanctum corpus diuerſis aromatibus conditum, eo in loco honorificè ſepeliuit. Bergom. de clar. mulier. cap. 71. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 19. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 124. Egeſipp. quem citat. Bergomen. lib. 8.

a Domus B. Mariæ Magdalenæ conſtruitur in Eccleſiam.

b Plures fundatur Eccleſiæ in Gallia uiuente adhuc Magdalena.

c Vides beatrice B. Mariam Magdalenam 30. annis in eremo fuiſſe aſperrimo.

d Septem horæ Canonicæ tempore Apoſtolorum.

e Miſſarum ſolennia celebrauit Maximinus Epiſcopus Aquẽſis.

S. MATHIAS.

S. MATHIAS.

OBIIT ANNO LXX.

S. MATHIAS, unus ex diſcipulis Domini, ac de numero LXX. Euſeb. lib. 2. cap. 1. & lib. 1. cap. 12. Epiphan. lib. 1. Tom. 1. hæreſ. 20. teſtantur, qui iacturam duodenarij Apoſtolorum numeri ſarſerat Actor. 1. de tribu Iuda ciuitate Bethlehem illuſtri proſopia oriundus fuit. Parentes aũt illius cum multis diuitijs & nobilitate generis inſignes, tum uenerandi apud DEVM & homines, morum uenuſtate pollebant. Erat corpore mundiſsimus, animo purus, in ſoluendis ſacræ ſcripturæ quæſtionibus acutiſsimus, in conſilio prouidus, in ſermocinatione nudus penitus & expeditus, ut primit. Eccleſ. Prothonot. in uit. Mathiæ. affirmant. Iudæam in ſortem prædicationis accepit. In Macedoniæ quoq; finibus prædicans uenenum abſq; leſione bibit, & cum illa potio plus quam CCL. excecaſſet, ille ſingulis *a* manus imponens omnes illuminauit. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 149.

a Manuum impoſitione 250. cæcos illuminat Mathias Apoſtolus.

Mathiam Æthyopibus, ubi Aſpari eſt irruptio & Hyſsi portus CHRISTI Euangeliũ annunciaſſe, atq; ibi à feris, infeſtis immanibuſq; gentibus multa pertuliſſe Nicephor. lib. 2. cap. 40. refert. Idem & Hieron. in uit. illuſtri. de B. Mathia aſſerit, & Doroth. in Synop. de 72.

Cum quæ oportuit & uerbis & factis diuino Euangelio annunciãdo præſtitiſſet, & CHRISTO magnam hominum multidunem accumulaſſet, animo intrepido & forti in Iudæa martirij coronam lapidibus penè obrutus, ad poſtremum ſecuri percuſſus ſuſcepit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 15. Cuius corpus in Iudæa primum, deindè Romam translatum, & in Eccleſia S. Mariæ maioris ſub lapide porphiretico ſepultũ eſt, Petr. de Natal. lib. 3. cap. 149. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 15.

Treueris tamen hodie corpus S. Mathiæ ſacratiſsimum quieſcere Annales Treuereñ. indicant. Vt ſingula ſuis in locis ſignificabimus.

S. IACOBVS FRATER DOMINI.

OBIIT ANNO LXII.

S. IACOBVS frater Domini, qui & Alphei ſeu iuſtus, quẽ Epiphan. lib. 5. Tom. 2. etiam Obliam, hoc eſt, murum cognominatum narrat, & Nazaræum id eſt ſanctum, Eccleſiam Hieroſolymitanã primus à Petro & Apoſtolis ſibi commiſſam ad miniſtrandã ſuſcepit, ut Euſeb. Eccleſ. Hiſtor. lib. 4. cap. 5. & in Chron. indicat, & Clemens recognit. lib. 1. Epiphan. lib. 3. Tom. 2. Nicephor. lib. 2. cap. 38. Euſeb. lib. 2. cap. 23. & 29. Qualem is habuerit finem Egeſipp. qui primæ ſucceſsionis Apoſtolorum temporibus uixit in 15. commentarior. ſuor. lib. ad hunc modum recenſet: Suſcepit autem Eccleſiam una cum Apoſtolus adminiſtrandam, frater Domini Iacobus, qui ab omnibus iuſtus cognominatus eſt, ab ipſius Domini paſsione noſtra uſq; tempora. Plures equidem hoc nomine fuere Iacobi: ſed iſte ex ipſo *b* matris ſuæ utero ſanctus fuit uinum & ſiceram non bibit, neq; de animante quopiam conceſdit, nouacula ſuper caput eius non aſcendit, oleo unctus non eſt, balneo quoq; minimè uſus. Huic uni in ſancta ſanctorum ingredi fas erat: neq; ueſtem laneam ullam, ſed lineam tantum geſtabat. Solus *c* quandoq; in templum ibat, ibiq; in genua procumbere, & pro remiſsione peccatorum populi orare comperiebatur. Genua quidem eius, cameli inſtar per callum indurerant, propterea, quod ſemper ea inflecteret, orans DEVM. Quum itaq; multi etiam ex principibus fidem amplecterentur, tumultus concitatus eſt à Iudæis,

b Exritus monachicos & ciborum delectum in Iacobo fratre Domini.

c Ecce genuflexiones.

Iudæis, ſcribis & Phariſæis, qui eò periculi rem deueniſſe dicebant, ut popupulus omnis IESVM pro expectato illo CHRISTO haberet. Quare ad Iacobum conuenientes, inquiunt: Cohortamur te, ut cohibeas populum, qui de IESV ipſo ſeductus eſt, CHRISTVM eũ eſſe exiſtimans. Diſſuade quęſumus ijs, qui ad diem Paſchę huc uenere, opinionem & fidem de IESV. Cunctus enim populus, & omnes nos tibi obtemperamus. Conſiſte in templi pinaculo, ut quum ex ſuperiore loco omnibus ſis conſpicuus, tum uerba tua ab omni exaudiantur mutitudine. Propter feſtum enim Paſchę conuenerunt tribus omnes una cum gentibns. Statuerunt igitur qui dicti ſunt ſcribæ & Phariſęi Iacobum in pinaculum templi, & uociſerati ſunt, dicentes: O iuſte, tibi omnes obtemperare debemus: & quandoquidem populus fide ſua de IESV crucifixo ſeductus errat, annuncia nobis, quod ſit IESV oſtium. Ille uero uoce magna reſpondit: Quid me de IESV filio hominis intertogatis? Ipſe ſedet in cœlis, ad dexteram magnę uirtutis, & poteſtatis, uenturuſq; eſt in nubibus cœli. Ibi cum multis de certa indubitataq; fide ſatisfactum eſſet, gloriabantur læti de Iacobi teſtimonio, & dicebant: Oſanna filio Dauid. Scribæ autem ipſi & Phariſæi inter ſe dicebant: Male fecimus, qui tantum IESV procurauimus teſtimoninm. Verum age, aſcendamus, & deijciamus eum ut populus conterritus non credat ei. Et ſimul clamauerunt dicentes: O ò & iuſtus ipſe per errorem ſeductus eſt. Itaq; pinnaculum aſcendentes, Iuſtum ipſum peſſum dederunt, & alius ad alium dixit: Obruamus eum lapidibus, & inceperunt eum lapidare. Quum autem lapidibus ictus nondum mortuus eſſet ſed conuerſus genua poſuiſſet, dicens: Obſecro te Domine DEVS Pater, remitte ipſis, neſciunt enim quid faciunt: ſic inquam quum lapides in eum iacere pergerent, unus ex ſecerdotibus, filijs Rechab, de quibus teſtificatus eſt Propheta Hieremias, exclamans: Deſiſtite (inquit) quid facitis? Iuſtus ipſe pro uobis orat. Et fullonum quidam, ligno quo ueſtes planabat, arrepto, caput Iuſti comminuit, atq; ille ita martyrio eſt defunctus, anno ſeptimo Imperij Neronis: & ſepultus eſt in loco quodam iuxta templum, monumentumq; eius adhuc ibi manet. Verus is teſtis Iudæis ſimul & Græcis fuit, IESVM eſſe CHRISTVM. Poſtea ſtatim Iudæorum oppugnatio, urbisq; Hieroſolymitanæ obſidio cœpit. Tam mirificus autem iuſtitiaq; clarus fuit Iacobus, ut etiam prudentiores apud Iudæos fieri in piaculum aduerſus eum perpetratum, cauſam Iudaici bello ex profeſſo referant. Quemadmodum id ipſe quoq; Ioſephus ſcriptis ſuis teſtatur alicubi, ita dicens: Iudæis autem hæc acciderant, propter Iacobum iuſtum, qui frater erat IESV, qui dictus fuit CHRISTVS, ultione diuina uindicata eum quum iuſtiſsimus erat, Iudæi interemerunt. Sed in XX. antiquitatum, mortem eius hiſce uerbis exponit: Cæſar Feſti morte audita, Albinum in Iudæam præfectum mittit. Ananus autem iunior, quem pontificatum inijſſe diximus, moribus confidens, & audax admodum, ex ſecta ſaducæorum erat, qui in iuditijs ſupra omnes alios Iudæos ſæui ſunt, & crudeles. Talis itaq; quum eſſet Ananus, oportunum idoneumq; tempus ſe Feſto defuncto, cum adhuc Albinus in itinere eſſet, nactum eſſe exiſtimans, iudicum conſilium cogit: & fratre IESV qui dicebatur CHRISTVS, Iacobo enim nomen erat, quibuſdamq; alijs in iudicium productis, & actione legum præuaricaturum inſtituta, ut lapidarentur efficit. Quicunq; autem in urbe æquiores legumq; peritiores ui-

debantur eſſe, grauiter id tulere, & ad imperatorem clam leg.tos miſere oratum, ut ille ad Ananum ne talia faceret ſcriberet, cum quippe nec anteà rectè feciſſe aſſeuerantes. Nonnulli etiam Albino obuiam proceſſere, Alexandria iter facienti: eumq́ docuere, non licuiſſe Anano citra eius ſententiam & uoluntatem, conſilium iudicij faciendi gratia cogere. Albinus porrò uerbis eius perſuaſus, ad Ananum animo commoto ſcripſit, pœnaſq́ ab eo ſumpturum minatus eſt. Quin & Agrippa Rex ob eam cauſam Pontificatum ei, quem tres adminiſtrauerat menſes, ademit, eumq́ Ieſu Damei filio dedit. Hieronym. tantæ eum ſanctitatis & authoritatis in populo fuiſſe cap. 1. epiſt. ad Gala. ſcripſit, ut fimbriam ueſtimenti eius cupierint attingere. Ita et perpetuam præſtitiſſe cum uirginitatem, retulit in ſcripto aduerſus Iouinian. Epiphanius & miracula ei tribuit, ut quod in ardenti ſiccitate pluuiam precibus è cœlo deduxerit.

S. STEPHANVS.

OBIIT ANNO XXXIII.

S. STEPHANVS Protomartyr, quem Hieronym. ad Damaſ. referente Bergomen. in ſupplement. Chronicor. & Pet. de Natal. Dorotheum citans, ex LXX. diſcipulis CHRISTI fuiſſe ſcribunt: primus ex VII. Diaconis ab Apoſtolis ordinatus, tanq́ Apoſtolicę primitię electionis, qui & primus calicem bibit Chriſti paſsionis. Act. 7. cum plurimum ei ſpiritus gratia erat, multaq́ is prodigia edebat, & cum eloquentia multum ualeret, concionariq́ non ceſſaret, omnibus Seruatoris & Domini cultum ſuadens, furore Iudæi accenduntur. A quibus ui ingentium lapidum obrutus, primus ipſe pro CHRISTO mortuus, ςέφανον, hoc eſt coronam accepit. Cæterum cum adhuc ſpiraret, diuina illuſtratus gloria, cœlos apertos, & Seruatorem ad dexteram DEI ſtantem, ſeq́ confirmantem uidit. Itaq́ ipſe anima tota ad deſideratum illum anhelans, pro perſecutoribus ſuis, ne eorum peccata DEVS in talionem aliquam computaret, orans, ita ad DEVM migrauit. Act. 6. & 7.

Poſtquam admirabili illo caſu per ſuum, qui exiſtimabatur caſum, diuinus ille martyr proſtrauit aduerſarium, ſuauiq́ & beato ſomno quieuit, afferunt quidem illud ſacrum & uenerandum tabernaculum uiri pij, piè ei ſactis exequijs. Ex malo uero Perſica (eſt enim hoc genus ligni) cum loculum eſſent fabricati, & in eo id impoſuiſſent, tunc quidem ex tranſuerſo collis id ſtatim depoſuerunt. Vir autem erat quidem gente inſignis, genere non ignobilis, doctrina eruditus, & legis magiſter egregius, nomine Gamaliel, cuius etiam diuinus Lucas meminit, in Act. Apoſtolor. Is cum B. Stephano eſſet cognitus, & eius noſſet uirtutem, procidit ad pedes Apoſtolorum, petens ut ſibi corpus liceret accipere & ad ſuum uicum deferre, qui eſt propè Hieruſalem, & in ſuo illic nouo deponere monumento. Petitioni neqnaquam repugnauerunt Theologi. Illuc autem ipſum Apoſtoli, cum multitudine fidelium, in Pſalmis & a hymnis transferentes, à Hieroſolymis, & totis quadraginta diebus magnum planctum cientes ſepelierierunt.

Gamaliel procidit ad pedes Apoſtolorum. a En ueneratione ſanctarũ reliqarum in Pſalmis & hymnis transfertur corpus S. Stephani ex Hieroſolymis ad uicũ Gamalielis. Hinc diſcas haeretice procidere ad pedes Pontificis.

His ſic factis, ſtatim Nicodemus quoq́, qui erat Conſobrinus Gamalielis (hic eſt ille, qui prius uenit ad IESVM, & DEI audiuit eloquentiam) tunc compunctus à gratia, procidit ad pedes Petri, & Apoſtolorum, rogans ut baptizaretur. Poſtquam autem is cœleſti gratia dignus eſt habitus, idq́ ſciuiſſet Diaboli ſynagoga, in animo quidem habebant, ipſum ſicut Stephanum tol-

num tollere de medio, reuerentes uero Gamalielem, tunc quidem impetum repreſſerunt. Cum eum autem paulò poſt notaſſent anathemate, & eius omnes diripuiſſent facultates, & ei plagas grauiſsimas intuliſſent, damnarunt exilio. Quem ipſum quoq; cum uir ille bonus ſuſcepiſſet, curam eius gerebat, & quæ erãt ei neceſſaria, ex ſuis miniſtrauit facultatibus, donec eum conſummatum depoſuit propè beatum Stephanum. Quoniam autem fieri non poterat, quin dictus Gamaliel, qui fidei operibus erat ornatus, fide etiam conſummaretur, haud ita multo interiecto temporis ſpacio, ipſe quoq; & filius Abilus (erat autem tunc uiginti annos natus, uir, qui & ingenij magnitudine ſapientiaq;, & in legis doctrina par erat patri) in uno die accipiunt lauacrum immortalitatis, ab excelſis Domini diſcipulis. Qui cum poſteà ſomno, qui iuſtis debetur piè quieuiſſet, fuerunt ipſi quoq; depoſiti proximè ad reliquias Stephani & Nicodemi.

Cum autem plurimum tempus præterijſſet poſt eorum dormitionem, & athleticis quidem certaminibus multi iam eſſent conſummati, ceſſaſſent etiam aduerſus fidem perſecutiones, quoniam tempeſtati ſucceſſerat tranquillitas, uerq; ſuaue et iucundum graui illi hyemi, & omnes quidem cuſtodiæ, omnes carceres & omnia inſtrumenta ſuppliciorũ eſſent dimiſſa, quo tempore Conſtantinus uere magnus, primus ex Imperatoribus, cum agnouiſſet Regem uniuerſorum, pacem et libertatem procurauit populo Chriſtianorum, & Chriſtiani dominum ſuum per uniuerſum orbem terrę liberè laudabant & celebrabant, tunc magnus ille Stephanus per corpus ſuũ uenerabile clariorẽ ſuam emittit gloriam, ipſeq; non ſecus atq; aliquod præmium fidei, aut corona quę non poteſt marceſcere, ubi regiæ & fidelibus Imperatoribus donatus eſt à manu Chriſti. Modus quo eius apertæ fuerunt reliquiæ, ſuis dicemus Centenarijs. S. Nicetas Philoſoph. de Martyrio Archidiacon. Stephan. & Protomartyr. in Metaphraſt.

BETHSAIDENSES.

S. PETRONILLA.

S. PETRONILLA uirgo, B. Petri Apoſtoli (paulò antequam Chriſti Domini noſtri ſequeretur ueſtigia ex uxore ſuſcepta) filia, poſt baptiſmum beatiſsimę uirginis Mariæ Dei genitricis diſcipula, à glorioſiſsima matre domini edocta, ut erat diuini ſpiritus adoleſcentula, ſanctiuè ſpiritus documento ſuffulta, ob cœleſti regni prœmium pudicitiæ integritatem omnino ſeruare decreuit, à B. Petro Apoſtolo parente Romam deducta, poſt multa miracula ſanitatum, cum eam Flaccus comes ſuo coniugio uellet ſociare, triduo indocias poſtulans, & cum ſancta uirgine Felicula collactanea ſua continuis ieiunijs atq; orationibus uacans, tertio die celebritatis dominicę oblationis à ſancto Nicomede presbytero, mox ut Chriſti ſacramẽta percepit, reclinans ſe in lectulo emiſit ſpiritũ. S. Marcellus B. Petri diſcip. in uit. Petronel. Beda ſub prid. Cal. Iunij. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 4. §. 1. Volaterr. lib. 16.

OBIIT. ANNO XLV.

En uotum uirginitatis Flacci.

Ecce Miſſarũ ſolennia celebrantur ante obitum D. Petronellæ.

ANTIOCHENI SYRIÆ.

S. LVCAS.

S. LVCAS Euangeliſta, Apoſtolorũ diſcipulus, Antiochię quę in Cœleſyria eſt ortus, medicus ſimul & pictor egregius, Thebis quæ urbs ſeptem habuit portas ad Paulum uenit, atq; ibi nuncio errori patrio remiſſo ad Chri-

OBIIT ANNO LXX.

ſtum acceſsit, pro corporum curatore animarũ medicus, Hiero. de uir. illuſtr. in B. Luca. Iſidor. de patr. noui teſtament. Cum omni diſciplinæ genere uacaſſet, à puero Syriacam ac Hebraicam linguam exactiſsimè edoctus eſt, ut uelut arbor iuxta fontes floridus iam & augmentatus, diuinarum ſcripturarum ſtudio mirum in modum profecit, Adoleſcentiam attingens, gymnaſia frequentabat quæ tum in Græcia erant tum in Ægypto, ac pulcherrimam apud Græcos eruditionem collegit, Grammaticen quidem ac Poeticen perfectè aſſecutus, ad Rhetorices uero artisq́ benedicendi cacumen pertingens, neq́ in Philoſophiæ dignitatibus alicui cedens, ſed Logica quidem ad Ethicè, Ethice uero ad practicen tanq́ gradu utens. A Saluatoris in cœlum aſſumptione, ac ſanctiſsimi ſpiritus inde deſcenſione hic duodecim Apoſtolis aſſociatus, & eadem gratia ac poteſtate repletus eſt. Vbi Paulus cœleſtia aſcendiſſet, ipſi ſocius itineris ubiq́ conſtituitur ac peregrinationis comes, certamina pro pietate exoptans, una cũ eo uſq́ ad uincula afflictus quaſi maleficus, ſimulq́ cognitionis radios ad fines terræ emittens, adeo ipſi conformis ac domeſticus & per omnia gratus effectus, ut Paulus ſcribens fidelibus, Lucam frequenter nominaret dilectũ. Qui ab Hieroſolymis & circũadiacentibus locis Illyricum uſq́ una cũ ipſo impleuit Euangelium, & à Iudæa Romã uſq́ una cum eo uinctus eiſdem laboribus, eiſdem afflictionibus, eiſdem cõmunicauit naufragijs: uolens omnino particeps declarari etiam coronarũ propter hos labores recipiendarũ. Metaph. in uit. S. Lucę. Euangelium is ſuũ Paulo prędicante ſcripſit, atq́ itidem Apoſtolorũ Acta, utrumq́ uolumen aũt Gręco ſermone ſcripſit. Hiero. de uir. illuſtr. in B. Luca. Poſt conſcripta Acta Apoſtolica, Paulo Romę relicto, rurſum hic ad Orientem diſcedit, totáq́ Lybiam percurrens, in Ægyptũ peruenit. Et cũ ſuperiorem Thebaida recepiſſet intra ſuam doctrinam, ac ad magiſtrum per Euangeliũ adduxiſſet, inferiorẽ Thebaida ſeptẽ portarũ ciuitatem accedit, in qua etiam Pontifex ac paſtor à ſpiritu pręponitur, Statuis impurisq́ dæmonũ delubris in terrã abiectis, ſacra templa cõtra ſoli Deo erigit, eisq́ qui in profundis ignoranti ę tenebris tenebantur per Euangelium ad DEI cognitionẽ, impietate de medio ſublata, erectis templis, Altaribus ſtabilitis ac conſecratis presbyteris, & diaconis ordinatis deduxit. Plenus iam dierum, Annorũ LXXXV. uxorem non habens nec filios, & in uirginitate domino deſeruiens, uadit in pace ad DEVM pacis, puluere quidem pulueri relicto anima uero in manus eius qui dederat commendata, Hierony. de uir. illuſtr. in uit. B. Lucæ. Metaphr. in uit. eiuſdem.

Hæc B. Lucæ templorũ erectiones, Altarium conſecrationes, Presbyterorum et Diaconorum ordinationes nihil magis quam Miſſarum cultum denotant.

Nicephor. Lucã pingendi artem tenuiſſe, ac CHRISTI, MARIÆ, Petri & Pauli, aliorumq́ diſcipulorum imagines coloribus depinxiſſe, lib. 6. ca. 16. lib. 14. cap. 2. lib. 15. cap. 14. & lib. 2. cap. 43. commemorat. Idem affirmat Damaſ. Papa & Petr. de Natal. lib. 9. cap. 79.

En imaginum impugnator Lucas imagines ſacras depinxit.

Reliquias eius quouis honore dignas, Conſtantinus Conſtantini magni filius, per Artemium maximum illum Martyrem Thebis Conſtantinopolim tranſtulit, ut in ſuis dicturi ſumus Centenarijs.

INDIÆ.

S. BARTHOLOMÆVS.

S. BARTHOLOMEVS Apoſtolus, Syrus natione, ſolus ex omnibus Apoſtolis nobilitate carnali ornatus, regis Syrorũ nepos, cũ poſt paſsionẽ dñi Apoſtoli per diuerſas prouincias diuiſi eſſent, primo in Lycaonia prædicauit.

OBIIT ANNO LXXX.

Petr.

Petr. de Natal. lib. 7. cap. 103. Iſidor. de patr. noui teſtament. in Bartholom.

Deinde in Indiã ueniens ingreſſus eſt templũ in quo erat idolũ Aſtaroth, & quaſi peregrinus ibidẽ manere cœpit. In hoc idolo dæmon habitabat, qui ſe languentes curare dicebat & cœcos illuminare. Bartholomæo iſtic manente, cũ iãplenũ eſſet languentibus templũ, & quotidie ſacrificantibus nullũ daret Aſtaroth reſpõſum, perrexerũt in aliã ciuitatẽ ubi aliud dæmoniũ colebatur, cui nomẽ erat Berith. Et illic ſacrificãtes, cœperũt inquirere quare Deus eorũ Aſtaroth amplius nõ daret reſponſa. Quibus reſpondens Berith, dixit: Quia Deus ueſter catenis igneis cõſtrictus tenetͬ, ut neq; ſuſpirare neq; loqui audeat, ex illa hora qua Dei Apoſtolus Bartholomęus illic ingreſſus eſt. Capillo aũt nigro capitis hic eſt & criſpo, caro illius candida, oculi grandes, nares æquales & directæ, aures coopertæ crine capitis, barba prolixa habens paucos nos, ſtatura æqualis, quæ nec breuis nec longa poſsit aduerti. Veſtibus colocare albo, purpura clauato, Induitur pallio albo, habẽte per ſingulos angulos ſingulas gemmas purpureas. XXVI. anni ſunt ex quo nunquã ſordidantur ueſtimenta eius. Similiter & ſandalia eius per XXV. annos nunquam ueteraſcunt. Centies [a] flexis genibus per diem centies per noctem orat DEVM. Vox eius quaſi tuba uehemens eſt. Ambulant cum eo Angeli DEI qui non permittunt eum fatigari, non eſurire. Semper eodem uultu, eodẽ animo perſeuerat, omni hora hilaris & lætus permanet, omnia præuidet, omnia nouit, omnem linguam omniũ gentium & loquitur & intelligit. Igitur reuertentes illi cœperunt uultus & habitũ ſingulorũ aſpicere per duos dies, nec inuenerunt. Tertio uero die factũ eſt, ut quidam plenus dæmonio clamaret, dicens: Apoſtole Bartholomæe, incendũt me orationes tuæ. Tum Apoſtolus: Obmuteſce, inquit, & exi ab eo, & ſtatim liberatus eſt homo ille, qui per multos annos fuerat fatigatus dæmonio. Polymius aũt Rex prouinciæ illius, cum haberet filiã Lunaticam, miſit qui rogarent ut ſanaret eam. Et accedens Apoſtolus ad palatiũ Regis, uidens eã cathenis conſtrictã, propterea quod accedentes morſu attrectabat, iuſsit eam ſolui, & liberata eſt. Tunc Rex camelos auro & argento, gemmis ac ueſtibus onerauit, & quærere cœpit Apoſtolum, hæc ei offerens munera, ſed nõ inuenit. Aurora diei ſequentis apparuit Regi Apoſtolus oſtio clauſo in cubiculo ipſius, dicens: Vt quid me quæſiſti tota die cum auro & argẽto, gẽmis & ueſtib⁹, nihil terrenũ, nihil carnale, ſed animarũ ſalutẽ deſiderio. Si baptizari diſponis, ego tibi & populo dabo Deũ ueſtrũ catenis religatũ. Quod cũ affirmaſſet ſe facturũ, altera die ſacraficantib⁹ cępit clamare dæmon: Ceſſate miſeri ſacrificare mihi, ne peiora patiamini quã ego, qui catenis igneis religatus ſum ab Angelis Ieſu Chriſti iuſſu Apoſtoli ei⁹ Bartholomæi. Et oẽs una uoce clamare cæperũt: unus Deus omnipotens, quẽ prędicat Apoſtolus Chriſti, cũq; cõminuta eſſent omnia genera idolorũ, expanſis manib⁹ oratiõe facta ab Apoſtolo oĩs populus Amen [b] reſpondit: & Angelus Dñi ſplendidus ſicuti Sol, habens alias apparuit, & per quatuor angulos tẽpli circũuolans, digito ſuo in quadratis ſaxis ſculpſit ſignũ Crucis, admonẽs plebẽ ut id ſignũ [c] frontibus ſuis imprimeret, & ſic ad cœlũ uidentibus cunctis euolauit. Rex uerò una cũ uxore ſua & duob⁹ filijs, & cũ omni exercitu ſuo & populo, ac uicinarũ urbiũ quæ ad eius regnũ pertinebãt incolis credẽs baptizatus eſt: & depoſito diademate capitis & purpura, cępit Apoſtolũ nõ deſerere. Hoc uidentes idolorũ Pontifices, abierũt ad Aſtyagẽ Regẽ fratrẽ eius maiorẽ, & de deorũ ſuorũ iniuria ac tẽpli mutatione cõqueſti ſunt. Cũq; hęc flentes

a En aſsiduas Bartholomæi Apoſtoli genuflexiones.

b Conſuetudo Eccleſiæ Apoſtolicæ ad finem orationis Amen accinere.

c En Crucis aduerſarie admonetur ab Angelo populus in primitiua Eccleſia ut uexillum hoc frontibus ſuis imprimat.

En etiam templorum conſecrationẽ Angelico miniſterio comprobatam.

referrent, Rex Aſtyages indignatus, miſit mille uiros armatos cum Pontifi- cibus, ut ubi inueniretur Apoſtolus uinctum illum perducerent ad eum. Quod cum feciſſent, nunciatum eſt quod Deus eius Vualdach cecidiſſet & diſſiluiſſet: hæc audiens, ſcidit purpureā ueſtem qua indutus erat, & Apoſto- lum fuſtibus cędi iuſsit. Abdi. certamin. Apoſt. lib. 8. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 12. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 103. Cæſum autē in Cruce extenſum, uiuum excoriari mandauit. Ad Crucē a dum beatus ille accederet, totus gaudio per- fuſus, Salue, inquit, Crux, per quā humanum genus gaudio affectum eſt. Sal- ue eius Crucis imitatio, per quam mors mortem diſſoluit, & mortales ipſas immortalitate donauit. Salue Crux, in quā cum CHRISTVS aſcendit, terre- nos homines cœleſtes efficit. Salue Crux, quæ mihi hinc migranti uehiculum effecta es, quo ad cœlos perduci poſsim, quæ deniq; mei præceptoris imita- torem me feciſti. Ad te aſcendo neq; moram duco, iam enim tempus meum completū eſt. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, opus quod mihi CHRISTVS magiſter meus tradidit perfeci. Cumq; pel- le nudatus, adhuc uiuus multos conuertiſſet, tandem decollatus eſt: quē An- geli applauſu exceperunt, aër purgatus eſt, & diuinorum Apoſtolorū chorus exultauit. Ioſeph. humil. de B. Bartholom. Apoſtol. in Metaphr. Ado Tre- ueren. Beda & Iſuard. ſub. 9. Cal. Septemb. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 130. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 12. Doroth. in Synop. de 12.

a Adorat Crucem Bartholomæus.

Interea uenerunt XII. ciuitatum populi qui per illum crediderant una cum Rege Polymio, & abſtulerunt cum hymnis & cum b omni gloria corpus eius. Factum eſt autem triceſimo die depoſitionis eius, arreptus dæmonio Rex Aſtyages, uenit ad templū eius & omnes Pontifices pleni dæmonibus, confitentes Apoſtolum, ibidem mortui ſunt, & factus eſt timor & tremor ſuper omnes incredulos. Et crediderunt uniuerſi atq; baptizati ſunt à Preſ- byteris c quos ordinauerat Apoſtolus Bartholomæus. Cæterum per reue- lationem, uniuerſo populo acclamante, ab Apoſtolo ordinatur Epiſcopus ipſe Rex Polymius, qui cœpit ab eo tempore in nomine Apoſtoli ſigna mul- ta facere, fuitq; in Epiſcopatu Ann. XX. & demum perfectis omnibus ac be- nē compoſitis & ſtabilitis, migrauit ad Dominū. Abdi. certam. Apoſt. lib. 8. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 103. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 12.

b En ſanctorum uenerationem et circa eorum exuuias diuinorum hymnorum laudes.

c Hæc Preſbyterorū ordinatio Apoſtoli Bartholomæi Miſſarum celebrationem confirmat.

Sabellic. Ennead. 7. lib. 4. & Niceph. lib. 2. cap. 39. Syriam & Aſiam quoq; ſuperiorem ſortitum ſcribit Bartholomæum. Berg. ex Theodoro Abbate, & Iacobus Genuenſis Archiepiſcopus ex Dorotheo, & Cardi. Quignonius in Breuiar. Romano recentiori, in Armenia prædicaſſe tradunt, Deniq; S. Hier. in uir. illu. dormire ſignificat in Albanopoli oppido Maioris Armenię.

S. THOMAS.

OBIIT ANNO LXXXIX.

S. THOMAS, unus ex Apoſtolorum CHRISTI numero, qui & Didymus dictus eſt, Ioann. 11. & 20. accepto Spiritu ſancto, Thaddæum ex LXX. ad Abagarum Regem Edeſſenæ Ciuitatis tranſmiſit, ut eum ab infirmitate curaret. Quod Thaddæus impleuit, & ueniens, impoſito Regi Crucis ſignaculo, d ab omni eum languore curauit. Euſeb. lib. 1. cap. 13. Thoma interea apud Cæſaream prædicante, apparuit Dominus dicēs: Tho- ma, Gandoforus Rex Indiæ miſit ad Ciuitatem iſtam Abanem procurato- rem ſuum, ut conducat uirum pertiſsimum in architectonica ad conſtruen- dum palatium more Romano, te itaq; una mitti uolo, ut ipſis CHRISTO uendicatis

d Crucis ſignaculum oēs languores ſanat.

uendicatis, martyrij palmam ibi ſubeas. Et aſcendentes nauim in Indiam citeriorem euecti ſunt. Cumq́ peruenisſent Adrianopolim, Rex filiæ ſuæ nuptias celebrabat, ac eius ſanctitate per miracula agnita, Rex deprecatus eſt, ut benediceret ſponſum & ſponſam, [a] ad quos noctu clauſis ianuis ingresſus, hortatus eſt eos ad uirginitatem, dicens: Virginitas ſoror [b] eſt angelorum, posſeſsio omnium bonorum, uictoria libidinum, fidei trophæum, expugnatio dæmonum, & æternorum ſecuritas gaudiorum. Qui conuerſi ad fidem, uirgines permanſerunt, & ſponſa dicta Pelagia [c] ſacro uelamine ſuſcepto martyrium promeruit, ſponſus uero Dionyſius eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus eſt ordinatus. Sed & ipſe Rex qui erat pater puellæ, compunctus corde, credidit in Dominũ IESVM CHRISTVM, tranſactoq́ ſeptẽ dierũ [d] ieiunio, baptizatus in nomine Trinitatis, tonſo [e] capite Diaconus eſt ordinatus.

Tandem Abanes cum Apoſtolo applicuerunt ad Ciuitatem in qua Gundoforus habitabat, data autem menſura ædificij, relictoq́ multo pondere auri, profectus eſt Rex in aliam prouinciam, deprecans Apoſtolum, ut uelociter ædificaret domum illam. B. uero Thomas accepta pecunia, in circuitu Ciuitates obambulans, & euangelizans uerbum DEI, aurum regium indigentibus diſtribuebat, ſanabatq́ omnes infirmitates populi per regionem illam. Reuerſus demum Rex eius ciuitatis, cum audisſet quod fecerat Apoſtolus, deluſum ſe putans, ipſum Thomã in carceres coniecit, ut uiuus excoriatus flammis traderetur. Interea Gad frater Regis moritur, & dum ei ſepulchrum preciosum paratur, quarto die reſurgit: ſed enim eo quæ palatia in cœlis conſtruxisſet Thomas fratri exponente, curſu uelocisſimo abiens ad carcerẽ, dimiſit Apoſtolum, & beatæ Crucis [f] ſignaculum accipiens, CHRISTO credit. B. uero Apoſtolus indicens ieiunium [g] per ſeptem dies, prædicauit uerbum Domini, & die ſeptima baptizauit Regem & fratrem eius, in nomine Patris & filij & Spiritusſancti: ſed & 9000. hominum exceptis mulieribus atq́ paruulis ad CHRISTVM conuertit. Tunc quoq́ Rex ipſe cũ fratre ſuo aſcendens de lauacro, uidit iuuenẽ in ueſte alba, tenentẽ lampadẽ magnam, & dicentem: Pax uobis, & ſtatim receſsit ab oculis eorum. Cumq́ liberasſet Apoſtolus mulierẽ ſpiritum immundũ habentem, benedicto pane cõmunicabat [h] eum omnibus, dicens: Gratia Domini uobiſcũ. Hac fama de B. Apoſtolo [i] increbreſcente, conueniebat populus indies maior, exhibens infirmos, & ponens per plateas, quos cũ ille uidebat, cunctos in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, imponens ſignũ beatæ Crucis [i] ſanabat. Poſt hæc cũ omnes benedixisſet, & oratione facta [k] populus Amen cõclamasſet, abijt in ſuperiorẽ Indiã: & cũ Sinticen amicã Mygdoniæ cœcã illuminasſet, ipſamq́ Reginam Mygdoniã tonſam & humili habitu indutã CHRISTO lucratus esſet, templis ubiq́ maximis, alijsq́ pro eo atq́ decebat rebus omnib⁹ ſancte ordinatis, Misſarũ ſolennijs celebratis, Magorũ qui CHRISTVM puerum adorauere populo Saluatori uendicato, Siforo in Epiſcopũ creato, & Zuzane [l] Diacono cõſtituto, ab ijs qui lucẽ offenſè oderãt, pro cõfeſsione cõſtanti nominis Chriſtiani, uarijs & atrocibus tormẽtis affectus, cũ illud fortiter ſuſtinuisſet ac uicisſet, candentibus laminis aduſtus, inde in fornacem deiectus, uiuens lanceis cõfosſus & gladio percusſus, ad eũ cuius ipſe cõtrectauerat latus peruenit. Abdi. certa. Apoſt. lib. 9. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 29. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 10. Viterben. Chron. part. 14. Nicephor. lib. 2. cap. 40.

[a] En benedictionem ſponſi & ſponſæ tempore Apoſtolico.

[b] Laudes uirginitatis.

[c] Pelagia ſacrum ſuſcepit uelamen.

[d] Ieiunium præceſsit baptiſmũ ſeculo Apoſtolorũ.

[e] En tonſuræ uſum in Eccleſia primitiua.

[f] Ecce Crucis uexillum.

[g] Ieiunium preceſsit baptiſmũ tempore Eccleſiæ primitiuæ.

[h] En communionẽ ſanctæ Eucharistiæ ſub una ſpecie nec fit mentio hic calicis.

[i] Infirmi ſanantur impreſſo Crucis ſigno.

[k] Orationẽ facta conclamarunt Amẽ.

Iterum uſus tonſuræ tempore Apoſtolorum quãdo ſcilicet ſacris uirginibus abſcinditur coma.

[l] Misſarũ ſolennia celebrauit B. Thomas.

Thomas Apoſtolus Germaniæ Chriſtum prædicauit. Scythis & Germanis B. Thomam Apoſtolũ Chriſtum annunciaſſe Hieron. refert in uir. Illuſtr. de B. Thoma. Doroth. in Synop. de 12. Viterb. Chron. part. 14.

Inſulam quoq; Cazatoram à D. Thoma CHRISTI cultũ accepiſſe epiſt. Indicæ declarãt. Sunt & in China potiſsimũ aũt in Inſula Cancatora Chriſtianæ religionis per D. Thomã ibi plantatæ haud obſcura ueſtigia. Incolis demũ Chiromandel quæ regni Biſnagæ Ciuitas eſt Euangeliũ annunciauit B. Apoſtolus Thomas à quibus (ut Annales ipſorũ teſtari uidentur) extremo quoq; ſupplicio affectus martyrij coronã conſecutus eſt: contraq; opinionẽ eorum, qui corpus B. Apoſtoli translatũ credunt, totus ferè hic populus illud apud ſe eſſe aſſerit, cuius rei nõ obſcura argumenta adferunt. In ſepulchro B. Apoſtoli inuentum corpus ſatis amplum, ac procerum, ſuauiſsimum de ſe odorem ſpargit, quod magna in hodiernum uſq; diem ueneratione ab omnibus colitur. Sepulchrum uero in rupe exciſum eſt, in quo & ſanguineas cernere eſt maculas, & Crucem in eo exſculptam. Lignum quoq; ibi oſtenditur incredibilis magnitudinis, quod Apoſtolus, dũ uiueret, è longinquis regionibus ad locum, in quo palatium Regis extruendũ erat (Archio uocant) mari miraculoſè aduexiſſe ferunt: cuius ligni ea eſt uaſtitas, ut ne boum quidem copioſa multitudo loco mouere queant. Hoc ipſum Indi religioſè admodum conſeruant ac uenerantur. Hæc ex epiſt. Indic.

PERSIDIS.

S. SIMON ET IVDAS.

OBIIT ANNO LXX. S. SIMON Zelotes Apoſtolus, Zelo Domini feruens, Chauaneus à uilla Chana cognominatus, unde erat oriundus, accepto cœlitus adueniente Spiritu ſancto, Ægyptum, Cyrenem & Aphricã, deinde Mauritaniam & Lybiam omnem, Euangelium deprędicans percurrit: eandem is doctrinã etiam ad Occidentalem Oceanum, inſulaſq; Britannicas pertulit. Niceph. lib. 2. cap. 41. Ado Treuereñ. & Beda ſub 5. Cal. Nouembr.

Iudas uero Thaddæi & Lebbæi filius Ioſephi, frater autem Iacobi, Iudæam primum & Gallileam, Samariam & Idnmæam, deinde Arabiæ Ciuitates, necnon Syriæ & Meſopotamiæ regiones, ſacro dogmate mitigauit, ac feras & indomitas gentes in interioribus Ponti euangelizans, fidei ſubiugauit. Niceph. lib. 2. cap. 40. Ado Treuereñ. & Beda ſub. 5. Cal. Nouemb.

Inde ſimul Perſidem ingreſsi, fidei CHRISTI innumeram gentis ipſius multitudinem ſubdidere, & unius anni ſpacio amplius quam LX. millia uirorum baptizarunt, exceptis paruulis & mulieribus, baptizato primum Rege cum uniuerſis dignitatibus ſuis. Præterea uidentes omnes infirmitates uerbo curari, illuminari cœcos, mortuos etiam ſuſcitari in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, uniuerſi a crediderunt, deſtruentes templa, & Eccleſias extruentes. Ordinauere autem Apoſtoli in Ciuitate Babylonis Epiſcopum nomine Abdiam qui cum ipſis uenerat à Iudæa, qui & ipſe uiderat oculis ſuis Dominum, & repleta eſt Ciuitas Eccleſijs. Vterq; poſtremo in urbe Suanyr Pontificum impetu interemptus eſt, quos poſt tres b menſes Rex Xerxes ad ſuam tranſtulit Ciuitatem. In qua extruere cœpit Baſilicam octogenos cyclos octo angulorum, & octies octogenos pedes pergyrum comprehendentem,

a Extruuntur plures Eccleſiæ in Perſide ad probanda Miſſarum ſolennia.

b Sanctarum reliquiarum cultus & ueneratio atq; Baſilicæ in eorundẽ honorem conſtructio.

comprehendentem, cum alia eſſet pedum CXX. fueruntq́ omnia ex quadratis marmoribus ſignaticis extructa, & camera ipſa laminis aureis ſuffixa. In medio autem octogeni, ſacrophagum corpora B. Apoſtolorum portantem ex argento puro inſtituit, factaq́ eſt huius fabricæ ædificatio per annos tres continuos, Calend. Iul. dedicata. Abdi. certamin. Apoſt. lib. 4. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 14. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 115. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub 5. Calend. Nouemb.

PARTIS QVINTÆ

DISTINCTIO VIII.

DE VITA MIRACVLIS ET MARtyrijs Sanctorum Inſularium.

CHERSONÆ.

S. CLEMENS.

OBIIT ANNO LXXVII.

SANCTVS CLEMENS Papa, patria Romanus, de regione Cœlij montis, Fauſtini cuiuſdam & Mathidiæ filius, Petri Apoſtolorũ coryphęi diſcipulus, Pauli cooperarius & commilito, illuſtri genere clarus, & ad Cæſarũ genus ortum ſuum referens, (Niceph. lib. 2. cap. 35.) primus poſt Petri Apoſtoli mortem Rom. Epiſcopus, paulo ante obitum ſuum ab eo deſignatus. (Damaſ. in uit. Petri) pietate, religione, doctrina, multos ad fidem CHRISTI quotidie traducebat, & quos baptiſmatis ſanctificatione illuminauerat, mendicitati ſubiectos eſſe nõ patiebatur, quotidiana ſiquidem prędicatione, mediocres ac diuites, ne baptizatos pauperes à Iudęis, ut à gentilibus ſtipem publicam accipere ſuſtinerent, ac uitam baptiſmatis conſecratione mundatam donis gentiliũ inquinari permitterent cohortabatur. Primit. Eccl. Prothon. in uit. Clem. Metaphr. in uit. eiuſdem. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 2. § 2. Acceperat nobile genus, amplas poſſeſsiones, hereditatem multam, ſcientiam quoq́ excellentem & ſingularem, ita ut optimus quidem illius temporis Philoſophus haberetur, ſed pro Dei amore uniuerſa contempſit, ut lucrifaceret CHRISTVM. Bernard. in Serm. de B. Clemente. Poſt Petrum hic pręco ueritatis, & eius Romanę ſedis ſucceſſor fidelis, illius in hodiernum diem in uniuerſa terra uel tacens ſalutiferas clamat fuiſſe doctrinas, qui fuit uerus palmes uitis CHRISTI, per quem nobis botrus doctrinę, pietatis & ſalutis nobis muſtum effudit. Qui fuit uerę ſcalę, quæ nos non deducunt, ad ſublimem aliquam terrę altitudinem, ſed uirtutũ aſcenſionibus tanq́ aliquibus gradibus nos ad cœlum tranſmittunt & cœleſtia. Scalæ quę ijs, qui à Iacob uiſę ſunt, nihil ſunt inferiores, nõ oſtendentes nobis Angelos, per eas aſcendentes & deſcendentes, ſed hominũ animas, diuinis admonitionibus, ut quæ

Ex hoc colligere licet facultates eccleſiæ primitiuæ cum amplas poſſeßiones habuerit & poſuiſſet ad pedes Apoſtolorum.

 à gradibus

à gradibus in gradus per uirtutes ad Deum deducant. S. Epiphan. Epiſcopus Cherſon. de S. Clem. Cum aũt Fl. domicillam uirginem, neptem Domitiani principis, ſponſam Aureliani credentem CHRISTO, ſacro uelamine a ad integritatis perſeuerantiam conſecraſſet, & Theodoram Siſinnij coniugem conuerſam à ſimulachris, Deo caſtitatis propoſitũ profiteri perſuaſiſſet, Siſinnius zelo ductus, una dierũ eccleſiã in qua Clemens fidelibus diuina celebrabat b myſteria introiuit, ſcire uolens cur uxor totius templũ frequentaret, ubi cæcꝰ & ſurdus effectus, nihil neq; uidere potuit, nec audire. Poſt miſſarũ itaq; ſolennia pacta, cũ res Siſinnij uergerẽt ſemper in deterius, proſtrata ad B. Clementis pedes Theodora, uirũ ſuum curas argentẽ ſecretorũ Dñi noſtri IESV CHRISTI, cæcitatẽ incurriſſe, auditũq; amiſiſſe, grauiter conquerebatur. Facta igitur ſolẽni precatione ab omni c eccleſia. Clemens acceſsit ad uxorẽ Siſinnij, ac orans ſuper eũ, uiſum ei reſtituit atq; auditũ. Et ſic credidit ipſe, cũ omni domo ſua, atq; dato nomine proximo Paſchate futuro baptizatus eſt. Cõputati ſunt autem de domo ſimul uiri cũ mulieribus & infantib. promiſcui ſexus, numero. CCCCXIIII. Per hũc quoq; Siſinniũ, multi nobiles, multi illuſtres & amici regis Neruę conuerſi ſunt ad Chriſtũ. Primit. eccl. Proto. in uit. Clemen. Anton. part. 1. tit. 7. ca. 2. §. 2. Petr. de Natal. lib. 10. ca. 98. Quamobrẽ Publius Tarqnius ſacrorũ princeps, uidens innumerabilẽ multitudinẽ Chriſto credere, inuidia ductꝰ, uocauit ad ſe patronos regionũ, & data eis pecunia monuit, ut ſeditionẽ excitarent nomini Chriſtiano. Cœpit itaq; cũ Clemente epiſcopo agere Mamertinus urbis pręfectus, ne ſpontaneũ cogeretur ſubire exiliũ, ſed ſecurus uiueret, ut dijs libamina exhiberet. Sed B. Clemens cũ Iudicis animũ ad fidem Chriſti ꝑducere nõ poſſet, ſe appetere potius exiliũ, quam timere oſtendit. Pręfectus aũt metu excuſſo, conturbatus, flere cœpit, dicens: DEVS quẽ tu purè colis adiuuet te in hac exilij relegatione, nauẽq; ei, omnibus neceſſarijs onuſtã delegauit, et ſic in eremũ trans ponticũ mare, quod adiacet ciuitati Cherſonę dimiſit. Ado Treuer. & Bed. ſub 9. Cal. Decem. Secutiq; ſunt Epiſcopũ religioſi uiri multi. Cum aũt perueniſſent ad locũ exilij, inuenerũt ibi ad ſecanda ſaxa amplius quã duo milia Chriſtianorũ, diuturna relegatione dãnatos. Niceph. lib. 3. ca. 18. Dũ ibi uero aquę penuria laboraretur, quã ſexto miliario repetebant, collẽ haud longe poſitũ conſcendens: oremus, inquit, Dñm IESVM CHRISTVM, ut confeſſoribus ſuis, fontis in iſto loco uenas aperiat, & qui percuſsit petrã in deſerto Sinai, & fluxerunt aquę in ſatietatem, ipſe nobis laticẽ affluentem impertiat, ut de eius beneficio gratulemur. Cũq; oratione completa hinc inde circũſpiceret, uidit agnum ſtantẽ, pede dextro erecto quaſi locũ ſancto Clementi oſtenderet. Quod ſanctus Clemens intelligens, Dominum IESVM CHRISTVM eſſe quem ſolus ipſe reſpiceret, & pręter ipſum alius non uideret, perrexit ad locũ, & accepto breui ſurculo, leui ictu locũ ſub pede agni percutiẽs, fontem affluentibus uenis ornatũ aperuit, quo recreati omnes glorificabant Deum, clamantes: Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ DEI. Ad iſtam aũt famã confluxit omnis prouincia, & uenientes uniuerſi ad doctrinã S. Clementis conuertebantur ad Dominum IESVM CHRISTVM: ita ut in die illa quingentę animę, & eo amplius baptizatę in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, in fide Chriſti abſcederent inſtructę. Per totam autem prouinciã intra unum annum à credentibus ſeptuaginta & quinque Eccleſię fundatę, & omnia templa deſtructa, omniaq; Idola

a S. Fl. Domicilla à B. Clemente ſacrum uirginitatis uelamen accepit.

b S. Clemens Papa ſacræ Miſſæ ſolennia perfecit.

c En preces totius eccleſiæ.

Miraculoſè oratione B. Clementis fons diuinitus producitur.

Septuaginta & quinq; in Cherſona eccleſiæ uno anno ad miſſarũ ſolennia celebranda conſtruuntur.

comminuta

comminuta ſunt. Primit. Eccleſ. Protho. in uit. Clement. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 2. §. 2. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 98. Metaphraſt. in uit. Clement.

Hanc obrem motus Traianus, poſt tres annos, cum duce Aufidiano ex ſatellitibus ſuis quoſdam mittit, qui Clementem in mare proijcerent, alligata ad collum ancora. Ado Treueren. & Beda ſub 9. Calen. Decembr. Plat. de uit. Ponti. Volater. lib. 22. Stante autem omni multitudine ad littus: Phœbus & Cornelius diſcipuli eius, orare cœperunt, ut oſtenderet eis Dominus martyris ſui corpus, & continuo mari per tria fere miliaria recedente, ingreſsi per ſiccum inuenerunt in modum templi marmorei, habitaculum à DEO paratum, & in arca ſaxea corpus S. Clementis poſitũ, ita ut ancora cum qua miſſus fuerat in ſiccum iuxta eum eſſet poſita. Reuelatum eſt autem diſcipulis, ne corpus ipſius inde tollerent. Omni uero anno die feſto paſsionis eius recedebat mare per ſeptem dies, & ſiciter aduenientibus prębebat, expleto autem feſto aquę regrediebantur. Orationibus quoq; eius multa diuina ibi conferebantur beneficia, nam & cœci illuminati ſunt, dæmones effugati, & omnes ſaluati infirmi. Phrenetici, & qui calculo laborarant, ſolo contactu eius reliquiarum, & aquæ ſanctificatũ aſperſionem & potu, malo liberabantur. Gregor. Turonen. in lib. in glor. plurim. martyr. ędito, cap. 34. Metaphraſt. in uit. Clement. Primit. Eccl. Prothon. in uit. eiuſdem. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 2. §. 2. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 98.

Templorum ædificatio in honorem martyrum miraculo comprobatur.

En cultus reliquiarum quantis hic comprobetur miraculis. Nota uſum aquæ benedictæ.

Cum ſic præclariſsimus & ſanctiſsimus Clemens, (ut ſcribit diuinus Ephraim Cherſon. epiſ. in Clemente apud Metaphraſt.) perfeciſſet doctrinæ curſum & Apoſtolatus, & per conſummationem martyrij hinc exceſsiſſet, & uenerandæ ſanctiſsimi martyris reliquię in maris profundum fuiſſent proiectæ ab impijs illis cultoribus ſimulachrorũ, & eas excepiſſet templũ in profundo à DEO ædificatum, hic quoq; maximum facit miraculum DEVS, ſtante enim omni multitudine ad littus, Phœbus & Cornelius eius diſcipuli cum ijs qui illis erant fidelibus ut ſacroſanctas glorioſi martyris reliquias eis oſtenderet, DEVM ſupplices rogant, & protinus immenſum illud pelagus deſiſtens & retrocedens, effecit ut profundum adiri poſſet à fidelibus ad tria ferè miliaria. Ingreſsi autem inuenerunt habitaculum inſtar templi marmorei, & illic in capſa lapidea ſanctiſsimas & glorioſiſsimas Martyris CHRISTI repoſitas reliquias. Ado Treueren. ſub 9. Cal Septem. Qui ſtatuentes ex profundo tollere corpus, noctu accedens ſanctus, eos ſic eſt allocutus: Reliquias quidem nolite tollere, hanc autem uobis concedo gratiam, ut ſingulis annis die meæ decertationis ſeptem dies mare retrocedens, prębeat iter per ſiccum ingrediendum huc uſq;, ut ab eo nunc tempore uſq; in hodiernum diem ſingulis annis fit hoc miraculum. Cum hoc ſic factum, omnes pij, tam qui erant in regione, quam ciues Cherſonis audiuiſſent, perrexerunt ad contemplandum miraculum. Cum quibus quidem quoq; uir pius, cum pia uxore & filio maſculo, ad ſacroſancti martyris templum uiam peregerunt, prompto & alacri animo. Cum autem ad locum perueniſſent, & miraculum, quod adhuc fiebat aſpexiſſent, ingreſsi ſunt illud templum quod à DEO ædificatum fuerat, in profundo, & cum ad capſam acceſsiſſent, ſupplices ſanctum rogabant, petentes ut per ipſum ſibi daretur uenia peccatorum: & precantes ut filio daretur uita longa & nullis obnoxia calamitatibus, & opum copia, & quæ conſentaneum eſt, petere parentes filio unico. Poſtquam ergo preces peregiſſent, &

En S. Clementem primitiuæ Eccleſiæ Chriſtiani ut ad Deum interceſſorem precibus compellarunt.

ſancti oſculati fuiſſent reliquias, redierunt. Qui cum egreſsi eſſent, aqua rurſus in ſuum locum rediijt. Illi autem conuerſi, & quod prius erat iter pelagus aſpicientes, huc & illuc circumſpicientes, filium quærere aggrediebantur. Is autem in arca Sancti remanſerat, & hoc non obliuione parentum, ſed DEI uoluntate factum eſt, ut in hoc quoque Martyrem faceret magis admirabilem.

Cum ergo parentes non inuenirent filium, & cogitaſſent puerū à ſe obliuioni in profundo mandatum, quid opus eſt dicere & patris lamentationes & matris eiulatus, quidam ex ijs, qui illuc conuenerant, uix tandem eis perſuaſerunt, ut ceſſarent à lamentatione. Cum à luctu autem parum ceſſaſſent domum abierunt. Cum ergo tempus proceſsiſſet, & memoriæ ſancti Martyris dies ueniſſent, hæc inter ſe dicebant recordati ſui filij. Agedum proficiſcamur ad ſanctum, ut ſi ullæ reliquię, quod fieri non poteſt, remanſerint noſtri filij, eas accipiamus, & cum ſancto iudicio contendamus; ut ſi fieri poſsit, illic moriamur, mortis ſocietatem ineuntes cum filio. Cum hæc ergo dixiſſent, nondum ijs quæ dicebantur finem impoſuerant, & cœperunt iter ingredi. Cum uero acceſsiſſent, & ad locum perueniſſent, & mare retroceſsiſſet, DEO hic quoque honorante Martyrem filij ſui deſiderio ſtimulati, primi profundum inſilierunt, eosque ſequens uadebat multitudo. Cum autem perueniſſent, ad inprimis uenerandū templum martyris, (ô miraculum) uident ſuum filium uiuum, lætum & exilientem. Cum ſic autem à miraculis in miraculum incidiſſent, recque inſigni & mirabili eſſent obſtupefacti, primū quidem DEVM laudarunt. Deinde martyri quoque egerunt gratias. Deinceps uero adoleſcentem interrogarunt, quomodo eſſet ſeruatus, quonam uiuificante, quonam ſeruante, & quonam nutriente? Puer autem una quidem manu tenens arcam: altera autem manu digito indicans, eum qui intus iacebat reſpondit interrogantibus: Hic poſt DEVM meus cuſtos, & uita & alimentum fuit, & propulſator beluarum marinarum. Hic me quotidie alebat ſplendidiſsimè. Parentes autem admiratione & lętitia affecti, & martyris fide magis confirmati, per quem filium, quem putabant mortuum uiuentem acceperunt, priores luctus conuerterunt ad gratiarum actiones, & accipientes filium uenere domum narrantes omnibus miraculum. Gregor. Turon. in lib. in glor. plur. marty. ædito. cap. 35. Nicephor. lib. 3. cap. 18. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 2. §. 2. Sunt qui ſcribunt S. Clementem ante Romanū Epiſcopatum Sardicenſem Epiſcopum fuiſſe, ut Doroth. in Synop. de 12.

FINIS PARTIS QVINTÆ, CENTENARII PRIMI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE.

GVILIELMI

GVILIELMI EYSEN-GREINEI DE NEMETO SPIrenſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

CENTENARIVS PRIMVS.

PARS SEXTA.

DISTINCTIO PRIMA.

DE SCRIPTORIBVS ET SCHOLIS Eccleſiaſticis Italiæ.

ROMANI SCRIPTORES.

S. CLEMENS.

SANCTVS CLEMENS, (cuius Apoſtolus Paulus ad Philippen. ſcribens meminit) Fauſtini filius, Romanus, de regione Cœli montium, Petri auditor atq; diſcipulus, ad Cæſarum gentem ortum ſuum referens, (ut ipſe de ſe Recog. lib. 7. teſtatur) Romæ urbis poſt Petrum Pontifex, primitiæ eorum, quos Petrus in orat. ad Clementem ipſum, Romæ ſe obtuliſſe DEO teſtatur. Vir pietate, religione, doctrina clarus, Græcorũ diſciplinis, Philoſophiæ Platonicæ & Ariſtotelicæ, quin & Matheſeos ſumme eruditus, atq; in omni ſcientiarum genere exercitatus egregiè. Scripſit zelo fidei & Chriſtianæ religionis ex perſona Romanæ Eccleſiæ.

Illyrian vulpina fraude in primam Centuriā nullos inducit Eccleſiæ Scriptores: oportuiſſet ipſum alias nevos (ut ait) Apoſtolicorum virorum recenſere: ſed ſic quivis intelligeret Apoſtolorum ætate eadem fuiſſe docta, quæ hodie in Eccleſia Catholica.

Ad Eccleſiam Corinthiorum	*Epiſt.* I.
Ad Fratrem Domini	*epiſt.* I.
De officio Sacerdotis & Clericorum	*epiſt.* I.
Ad diſcipulos Iulium & Iulianum	*epiſt.* I.
Ad Eccleſiam Hieroſolymitanam	*epiſt.* I.
Conſtitutionum Apoſtolicarum	*Lib.* VIII.
Itinerarij vitæ ſuæ, ſeu Recognitionum	*libr.* X.
De vero Propheta	*libr.* I.
Diſputationis Petri	*libr.* I.
Itinerarij ſui Romam uſq;	*Epitome*
Canonum Apoſtolorum 85.	*libr.* I

Liturgiam ſeu Miſſæ ritum, ad normam S. Petri.

Quæſtionum Petro à diſcipulis propoſitarum libellos aliquot, quos lib. 5. Recognit. miſiſſe ſe fratri Domini fatetur. Vertit etiam multorum Patrum iudicio epiſt. Pauli quæ Hebræis eſt ſcripta, ex Hebræo in Græcam linguam elegantiſſima Phraſi.

Cæterum hic ſe ingerit Egeſippi locus (quem citat Nicephor. Sacr. Hiſtor. lib. 4. cap. 7.) de libris apocryphis, qui ſua ætate ait ab hæreticis ea

quæ conficta ſunt, libris clam eſſe inſerta, ut libri alias boni per eos facti ſint apocryphi. Id ipſum diligenti examinatione habita accidiſſe animaduertit S. Rom. Eccleſia in quibuſdam Clementis operibus. Hinc accidit ut libri Recognit. & Diſputationis Petri. 15. diſt. S. Roman. inter apocrypha ſint reputati. Ebionitas enim pro ſua hæreſi ſtabilienda impia quædam illis immiſcuiſſe conſtat. Teſtatur id Epiphan. lib. 1. Tom. 2. hæreſ. 30. contra Ebion. Vtuntur, inquit, & alijs libris, nimirum Petri circuitionibus appellatis, per Clementem ſcriptis, multa corrumpentes in ipſis, & pauca uera relinquentes, uelut ipſe Clemens ipſos per omnia redarguit in epiſtolis, quas ſcripſit encyclicis, quæ in ſanctis Eccleſijs leguntur: quod alium habeant characterem fides ipſius & ſermo, ab his quæ ab illis ſub nomine ipſius in circuitionibus corrupta ſunt. Ipſe enim uirginitatem docet, & illi non admittunt. Ipſe enim laudibus uehit Heliam, Dauidem, Samſonem & omnes Prophetas, quos illi abominantur &c. quæ ſequuntur plurima. Idipſum conqueritur Hieron. contra Ruffin. Clemens, inquit, Apoſtolor. diſcipulus, qui Romanæ Eccleſiæ, poſt Apoſtolos, Epiſcopus & Martyr fuit, libros edidit qui appellantur ἀναθιώξισμος, id eſt Recognitio, in quibus, cum ex perſona Petri Apoſtoli doctrina quaſi uere Apoſtolica exponatur in aliquibus ita Eunomij dogma inſeritur, ut nihil aliud quam ipſe Eunomius diſputare uideatur. De reliquis, ſiue hodie extent omnia, ſiue adhuc latent, dubitatum nunquam fuit. Quanquam Nicolaitæ impuri, ut ſuarum uxorum communitatem ſtabilirent tanti Pontificis authoritate, eius epiſt. 5. quæ de bonorum communione tractat, hæc uerba inſeruerunt: In omnibus autem ſunt ſine dubio & uxores: Sed craſsior erat blaſphemia, quam ut aliqua examinatione indigeret, aut idep Clementis eſſe ea epiſtola negaretur. Paſsim antiqui Patres, imo & Apoſtolor. diſcipuli integras periodos, iiſdem uerbis, quibus Clemens uſus eſt, ſuis libris inſerunt. Vt Anacletus, Euariſtus, Ignatius & alij. Ea quæ ad Corinthios pro ſeditione ibidem orta, ſedanda fuit ſcripta, Euſebij tempore in plurimis Eccleſijs fuit lecta, ut teſtatur ipſe lib. 3. cap. 16. Eccleſ. Hiſtor. Eiuſdem meminit & Dionyſ. Corinthius epiſt. ad Soterem Roman. Pont. Sed & libros Apoſtolicarum Conſtitut. deprauatos fuiſſe nouimus, qui tamen noſtro tempore ſynceri emerſerunt. Hos ultimus 4 Canon Apoſtolor. approbat. Et uix quiſquam in ijs continetur, quod Patres ad ſe non rapuerint. Paſsim enim D. Ignatius eis utitur. Athanaſius præclare de illis ſentit epiſt. ad Ammum Monach. Michaël Syngelus Presbyter Hieroſolymit. in uita Dionyſ. Areop. ſub Clementis nomine Conſtitutiones has citat. Epiphan. in libris ſuis aduerſus hæreſ frequenter earum mentionem facit: ut hær. Audianor. & Meſſalianor. ubi ait nihil in ijs contineri à fide adulteratum, ſed diuinam ſcripturam appellat ac doctrinam. Damaſcen. lib. 4. de fide Orthod. recenſens ſacra uolumina, Clementem Apoſtolicorum Canonum collectorem conſtituit. Proclus Patriarch. Conſtantinop. hos libros agnoſcit, capite de traditione ſacrificij diuini. Item Oecomen. in Comment. Epiſt. 1. ad Timoth. S. Nicolaus Methonenſis Epiſcop. in libello quo probat uerum corpus & ſanguinem CHRISTI contineri in Euchariſtia. Clementem, (ait Nicephor. lib. 3. cap. 18.) & Apoſtolicarum Conſtitutionum, & ſacrorum Canonum autorem eſſe credimus.

Synceros eſſe demonſtrat Turrianus qui eos græce edidit. & Ioan. Carolus Epiſcopus Oſtunenſis qui latine.

credimus. Sciendum autem hic eſt Clementem latiſsime in Conſtitutionibus Apoſtolicis explicare ea, quæ breuiter Canones illorum (ut moris eſt) continen. Vnde ij qui Conſtitutionibus falſum admiſcuére, patrarunt idem & in Canonibus. Vtrorumq; enim Apoſtoli ſunt authores ut uidimus. Clemens collector tantum fuit. Nec turbare lectorem debet patres in Canonũ numero uariare. Accidit enim hoc ex eo quod Canones prolixiores nõ ab omnibus pari modo fuerunt diuiſi: quandoq; integros relinquentes, quandoq; diuidentes, ut in Ioanne Zonara uidere licet, qui ex Can. 48. facit duos. Quidam etiam non plures citarunt, quam haberent in ſcripto. Furatos enim hæreticos de numero quoſdam, diximus.

Iam uero quod Miſſæ ritum, ſeu Liturgiam Clemens conſcripſerit, præterquã quod in 8. Conſtitution. lib. integra extat teſtantur, S. Nicola. Methonenſ. Epiſ. contra eos qui dubitabant de ueritate Euchariſt. Marcus Archiepiſc. Epheſin. in libro quod non ſolis CHRISTI uerbis peragatur conſecratio. Proclus Epiſcop. Conſtantinop. tractat. de tradit. diuinæ Liturg. Beſſarion Epiſ. Tuſculan. & Patriarcha Conſtantino. Horũ pleriq; uerba quædam ex Clementis Canone recitant, ut citat Ioannes Garecius lib. de Miſſa. Libri de uero Propheta à ſe cõſcripti meminit ipſe lib. 1. Recognit. Cæterum non putamus nos contra Eccleſiæ cenſuram facturos, ſi ut ex alijs, ita quoq; ex Recognitionum libris, quædam Apoſtolica præcepta & dogmata adferimus: non tam quia in libris Recognit. apocryphis, continentur, quam quia uera ſint, & Apoſtolicæ doctrinæ congruentia, etiamſi in illis libris talium non fieret mentio.

Prius tamen operæ precium erit hoc loco admonere lectorem, Clementem, cum à B. Petro Apoſtolor. principe Pontifex ſucceſſor ordinaretur mandatum à præceptore accepiſſe, ut ipſius acta Simeoni fratri Domini Hieroſolymorum Epiſcopo perſcriberentur, id quod à Clemente fideliter peractum eſt. Quod igitur ad duas illius epiſtolas attinet fratri Domini miſſas, certum eſt à multis patribus eſſe receptas: tamen hactenus male lecta eſt inſcriptio, Iacobo fratri Domini, quia is iam ante annos ſeptem obierat, Titulus itaq; deprauatus legitur in hunc modum.

> CLEMENS *Iacobo fratri Domini, & Epiſcopo Epiſcoporum, Regenti Hebræorum: ſanctam Eccleſiam Hieroſolymis, ſed & omnes Eccleſias, quæ ubiq; DEI prouidentia fundatæ ſunt, cum Presbyteris &c. pax ſit.*

Ex ratione igitur & melioribus exemplaribus, ſic eſt legendum.

> CLEMENS *Simeoni fratri Domini Epiſcopo Hieroſolymorum regenti Hebræorum ſanctam Eccleſiam: ſed & omnibus Eccleſijs quæ ubiq; terrarum ſundatæ ſunt cum Presbyteris &c. pax ſit.*

Error ex Rufini è Græco translatione orſus eſt, qui uidens ad Fratrẽ Domini ſcriptas, putauit eſſe Iacobum, ad quem alia quædam prius Clemens ſcripſerat. Erant autem arcanæ litteræ, quas conſtat cyphris quibuſdam fuiſſe ſignatas, ut habet Atticus Conſtantinopolitan. in fine concilij Calcedonenſ. Atq; has inter arcanas fuiſſe dicit ultimus Canon Apoſtolor. unde facile potuit errare Rufinus. Sed iam ad paradoxa Apoſtolica, quæ ab hæreticis hodie ut plurimum impugnantur, ueniamus.

DE

DE TRINITATE.

D. Petri exactiſsimam de myſterio S. Triados doctrinam, recenſet epiſt. 1. frat. Domini. Iam enim morti uicinus Apoſtolorum uertex, Omnes homines, inquit, qui Chriſtiano cenſentur uocabulo, patrem & filium, & Spiritum ſanctum unum DEVM & Dominum ueraciter credere & confiteri docebat. Filium autem Patris uerbum, ſpeculum, characterem, & imaginem, in omnibus patri eſſe ſimilem, eiuſdem naturæ in diuinitate genitum, & genitori per omnia æqualem.

DE ANGELIS.

Quemadmodum hodie tenet Eccleſia Catholica, Angelos à DEO terræ principes eſſe conſtitutos, quod nouitiũ inuentum non ſit, ſed doctrina Apoſtolica, ex Petri uerbis refert Clemens lib. 2. Recognit. ubi clariſsime uniuſcuncꝙ gentis Angelum, cui concredita ſit gentis ipſius diſpenſatio à DEO, exiſtere docet. Atcꝙ ad eũ modũ Angelos illis principes eſſe conſtitutos, quo in ſeptuaginta & duas partes diuiſit DEVS totius terræ nationes. Quid aũt iſte principatus ſit clarius docet, cum uni eorum, quem inter Archangelos dicit maximum (Eccleſia Catholica S. Michaelem, ut olim Synagogæ, ſic nunc Eccleſiæ protectorem credit) ſorte datam eſſe diſpenſationem eorum, qui præ cæteris omnibus excelſi DEI cultum atcꝙ ſcientiam quocꝙ receperunt.

DE SYMBOLO APOSTOLORVM.

Huius autoritatem plericꝙ infringere ſunt conati, nunc de autoribus dubitantes: nunc an à ſimul congregatis confectum. An Hieroſolymis, an tali ordine, quo nunc in Eccleſia recitatur, quibus omnibus elegantiſsime à Clemente occurritur epiſt. ad frat. Domini. 1. ubi ait poſt miſſum Apoſtolis Spiritum ſanctum & domum linguarum collatum, eos adhuc cõgregatos Hieroſolymis Symbolum illud condidiſſe, dum unuſquiſcꝙ quod ſenſit in mediũ contuliſſet, Atcꝙ hinc Symbolum Græce eſſe uocatum, quod latinis eſt collatio. Notandum autem eſt quod dicit, ſummam totius fidei Catholicæ Apoſtolos in eo recenſuiſſe, quaſi adhuc multa, quæ ab Eccleſia præſcriberentur credenda, ut DEI uerbum tenenda ſint.

DE BAPTISMO.

Fuſiſsime de Baptiſmi neceſsitate & effectu ex D. Petri concionibus Clemens diſputat: ita ut ſi quis omnem pietatem, omnemcꝙ iuſtitiam feciſſet abſcꝙ illo apud DEVM ſpem neminem habere poſſe. Confertur quidem ait homini meritum a ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur ſicut iubet DEVS: iuſsit autem DEVS omnem colentem ſe, Baptiſmo conſignari. Atcꝙ hæc ſufficiens eſt reſponſio querentibus cur homo baptizari cogatur, afferenda, quia ſic DEVS uoluerit. Secundo, quia regenerato ex aquis, & DEO renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ tibi per hominem facta eſt, amputatur, & ita demum peruenire poteris ad ſalutem, aliter uero impoſsibile eſt. Et paulo poſt: Et ideo accelerate, eſt enim in aquis iſtis miſericordia eius quædam, quæ ex initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſupplicijs futuris, quaſi de mũ quoddam offerens DEO animas per baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad iſtas aquas, ſolæ ſunt enim quę poſſunt in futuri ignis extinguere &c.

a Myſerge, nota bonorũ operum meritum.

epiſt.

epiſt. ad Iulium & Iulian. ex uerbis Petri libr. 6. Recognit. Collatum autem ab Apoſtolis, non in CHRISTI, ſed ſacræ Triados nomine Baptiſmum, aliquot locis expreſſe docet. lib. 1. 3. & 7. Recog. Nam baptizare CHRISTI nomine, eſt baptizare ſub nomine Trinitatis, & uice uerſa. Effectū uero illius, præterquam quod ſolus uim futuri ignis extinguere, & ſalutem conferre queat, dæmones etiam fugare poſſe, reſeruare ab illis, & iam baptizatis ut eos expellere queant uirtutem conferre docet, lib. 4. Recog.

DE CATECHVMENIS.

Si qui fideles olim exiſtere uolebant & baptizari, ſacerdotem ſuum accedere, atque illi nomen dare cogebantur, ut diuinis myſterijs à Cathechiſta trium menſium ſpacio auditis, in die feſto baptizarentur. Et hi quidem exuti prioribus malis, bonis operibus & frequentiſsimis ieiunijs operam dare cogebantur, Epiſt. 2. ad fratrem Dñi, ex lib. 3. recognit. Quod ſi quorundā fides tanta erat, & feruor ad baptiſmum ſuſcipiendum, ut præſcriptum ab Apoſtolis ſpacium expectare uix poſſent, Petrum die præcedenti una cum alijs ieiunare ſolitum, teſtatur lib. 3. Hoc autem baptizandi ieiunium nullo modo uolebat eſſe fortuitum Petrus, ſed quod ad baptiſmi dignam ſuſceptionem fuerat præparatum.

DE OLEO BAPTIZANDORVM.

Baptizandos ſub trinæ beatitudinis nomine ſacro oleo prius perungendos ex Apoſtolorum decreto, docet Epiſt. 2. ad fratr. Dom. ex libr. 3. Recog. his uerbis. Baptizabitur unuſquiſque ueſtrū in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis inuocato ſuper ſe, perunctus primo oleo per orationem ſanctificato, ut ita demum per hæc conſecratus, poſsit percipere de ſanctis.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

A CHRISTO Domino inſtitutum, ab Apoſtolis collatum, & fideles ſuſcipere teneri confirmationis Sacramentū, clare docet epiſt. ad Iul. & Iulia. uerba decretalia ſic ſonant: Omnibus ergo feſtinandū eſt ſine mora renaſci DEO, & demum conſignari ab Epiſcopo, id eſt ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti percipere, quia incertus eſt uniuſcuiuſque exitus uitæ. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodum ſeptiformi Spiritus gratia ab Epiſcopo (ut memoratum eſt) confirmatus, quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquam poterit, nec ſedem habere inter perfectos ſi non neceſsitate, ſed incuria aut uoluntate remanſerit, ut à B. Petro accepimus, & ſancti Apoſtoli præcipiente Domino docuerunt.

DE MISSA ET EVCHARISTIA:

Pulchra habet, quomodo ex Apoſtolorum præcepto Miſſæ ſacrificium tum celebrari fuerit ſolitum, epiſt. 2. ad frat. Dom. Et quia olim Epiſcopi tantum Sacramentorum primarij erant miniſtri, decernit hic ex Petri Apoſtoli ſententia: Miſſas inquit ſine Epiſcopi iuſſu quenquam Presbyterorum in parochia agere non debere, nec in alio quidem loco, niſi qui ab Epiſcopo regulariter ordinato, hoc eſt tenente ciuitatem, prius fuerit conſecratus. Aliter enim ritè celebrari non poſſe, docente nos nouo & ueteri teſtamento. Data

uerò conſecrandi poteſtate, miniſtros conſtituit, qui cum timore & tremore Clericorum, reliquias fragmentorum corporis Domini cuſtodire debeant, ne qua putredo in ſacrario inueniatur, & ſic portioni corporis Domini grauis inferatur iniuria, Quod ſi communio corporis Domini negligenter erogata fuerit, & Presbyter minora illa officia admonere non curauerit, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriendum. Tanta autem in altari holocauſta eſſe offerenda, quanta populo ſufficiat, quod ſi quid remanſerit, à Clericis cum timore eſſe conſumendum: nec hos ſtatim ad communes cibos accipiendos debere conuenire, ne ſanctæ portioni commiſceatur cibus qui in ſeceſſum uadit. Calicem uero ad perferendum ſanguinem Domini præparatum cum tota mundiria miniſtrum debere præparare.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Hoc Sacramentũ ab Apoſtolis per impoſitionem manuũ præmiſſa oratione fuiſſe collatũ, quamplurimis in locis teſtatur. Quin & ipſi ſibi à D. Petro manus impoſitas cum in Epiſcopum Romanum conſecraretur, & in Petri cathedra collocaretur, prolixè recenſet epiſt. 1. ad fratr. Dom. Nec unquam huius Sacramenti alios conſtituit miniſtros pręter Epiſcopos legitimè ordinatos.

DE EPISCOPORVM CHRISMATE.

Apoſtolorum tempore Epiſcopus olei inunctione conſecratos docet ad Iulium & Iulianum: Omnis Pontifex, ſacro Chriſmate perunctus, & in ciuitate conſtitutus, ſcripturis ſacris conditus, charus & precioſus hominibus oppidò eſſe debet.

DE EPISCOPORVM AVTORITATE, REVERENTIA ET PRIVILEGIIS.

Iuſtũ uolumen fieret, ſi omnia quæ de Epiſcopis obſeruandis Clemẽs habet, in unum eſſent congeſta. In Apoſtolorum locum conſtitutos eſſe Dño docente Petrũ dixiſſe epiſt. ad frat. Dom. 1, refert. Cœlum eos claudere & aperire, quoniam claues à Domino illis ſint traditæ. Proinde omnes homines, Principes etiam terrę tam maioris quam minoris ordinis illis obedire, & capita ſua ſubmittere eorũq́ adiutores exiſtere debere, quos, ſi quis contriſtauerit, CHRISTVM, cuius legati ſunt contriſtare, & ideo in regnum cœlorum nõ recipiendum, quia infamis & ab eccleſia fit alienus. Ab horũ uerò numero, ne ipſos quidem Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Clericos, & alios eximit, ſed omnes illis obedire teneri, & quidem ſummoperè attendendum eſſe, ne quicquam abſq́ proprij Epiſcopi permiſſu agant, ſed omnia eius conſilio tractanda, & eo inconſulto nihil. Vnde neminem Laicorum poſſe accuſare illos, etiamſi exorbitauerint, ſed ſupportandos eſſe, a niſi ea doceant, quæ ſint contra ſalutem, hoc eſt ſi fuerint hæretici. Oculos Domini eſſe, & ideo qui eos reprehendit, pupillam Domini tangere. A ſolo Domino aut iudicandos, aut remouendos eſſe, & non ab alijs, niſi à fide exorbitarint. Si quid reprehenſione aut accuſatione dignum commiſerint, non niſi ab æqualibus, qui nõ infames ſint, illos admoneri poſſe. Quia ſi homines non ferunt ſeruũ ſuum iudicari ab alijs, multo minus DEVM ferre poſſe, ut ſui ſerui iudicentur ab alijs.

a Hic clarè docet, Pontifices deponi non poſſe niſi propter hæreſim.

alijs. Noſtrum eſſe, ut præceptis eorum obediamus, quia in Cathedra ſedeant, etiamſi cum Phariſæis & Scribis quibus obtemperare Apoſtolos Dominus uoluit, ne in minimo ea expleuerint. Omnia hæc ex doctrina Apoſtolorum Principis Petri, qui etiam conuenientes ſedes illis diſtribuit, ita ut in ciuitatibus ſedeant Epiſcopi, In metropolitanis uero Archiepiſcopi. Quæ uero ciuitates nationis alicuius capita ſunt, contineant primates ſiue patriarchas, atq; ſic ab infimo ad ſummum ordiendo, cauſas deferendas eſſe. Noſtriſq; omnium ad ſedem Apoſtolicam Romanam appellandum. epiſt. 1. & 2. ad fratrem Domini.

DE PRIMATV PETRI ET ECCLESIÆ ROMANAE.

Simon Petrus (ait epiſt. 1. ad fratr. Dom.) qui ueræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum eſſe Eccleſiæ definitus eſt, qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus: qui fuit primitiæ electionis Domini, Apoſtolorum primus, cui & primo DEVS pater filium reuelauit, cui & CHRISTVS competenter beatitudinem contulit, qui & uocatus eſt & electus, & conuiua Domini & comes effectus, tanquam bonus & probatiſsimus diſcipulus, qui obſcuriorem mundi plagam Occidentis (uelut omnium potentior) illuminare præceptus eſt, quiq; & integrè implere potuit præceptum.

a Quid tibi uidetur Illyrice, Petrus eſt eccleſiæ fundamentū.

Quæ uerò quantaq; primitiuorum Chriſtianorum deuotio fuerit in Petrum honoribus maximis proſequendo, teſtatur Clemens li. 2. 3. & 4. Recog. ubi audita concione & diſputatione cum Mago, infideles etiā ſeſe proſtrauerunt in terram ad [b] pedes Petri. Docebant enim legati eius (quod libr. 1. Recog. aſſerit) ipſum eſſe in DEI ſapientia maximum. Vnde iam morti uicinus, grauiſsima oratione ad populum habita, Clementem ſucceſſorem quo in honore habere deberent, ediſſerit: Clementem hunc, inquit, Epiſcopum uobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis cathedram trado. Item. Propter quod ipſi trado à Domino traditam mihi poteſtatem ligandi & ſoluendi, ut de omnibus quibuſcunq; decreuerit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis, ligabit enim quod oportet ligari, & ſoluet quod expedit ſolui, tanquam qui ad liquidum Eccleſiæ regulam nouerit. Ipſum ergo audite, ſcientes, quia quicunq; contriſtauerit doctorem ueritatis, peccat in CHRISTVM, & patrem omnium exacerbat DEVM: propter quod & uita carebit. Ordinato iam & conſecrato Clemente, dixit Petrus ſecundo ad populum: Sed & uos chariſsimi fratres & conſerui mei, huic qui præſidet uobis ad ueritatem docendam, in omnibus obedite, ſcientes quod ſi quis hūc contriſtauerit, CHRISTVM, qui ei docendi credidit cathedram non recipit. Et qui CHRISTVM, non ſuſceperit, nec DEVM patrem ſuſcepiſſe iudicabitur, & ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno cœlorum. Propter quod ſatagite ad omnem collectam & congregationem ſemper conuenire, ut non uelut negligentes & deſides à iudice CHRISTO condemnemini. Conuenientes uerò ſemper ad Clementem, dataq; omnes operam pro ipſo ſentire, & ſummo ſtudio fauorem ueſtrum erga ipſum defendere, ſcientes, quia propter ſingulos ueſtrum ipſi magis ſoli infeſtus eſt inimicus, & in ipſum maiora ſuſcitat bella &c. Quædam

b Hæreticorū genus coram Chriſti uicario flectenda, curuabit aliquādo Dominus, ô ſi non in uirga ferrea.

dam ex uobis ipſis intelligere debetis, ſi qua ſunt quæ ipſe propter inſidias hominum malorum non poteſt euidentius & manifeſtius proloqui. Verbi gratia: Si inimicus eſt alicui pro artibus ſuis, uos nolite expectare ut ipſe uobis dicat, cum illo nolite amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & uoluntati eius abſq; commonitione obſecundare, & auertere uos ab eo cui ſentitis ipſum aduerſum: ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur, ut unuſquiſq; qui inculpa eſt, dum cupit omnium ueſtrum amicitias ferre, feſtinet citius reconciliari ei, qui omnibus præeſt, ut per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si uerò quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his quibus ipſe non loquitur, unus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare uolunt Eccleſiam DEI, & cum corpore uobiſcum eſſe uideatur, mente & animo contra uos eſt. Et eſt multo nequior hoſtis hic quam illi qui foris ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem quæ inimica ſunt gerit, & Eccleſiam diſpergit ac uaſtat &c.

Quouſq; uero Eccleſię Romanę iuriſdictio tum ſe extenderit, docet poſt hæc cum ait: Epiſcopos autem per ſingulas ciuitates quibus Petrus non miſerat, perdoctos atq; prudentes ſicut ſerpentes, ſimplicesq; ſicut columbas, iuxta Domini præceptionem nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoauimus, & Domino opem ferente facturi ſumus. Vos autem per ueſtras diocæſes Epiſcopos ſacrate & mittite, quia nos ad alias [a] partes (quod idem iuſsit agere) curabimus. Aliquos uero ad Gallias Hiſpaniaſque mittemus, & quoſdam ad Germaniam & Italiam atq; ad reliquas gentes dirigere cupimus. Hæc ex epiſt. 1. ad fratrem Domini.

[a] Non ergo Romani pontif. iuriſdictio ſoli Italiæ eſt incluſa.

Recognit. decimo refert, quomodo cum intra ſeptem dierum ſpacium plus quam decem millia in urbe Antiochena fuiſſent baptizati, Theophilum quendam, qui cunctis potentibus in ea ciuitate ſublimior [b] erat, ingentem Baſilicam Eccleſiæ nomine conſecrandam dediſſe, in qua Petro Apoſtolo conſtituta eſt ab omni plebe cathedra, & omnis multitudo quotidie ad audiendum uerbum DEI conueniebat.

[b] Conferebãt tum ſua bona, in commune, quantum igitur auri hunc Theophilum Eccleſ. Antiochen. contuliſſe putabimus?

In compendiolo ſuo de ipſo Petro ſic loquitur: Nec inter Apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed unus omnibus præfuit.

DE PRESBYTERIS.

Sacramenta diuinorum ſecretorum Presbyteris præcipuè commiſſa eſſe, affirmat epiſtol. 2. ad fratrem Domini, nam uices eos tenere præter Apoſtolos, diſcipulorum Domini. Epiſtolâ 1. ad fratrem Domini, ubi diſponit peculiariter, Presbyteros proprios eſſe matrimonij Chriſtiani miniſtros. Hos monet, ut curam habeant circa iuuenes pudicitiæ quidem ſtudentes, calore tamen feruentis ætatis aliud ſuadente, nuptijs eos copulent, ut ſic matrimoniali lege fornicationis labem præuenirent. Nullum autem Presbyterum in alicuius Epiſcopi parochia aliquid agere debere abſq; eius permiſſu. Et ſi ex fratribus aliqui negotia haberent inter ſe, apud cognitores ſeculi iudicare nolint, ſed apud Presbyteros Eccleſiæ, quicquid illud eſſet, dirimendum & omnimodo obediendum eſſe ſtatutis eorum.

Sacramentũ matrimonij opera ſacerdotum adminiſtrabit? Lites Chriſtianorum à ſacerdotibus componebantur.

DE DIA-

DE DIACONIS.

Diaconos conſtituit oculos Eccleſiæ, ut diligenter circumluſtrent cum uerecundia actus totius Eccleſiæ & perſcrutantes diligentius, ſi quem uideant uicinum fieri præcipitio, ut referant ad Epiſcopum. Et ut ſecundum carnem etiam laborantes perquirant, & plebi (ſi forte plebs ignoret) indicent de his, ut & ipſi uiſitent eos, & quæ neceſſaria ſunt præbeant eis, cum conſcientia eius qui præeſt. Quod tamen etiamſi clam fecerint, non peccabunt, Sed & de peregrinis ſimiliter Epiſcopo ſuggerant refouendis, & cætera his ſimilia quæ ad cultum Eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent Diaconis curæ eſſe uoluit. epiſt. 1. ad frat. Dom.

DE CLERICIS.

Epiſt. 2. ad frat. Domi, Tales ad miniſterium eligantur Clerici qui dignè poſsint Dominica Sacramenta tractare, Melius eſt enim Domini ſacerdoti, paucos habere miniſtros qui poſsint dignè opus DEI exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

DE CÆLIBATU SACERDOTUM.

Epiſt. 2. ad fratr. Dom. ex doctrina Petri hunc in modum ſcribit: Ad Dominica myſteria tales religantur, qui ante ordinationem ſuam coniuges non nouerint. Quod ſi poſt ordinationē miniſtro Altaris contigerit proprium inuadere cubile uxoris, ſacrarij non intret limina, nec ſacrificij portitor fiat, nec Altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat, nec aquam ſacerdotibus porrigat ad manus, oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia, urceum ſiue calicem ad Altare non ſufferat.

Clericus uerò, ſolus ad fœminæ tabernaculum, non accedat, nec properet ſine maioris principis iuſsione. Nec Presbyter ſolus cum ſola adiungatur, ſed duobus adiunctis teſtibus, uiſitet infirmam, nec ſolus cum ſola fœmina fabulas miſceat.

Nec Archidiaconus, ſub prætextu officij humilitatis frequenter domicilia matronarum, aut fortè per Clericos aut domeſticos eius, matronæ mandent ſecreti aliquid. Si cognitum fuerit & ille deponatur & illa à liminibus arceatur Eccleſiæ. Sed ſi fortè aliqua interceſsio fuerit, Epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt ad quē debeat ire pio interuentu, ipſe pergat. Sin aūt, de latere ſuo dirigat cum duobus aut tribus qui hoc ſanare debeant. Sane ad uiſitandam mulierem infirmam, nullus Clericus ingrediatur niſi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen Clericorum cum extranea habitet fœmina, niſi proxima aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non ignoramus malitias ſathanæ. *Archidiaconi erant tempore Apoſtolorum.*

Quomodo uerò ſe geſſerint illi, qui uxores habentes Euangelium tamen prædicabant non obſcure colligitur ex lib. 1. Recog. ubi cum Clemens domum in qua Petrus Cæſareæ diuertebat deſcripſiſſet, ſedecim circiter uiros ibi habitaſſe poſteaquam & ipſe receptus eo eſſet mulierum tamen nullam ad fuiſſe, cum tamen lib. 7. ſæpius Petri uxoris mentionem faciat, eamq; cū alijs in peregrinatione conſtituat.

Petrum ipſum præ aliis omnibus, uirginitatem & cœlibatum peculiariter docuiſſe, ne ipſe quidem Simon Magus, tacere potuit, quin ſummè laudare fuit coactus, dum ſic loquitur ad Petrum: Laudo tuam prudentiam, non tamen probo perſuaſionem, multis enim perſuades ſuſcipere religionem, & libidinis ſubire continentiam ſub ſpe futurorum bonorum, quibus euenit, ut neq; præſentibus perfruantur, & decipiantur futuris.

DE ECCLESIA.

Comparet D. Petrus Eccleſiam naui magnæ epiſt. 1. ad fratrem Dom. Similis eſt, ait omnis ſtatus Eccleſiæ magnæ naui quæ per undoſum pelagus diuerſis è locis & regionibus, uiros portat ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergò nauis huius Dñs omnipotens DEVS. Gubernator uero ſit CHRISTVS. Tum deinde proretæ officium Epiſcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant. Hi qui catechiſant nautologis cõferantur: Epibatus autem totius fraternitatis multitudo ſimilis ſit: ipſum quoq; mare hic mundus habeatur. Ventorum uero uarietates & turbinum diuerſis tentationibus conferantur. Perſecutiones, tribulationes & pericula, fluctibus exæquentur. Terreni uerò Spiritus, qui uel de tormentibus uel de conuallibus ſpirant, pſeudoprophetarum & ſeductorum, ſeu prauæ doctrinæ uerba ducantur: Promontoria uerò & loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi iudices & pericula minantur & mortes. Bithalaſſa uerò loca, quæ duplicibus undæ fallacibus æſtibus uerberantur, dubiis mente, & de repromiſsionum ueritate nutantibus conferantur, atq; his qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ autem & doloſi, pyratis ſimiles habeantur. Iam uerò rapidus uortex & tartarea charybdis, & ſaxis illiſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, quid aliud æſtimanda ſunt quam peccata? Reſtat igitur ut hæc nauis curſu proſpero tuta poſsit portum deſideratæ urbis intrare, ita DEO precem fundere conuenit nauigantes ut mereantur audiri.

DE PRÆCEPTIS ECCLESIÆ.

Epiſt. 1. ad fratr. Domini Clemens ait: In iudicio DEI ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui Eccleſiaſtica præcepta [a] neglexerit. Et Epiſt. 2. Si quis præcepta hæc (quæ à S. Petro Apoſtolo accepi) non integra cuſtodierit, ſit anathema uſq; ad aduentum Domini noſtri IESV CHRISTI. Rurſus epiſt. 5. Vndè conſilium dantes, ueſtram prudentiam hortamur ut ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem uitam ducentes, & ſcripturas ſacras [b] rectè intelligentes, quæ Domino uouiſtis, adimplere ſatagetis, & cum oratione continua DEI gratiam obtinere merueritis, tunc ſine ſuſpicione mali interitus, uota poſsint celebrari feſtiua.

[a] *Si ignem æternum ſentiret qui Eccleſiæ præcepta neglexerit, quid fiet de iis, qui ea contemnunt, rident, conuitiis proſcindunt?*

[b] *Vota paupertatis Euãgelicæ in Eccleſia primitiua.*

DE ECCLESIARVM ERECTIONE.

Eccleſias per congrua & utilia facite loca, quæ diuinis [c] precibus ſacrare oportet, & in ſingulis Sacerdotes DEO dicatos poni. epiſt. 2. ad frat. Domini.

[c] *Apoſtolicũ eſt per preces conſecrari templa.*

Et

Et lib. 10. Recog. Theophilus qui erat cunctis potentibus ſublimior, in ciuitate (Antiochena) domus ſuæ ingentem Baſilicã Eccleſiæ nomine conſecrandam tradidit.

DE SACRATIS VASIS.

Epiſt. 2. ad frat. Dom. ſic loquitur: De uaſis a ſacris ita ſane gerendum eſt: Altaris palla, Cathedra, candelabrum, & uelum, ſi fuerint uetuſtate conſumpta, incendio dentur: quoniam non licet ea quæ in ſanctuario fuerint, malè b tractari, ſed incendio uniuerſa tradantur. Cineres quoq; eorum in baptiſterio inferantur, ubi nullus tranſitum habeat, aut in pariete, aut in foſsis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam Clericus mortuum credat palla obuoluendum, aut Diaconus ſcapulas operire uelit quæ fuit in Altari, aut certè quæ data eſt in menſam Domini.

a Notà Eccleſiam diuitem in ſacris uaſis olim fuiſſe. b Multo minus furari, rapere, conculcare.

Paſſas uerò & uela, quæ in ſanctuarij ſordidata fuerint miniſterio, Diaconi cum humilibus miniſtris iuxta ſacrarium lauent, nõ ejcientes foras à ſacrario uelamina Dominicæ menſæ, nè fortè puluis Dominici corporis malè decidat à ſyndone foris abluta, & erit hæc operanti peccatũ. Idcirco intra ſacrarium miniſtris præcipimus, hæc ſancta cum diligentia cuſtodire. Sanè peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipſa peluis, uelis apponatur lauandis, niſi quæ ad dominici Altaris cultum pertinent. Pallæ Altaris ſolæ in ea lauentur, & in alia uela ianuarum.

De uelis autem ianuarum, cura ſit oſtiarijs c ex admonitione maiorum, ne quis negligens aut ignarus, ad uelum ianuæ domus Domini manus inconditè tergat: ſed ſtatim coërcitus, diſcat omnis, quia uelũ atrij domus Domini ſanctum eſt.

c Ecce oſtiariorum ordo erat tempore Apoſtolorũ.

DE TRADITIONIBVS.

Diuinam Scripturam non in omnibus adeò claram eſſe ut ſeipſam poſsit exponere, & per ſeipſam poſsit intelligi demonſtratur ex Epiſt. quinta Clementis ubi D. Petrus ſic loquitur: Multas, ut uideo, ingenioſi homines ex his quæ legunt, uerisſimilitudines capiunt, & ideò diligenter obſeruandum eſt, ut lex DEI cum legitur, non ſecundum proprij ingenij intelligentiam legatur. Sunt enim multa uerba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad ſuum ſenſum, quem ſibi unuſquiſq; ſponte præſumpſit, quod fieri non oportet. Non enim ſenſum quem extrinſecus attuleris alienum & extraneum debes quærere, quem ex Scripturarum autoritate confirmes, ſed ex ipſis Scripturis ſenſum capere d ueritatis: & ideò oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum ueritatem ſibi traditam, ſeruat, ut & ipſe poſsit ea, quæ rectè ſuſcepit, competenter adſerere. Cum enim ex diuinis ſcripturis integram quis ſuſceperit & firmam regulam ueritatis, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione cõmuni, ac de liberalibus ſtudijs quæ fortè in pueritia attigit, ad adſertionem ueri dogmatis conferat: ita tamen, ut ubi uera didicit, falſa & ſimulata declinet. Et lib. 2. Recog. lex magiſtris tradentibus eſt legenda, nam qui ſemetipſos doctores habent, & putant ſe intelligere legem, quam ſibi non expoſuit ille qui à magiſtro didicerit, tales confingunt in DEVM blaſphemias.

d Cum hæretici Scripturam clamant iudicem, nõ uolunt tamen maiorũ traditiones & explicationes admittere id quod hic Apoſtolo. princeps fieri uult.

DE SCRIPTVRIS.

Citat paſsim in ſuis epiſtolis ſcripturas Clemens etiam illas, quorũ hodie autores ab aduerſarijs in dubium uocantur, & quæ in Hebræorum Canone non habentur ut Eccleſiaſt. Sapientia, Epiſtola ad Hebræos, ex qua integras ſententias deſumit, adeo ut Niceph. lib. 3. cap. 18. quoſdam fuiſſe referat, qui Clementem eius Epiſtolæ (quam Pauli propriam & natiuam eſſe dicit) conſtituerint interpretem.

DE LIBERO ARBITRIO.

Quid Apoſt. Petrus de arbitrij libertate docuerit, diſputationes hac de re cũ Simone Mago habitæ, clarè docẽt: præſertim lib. 3. Recog. ubi ait omnes Hebræos qui rectè DEVM colunt, ſcire uoluntatem eius iuſtitiamq́ eſſe perquirendam, ſciunt enim, inquit, quia hominũ arbitrio poſitum eſt, ut hoc quærentes inueniant, & faciant atq́ obſeruent ea, de quibus iudicandi ſunt. Ibidem. Si ergò nihil eſt in noſtra poteſtate, ſuperfluum eſt nos quærere aliquid de DEO, cum in poteſtate non ſit querentibus inuenire. Paulo infra: Sed dic, quomodò ergò iudicat ſecundum ueritatem unumquemq́ pro actibus ſuis, ſi agere aliquid in poteſtate non habuit? hoc ſi teneatur, conuulſa ſunt omnia: fruſtra erit ſtudium ſectandi meliora, ſed & iudices ſeculi fruſtra legibus præſunt, & puniunt eos qui malè agunt, non enim in ſua poteſtate habuerunt ut nõ peccarent. Vana erunt iura populorum, quæ malis actibus pœnas ſtatuunt: miſeri erunt, & hi qui ſeruant cum labore iuſtitiam, uero illi qui in delitijs poſiti, cum luxuria & ſcelere uiuentes, tyrannidem tenent. Sequitur: Ego igitur dico ſui arbitrij eſſe hominem. Paulo poſt definit in hunc modum: Arbitrij poteſtas eſt ſenſus animæ habens uirtutem, qua poſsit ad quos uelit actus inclinari.

Vnde ſubiungit eodem lib. Deus qui uerus eſt, primo germini amicos bonos & fideles conſtituit præparare: ſciens autem quia boni eſſe non poſſunt niſi habeant in poteſtate ſenſuũ quo fiant boni, & ex ſuo propoſito hoc ſint quod uolunt. Alioqui nõ poſſunt eſſe uere boni, ſi non propoſito, ſed neceſſitate tenerentur in bono, poteſtatẽ dedit unicuiq́ arbitrij ſui, ut hoc eſſe poſſit quod uult. Et rurſum præuidens, quia iſta poteſtas arbitrij alios quidem faceret eligere bona, alios uero mala, unicuiq́ ordini cõceſsit regem & locum quem uellet eligere: bonus enim rex bonis, malus malis gaudent.

Et lib. 9. Deus hominibus naturam dedit per quam & doceri poſſunt de bono & obſiſtere malo, & uoluptatibus, ac præferre in omnibus legem DEI, uirtutes contrarias & uitia oberrare hunc mundum, & obluctari nobiſcum permiſit, ut ex earum certamine oriatur iuſtis palma uictoriæ, & meritũ præmiorum. Poſtea infert: Hinc neceſſario DEVS punit peccatorem, ſiue in præſenti ſeculo ſiue in futuro, quia ſcit eum potuiſſe uincere, ſed neglexiſſe uictoriam.

Nota meritũ.

Concludit diſputationem lib. 3. ac blaſphemare eos ait, qui eorum quæ cogitant DEVM faciunt autorem: Si enim, inquit, quod cogitamus ipſe nobis adducit ad mentem, ipſe ergo nobis occaſionem adulterij, auaritiæ &c. ſuggerit? Definite quæſo ab huiuſcemodi blaſphemijs.

Epiſt. 1. ad frat. Dom. ſic ait: Operum ratio poteſtati & arbitrio cuiuſcunq́ permittitur, & hoc ipſorum eſt proprium. Item Epiſt. 3. Si quis ſane audiens,

audiens, ſermonem ueri Prophetæ, uelit recipere aut nolit & amplecti onus (id eſt mandata uitæ) habet in ſua poteſtate liberi enim ſumus arbitrij. Nam ſi hoc eſſet ut uidentes ea iam non haberent, in poteſtate aliud facere quam audierant, uis erat quædam naturæ, per quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſus exaudientibus nullus omnino reciperet, & hoc natura eis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum eſt animo in quam uelit partem declinare iudicium ſuum, & quam probauerit eligere uiam, conſtat euidenter ineſſe hominibus arbitrij libertatem.

DE FIDE ET OPERIBVS.

Lib. 3. Recogn. docet, quomodo non ſufficiat, ad ſalutem credere mundi creatorem iuſtum & bonum eſſe DEVM, quia non tantum bonitate eius & beneficijs perfruuntur digni ſed & indigni: ſed ſi ſecundum id quod credimus in omni uita iuſtitiam teneamus, etiam in æternum bonitate eius fruemur. Et epiſt. 1. ad fratr. Domin. Audiri à DEO ira demum merebitur quis, ſi orationes ipſæ bonis moribus & bonis operibus adiuuentur. Rurſus Recognit. lib. 6. Confertur meritum homini ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur ſicut DEVS iubet. Subiungit: Decet enim ut baptizati, hoc eſt fideles, per bona opera oſtendant in ſe ſimilitudinem eius qui ipſum genuit, patris.

Solifidenſes ergo Lutherani, ſeducunt rudiores omnem iuſtitiam noſtram in fide eſſe ſitam clamantes. Iterum repetitum.

Item epiſt. 1. ad fratrem Domini. Fides, inquit, & dilectio totius bonitatis eſt fundamentum. Audiri demum à DEO ira merebitur quis ſi orationes ipſe bonis operibus adiuuentur. Ieiunium ergo & uigilias ſanctas amate, ac eleemoſynas ueras perficite. Primo autem quæ ſit iuſtitia DEI, quæ uoluntas, requiramus, ut bonis operibus & gratia DEI repleamur.

Rurſus epiſt. 3. deſumpſit ex 2. Recognit. libr. hæc uerba: Operum hic locus eſt, tempus uero meritorum, eſt ſeculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum mutantes, primo quæ ſit DEI iuſtitia perquiramus, ac tanquam iter acturi abundati uiatico bonis operibus repleamur, quo poſsimus ad regnum DEI tanquam ad urbem maximam peruenire.

Conferri uero meritum homini ex bonis operibus oſtendit ibidem: De cætero, dirigat actus ſuos in omnibus operibus bonis quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt præparatam, ex libr. 5. Recognit. Rurſum lib. 1. Recognit. Statuit expectari iudicij diem, quam ipſe diffiniuit, in qua habenda ſit rerum, animarumque diſcretio, ut impij quidem pro peccatis ſuis igni tradantur æterno: hi uero, qui ſecundum uoluntatem conditoris DEI uixerint, pro bonis operibus benedictione ſuſcepta, clariſsima luce fulgentes, introducti ad æternam ſedem, & in incorruptione durantes, ineffabilium bonorũ munera æterna percipiant.

DE POENITENTIA.

Epiſtol. 2. ad fratrem Domini. Clemens ait: Feſtinet ad pœnitentiam omnis homo, omnis ætas, omnis ſexus, omniſquè conditio, ut uitam conſequantur æternam.

DE CONTRITIONE.

Ad Iulium & Iulianum. Iraſcimini quodammodo aduerſum uoſmetipſos pro his quę in uiliter geſsiſtis ac turpiter. Hęc eſt enim utilis uita et iuſta & neceſſaria iracundia, ut unuſquiſq; in quibus errauit & perperā geſsit, indignetur, & ſemetipſum accuſet. Ex qua indignatione inceditur in nobis ignis quidam, qui uelut agro ſterili immiſſus, conſumptis & excoctis radicibus peſsimæ uoluntatis, bono ſemini uerbo DEI fœcundiorem cordis præparet glebam, ſunt uerba Petri ex lib. 7. Recog.

DE CONFESSIONE SACRAMENTALI.

Nota hinc non eſſe ſufficientem cōfeſs. dicere, ſum peccator

Epiſt. 1. ad fratr. Domin. ex uerbis Petri: Quod ſi fortè alicuius cor uel liuor, uel infœlicitas, uel aliud malum, ex his quæ ſuperius memorauimus, latenter irrepſerit, non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hęc huic qui præeſt, ut ab ipſo per uerbum DEI & conſilium ſalubre curetur, quo poſſit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuę uitæ præmia peruenire. Et poſt pauca: Firmiter ſcire (docuit Petrus) cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, mox ad CHRISTVM allidere, & Sacerdotibus Domini manifeſtare.

Cogitationes etiam ſunt confitendæ.

DE SATISFACTIONE.

Sic loquitur epiſt. 2. ad fratrem Dom. Tam iuuenes quam ſenes, de his & de omni conuerſatione ſua, & conuerſione & pœnitentia ualdè eſſe ſollicitos oportet, ſatisq; agere, ut hæc condignè agant, & de reliquo ornent tam Clerici quam ſeculares animas ſuas ornamentis digniſsimis &c.

DE INDVLGENTIA.

Paulò poſt de condonatione iniunctæ pœnæ ſeu ſatisfactione hæc habet: Veram pœnitudinem gerere præteritorum geſtorū, aliquantulum etiam (ſi poſsibile eſt.) per miſericordias pauperum iuuare pœnitentiam. Per hæc enim facilior uenia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur.

DE CIBORVM DELECTV.

Refert libr. 3. Recogn. Petrum panem ſolum cū oliuis, & raro etiam cum oleribus pro cibo ſumere ſolitum.

DE ORATIONE PRO DEFVNCTIS.

Si Petrus docuit orare p defūctis, ergo & purgatoriū, nam pro beatis aut in inferno damnatis certum eſt orandum non eſſe.

Epiſt. 1. ad fratrem Dom. Monuit (D. Petrus) mortuos ſepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eiſq; orare, & eleemoſynas dare.

DE VENERATIONE SANCTARVM RELIQVIARVM.

Cum Hieroſolymis adhuc CHRISTI diſcipuli agerent, duorum fratrum pro CHRISTO perpeſſorū ſepulchra quotannis fuiſſe miraculo dealbata refert Clemens lib. 1. Recog. Et poſt dies ferè triginta, digreſſus eſt per Hiericho, Damaſcum tendens (Petrus) cum per idem temporis progreſsi eſſemus nos ad ſepulchra duorum fratrum quorundam, quæ ſponte ſua per annos ſingulos dealbabantur: quo miraculo multorum aduerſum nos repreſſus eſt furor, uidentium haberi noſtros in memoria apud DEVM.

Peregrinatio Apoſt. Petri ad ſepulchra Martyrum.

DE COMMVNIONE BONORVM.

Epiſt. 1. ad fratr. Dom. ex decreto Petri ſic ſcribit: Scio autem hæc omnia facturos uos, ſi charitatem præ cæteris & ante omnia in ueſtro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum, ſi frequenter inter uoſmetipſos communem cibum ueſtrum menſamquè faciatis, & in quantum unuſquiſque præualet, crebrius panes ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat. Per hæc enim præcipuè charitas comparatur, & cauſa totius boni in huiuſmodi communione conſiſtit. Vbi autem pax & bonitas, ibi & ſalus. Propter quod communes facite cibos ueſtros cum his qui ſecundum DEVM fratres ſunt, quia per hæc temporalia pacis & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Atque hanc bonorū communitatē coactus fuit ipſe Clemens ex eo tempore, quo in numerum Chriſtianorū receptus eſt cū reliquis ſeruare, id quod 1. Recognit. teſtatur, ubi receptus fuit in Petri hoſpitium in quo omnes cōmuni utebantur menſa, licet Clementi una cum alijs ad dies aliquot, eo quod adhuc gentilis eſſet, remota à Chriſtianis menſa uti opus eſſet, donec baptizaretur. Eiuſdem epiſtola 5. de communitate bonorum inſcripta eadem docet.

DE VIDVIS.

Mandat Petrus epiſt. 1. ad fratrem Dominì. Viduis, inquit, uirorum curam impendite cum omni caſtitate quæ neceſſaria ſunt præbentes, iuniores tamen uiduas nuptijs copulate. His qui ignorant artificia exquirite honeſtas aliquas occaſiones, quibus uictum neceſſarium quærant.

DE LAICIS.

Laicorum quale ſit in Eccleſiaſtica naui officium, Petrus docet epiſtol. 1. ad fratrem Domini. Sed ante omnia, ait, cum quiete & ſilentio, Epibatæ (id eſt laici) in ſuis unuſquiſque reſideant locis, ne fortè per inquietudinem, & inconditos inutileſquè diſcurſus, ſi paſsim uagari cœperint, uel ab officio ſuo nautas (Presbyteros) impediant, uel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis preſſa demergatur.

DE EXCOMMVNICATIONE SEV ANATHEMATE.

Epiſt. 1. ad fratrem Domini. Omnes legum diuinarum libenter uiolatores & ſacrarum inſtitutiónum uoluntarie perturbatores, eccleſiaſtica indignos regula, & ſancta communione iudicabat (Petrus) & Epiſt. 2. Præcipimus ne excommunicato Eccleſiæ, ſiue laico de fragmentis oblationum Domini ponatur ad menſam. Ibidem. Nemo per ignorantiam Clericus mortuum credat palla obuoluendum, aut Diaconus ſcapulas operire uelit quæ fuit in altari, aut certè quæ data eſt in menſam Domini. Qui hoc fecerit, uel leuiter & quaſi negligenter habuerit diuina myſteria, Diaconus triennio, ſexque menſibus à Dominico alienus erit altari, graui percuſſus anathemate. Quod ſi Clericum Presbyter nō commonuerit decem annis & quinque menſibus excommunicatus ſit, propterea quod de Dominis Sacramentis ſubiecta ſibi miniſteria non commonuerit. Et poſtea cū grandi humilitate matri reconcilietur eccleſiæ.

Heretici ridene anathema Pontificū, quod hic manſurum dicitur uſque ad aduentum Dominicum.

Ecce Canones ſatisfactionis pœnitentiis tempore Apoſtolorum.

cleſiæ. Et in fine: Si quis præcepta hæc non integra cuſtodierit, ſit anathema uſq; ad aduentum Domini noſtri IESV CHRISTI.

DE SIMONIA.

Si quis fortè quiſpiam Presbyter ſiue diaconus ſacrarij ſyndonem uel ueſlum ſubtracta uendiderit, Iudę Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iudæ ſuſcepturum pœnam. Epiſt. 2. ad fratr. Dom.

DE HÆRETICIS.

Clemens epiſt. 3. ait: Quod ſi quis pacis uerba non ſuſcipit, nec acquieſcit ueritati, ſcimus aduerſus eum pugnam uerbi mouere, & arguere acrius, confutando ignorantiam & arguendo peccata. Quod ſi ingreſſerit ſe & prouocauerit nos dicere, quæ cum minus rectè agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſa utile non uidetur, ne fortè exiſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, non intelligentia propoſiti noſtri.

DE MIRACVLIS.

Docet D. Petrus in lib. Recogn. amuſsim ad quam ſigna ſint examinanda angeli boni & mali, ſcilicet diaboli.

MISSA D. CLEMENTIS EX VIII. LIBRO Conſtitutionum Apoſtolicarum.

Nota de Kirie eleiſon in Miſſa id eſt domine miſerere tempore Apoſtolorum.

Diaconus aſcendens aliquem locum altum, pronunciet: Ne quis auditorum, ne quis infidelium. *Silentioq; facto, dicat.* Catechumeni orate. *Et omnes fideles orent attento animo dicentes,* Domine miſerere. *Diaconus pro ipſis oret, dicens,* Pro Catechumenis omnes DEVM oremus, ut bonus & benignus Dominus clementer exaudiat obſecrationes & preces ipſorum, & recipiens eorum ſupplicationes, tribuat eis auxilium, & concedat petitiones cordis ipſorum ad utilitatem, reuelet eis Euangelium CHRISTI ſui, illuminet eos, & inſtituat diſciplina cognitionis DEI, doceat ipſos mandata, & iudicia ſua, inſerat in animam eorum caſtum & ſalutarem timorem ſuum, aperiat aures cordis ipſorum, ut meditentur in lege ſua die ac nocte, confirmet eos in pietate, uniat & connumeret in ſancto ouili ſuo, dignos faciens lauacro regenerationis, ueſte immortalitatis, uera uita, liberet eos ab omni impietate, & ne det locum inimico aduerſus eos mundet eos ab omni iniquitate carnis, & ſpiritus inhabitet in eis, & inambulet per CHRISTVM ſuum, benedicat introitus & exitus eorum, & dirigat uias eorum in bonum. Etiam pro eis intente oremus, ut remiſsionem delictorum conſecuti per baptiſmum, ſanctis myſterijs digni fiant in manſione ſanctorum. Erigite uos Catechumeni & petite pacem DEI per CHRISTVM ſuum, diem pacificum & ſine peccato, itemq; omne tempus uitæ ueſtræ Chriſtanos pręſides ueſtros, propitium & benignum DEVM, delictorum remiſſionem: ipſi ſoli ingenito DEO per CHRISTVM ſuum uoſmet commendate: Inclinamini & benedictionem accipite. *In ijs ſingulis, quæ loquitur Diaconus, populus, ut prædiximus, dicat,* Domine miſerere mei, & in primis pueruli. *Inclinantibus autem ipſis capita, benedicat ijs ordinatus Epiſcopus benedictione huiuſmodi:*

Oratio ſuper catechumenos.

DEVS omnipotens, ingenite, inacceſsibilis, qui es ſolus uerus Deus, Deus & pater Chriſti unigeniti

filij

filij tui, DEVS Paradeti & cunctorum Dominus, qui per CHRISTVM diſcipulos conſtituiſti doctores ad docendum pietatem, ipſe nunc reſpice ſuper Catechumenos Euangelij CHRISTI tui, & da eis cor nouum, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus eorum, ad cognoſcendam & faciendam uoluntatem tuam in corde pleno & uolenti animo, dignos fac eos ſancto baptiſmo, & aggrega eos Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & participes fac ſanctorũ myſteriorum per CHRISTVM IESVM, qui eſt ſpes noſtra, quiq; pro nobis mortuus eſt, per quem tibi gloria & adoratio in Spiritu ſancto, in ſecula Amen.

Pro Energumenis Oratio.

Diaconus dicat: Ite Catechumeni in pace. *Qui poſtquã exierunt dicat:* Orate Energumeni, hoc eſt, uexati ab immundis ſpiritus. Intentè omnes pro ipſis orate, ut benignus DEVS per CHRISTVM increpet immundos, & nequam ſpiritus, & eripiat ſeruos ab imperio inimici, qui increpauit legionem dæmonum, & principem malorum diabolum: ipſe nunc increpet pietatis rebelles, & liberet figmenta ſua à uexatione illius, & purget ea quæ ingenti ſapientia condidit. Etiam intente oremus. Salua & excitata eos in uirtute tua. Inclinate uos Energumeni ut benedictionem accipiatis. *Hoc eſt officium exorciſtarum orare ſuper Energumenos.*

Et Epiſcopus oret, dicens.

Qui fortem armatum ligaſti, & omnia uaſa eius diripuiſti: qui dediſti nobis poteſtatem ambulandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnẽ uirtutem inimici, qui homicidam ſerpentem ligatum tradidiſti nobis tanquam paſſerem puerulis, quem cuncta pauent & horrent à facie uirtutis tuæ: qui eũ dediſti ſicut fulgur à cœlo in terram, non lapſu locali, ſed ab honore in ignominiam, ob uoluntariam nequitiã: cuius aſpectus ſiccat abyſſos, & minæ liquefaciũt montes, & ueritas Domini manet in æternum: quem laudant infantes, & lactantes benedicunt: quẽ celebrant & adorant angeli, qui aſpicit ſuper terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigãt: qui minatur mari & ſiccat illud, & omnia flumina deſerta facit: cuius nubes puluis pedum eius: qui ambulat ſuper mare ſicut ſuper pauimentum. Vnigenite DEVS magni patris fili, increpa ſpiritus nequam, & libera opera manuum tuarum ab alieni ſpiritus uexatione, quoniam tibi gloria, honor, & adoratio, et per te tuo patri in ſancto ſpiritu in ſecula Amen.

Sermo Diaconi pro illuminandis.

Diaconus dicat: Ite Energumini. *Et poſtea dicat.* Orate qui illuminamini. Intente omnes fideles pro ipſis oremus, ut Dominus dignos illos reddat, ut in CHRISTI mortem initiati reſurgant una cum illo, & conſortes faciat eos regni ipſius, & participes myſteriorum eius: uniat & conſcribat in numero eorum qui ſalui fiunt in ſancta eius Eccleſia. Salua & ſuſcita eos in tua gratia. *Similes orationes hodie leguntur ſuper baptizandos.*

Conſignati DEO per CHRISTVM eius, inclinantes ſe benedicantur ab Epiſcopo ac benedictione.

Qui per ſanctos Prophetas prædixiſti ijs qui initiantur lauamini, mundi eſtote, & per CHRISTVM inſtituiſti ſpiritualem regenerationem, idem nunc reſpice ſuper eos qui baptizantur, & benedic, & ſanctifica eos, & præpara dignos fieri tuo dono ſpiritali, & uera adoptione filiorum ad conſequendum ſpiritalia tua myſteria in numero eorum, qui ſaluantur per CHRISTVM Saluatorem noſtrum, per quem tibi gloria, honor & adoratio in ſancto Spiritu in ſecula, Amen.

Sermo Diaconi pro pœnitentibus.

Et dicat Diaconus. Diſcedite illuminandi. *Et poſt hoc pronunciet.* Orate pœnitentes intente omnes. Pro pœnitentibus fratribus rogemus, ut miſericors DEVS oſtendat illis uiam pœnitentiæ: recipiat reſipiſcentiam, & confeſsionem ipſorum, & conterat cito ſathanam ſub pedibus eorum, & redimat eos à laqueis diaboli, & à fraude dæmonum, & eripiat eos ab omni uerbo nephario, ab omni opere illicito & amore prauo, & condonet eis peccata uoluntaria & inuoluntaria, & deleat chyrographum ipſorum & ſcribat eos in librum uitæ, expiet eos ab omni piaculo carnis & ſpiritus, & uniat eos, reducens ad ſanctum ſuum ouile, quoniam ipſe cognoſcit figmentũ noſtrum, quoniam quis gloriabatur ſe caſtũ habere cor? Vel quis confidet ſe mundum eſſe peccato? Omnes enim ſumus pœnæ obnoxij. Etiam pro ipſis intentius oremus, quoniã gaudium fit in cœlo ſuper uno peccatore, pœnitentiam agente, declinantes omnem actionem malam, amplectantur omnia opera bona, ut benignus DEVS cito eorum obſecrationibus placatus, reſtituat eis lætiam ſalutaris & ſpiritu principali confirmet eos, ne amplius prohibeantur communionem habere ſanctorum ſacrorum ipſius, & participes fieri diuinorum myſteriorum, ut digni reperti adoptionis filiorum, uitam æternam conſequantur. Etiam omnes intente pro eis dicamus, Domine miſerere.

Impoſitio manuum pro pœnitentibus.

Salua eos DEVS, & ſuſcita miſericordia tua. Suſcitati DEO per CHRISTVM, inclinate uos, & benedicimini.

Similes orationes hodie dicuntur à Sacerdotibus cũ pœnitẽtes abſoluunt.

Epiſcopus ita oret: Omnipotens æterne DEVS cunctorum Domine, creator & gubernator uniuerſi, qui hominem in mundi ornatum poſuiſti per CHRISTVM, & dediſti ei legem naturalem & ſcriptam, ut normam uiuendi haberet, ut rationis compos, & ſi in aliquo peccaret, fundamentum pœnitentiæ tradidiſti ei bonitatem tuam, reſpice ſuper inclinantes tibi colla animæ & corporis, quoniam tu non uis mortem peccatoris, ſed pœnitentiam: ut reuertatur à uia ſua mala & uiuat: qui Niniuitarum pœnitentiam admiſiſti, qui uis omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, qui filium, qui ſuas facultates luxurioſe conſumpſerat, paterno affectu recepiſti per pœnitentiam: recipe nunc quoq; ſupplicantium tibi pœnitentiam: quoniam non eſt, qui non peccet in te. Si enim iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? quoniam apud te eſt redemptio & reduc eos in ſanctam tuam Eccleſiam, reſtituta illis priori dignitate & honore per CHRISTVM DEVM & Saluatorem noſtrum, per quem tibi gloria & adoratio in ſancto Spiritu in ſecula Amen. *Et Diaconus dicat.* Diſcedite pœnitentes. *Et addat.* Nullus ex prohibitis accedat. fideles, flectamus genua; rogemus DEVM per CHRISTVM eius, omnes intente DEVM per CHRISTVM inuocemus.

Hactenus Miſſa catechumenorum, ſequitur Miſſa fidelium.

Allocutio Diaconi pro fidelibus.

Pro pace & tranquillitate mundi & ſanctarum Eccleſiarum oremus, ut cunctorum DEVS ſuam æternam & firmam pacem nobis concedat, ut in ſtabilitate uirtutis ſecundum pietatem perſeuerantes nos cuſtodiat. Pro ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia diffuſa à finibus uſq; in fines, oremus, ut Dominus immobilem & tranquillam eam cuſtodiat, atq; conſeruet uſq; ad

conſummationem ſeculi, fundatam ſupra firmam petram. Et pro ſancta
paræcia huius loci oremus, ut concedat nobis cunctorũ Dominus cæleſtem
eius ſpem perfecte perſequi, & debitam orationis ſeruitutem, ſine intermiſ=
ſione impendere. Pro omni Epiſcopatu qui eſt ſub cœlo, rectè tractantium
uerbũ ueritatis, orate. Et pro Epiſcopo noſtro Iacobo & paræcijs ipſius ora=
te. Pro Epiſcopo noſtro Clemẽte & parçcijs ipſius orate. Pro Epiſcopo no=
ſtro Euodio & paræcijs ipſius orate, ut miſericordiam DEVS concedat ſuis
Eccleſijs, eos eſſe ſaluas honorabiles, longæui temporis, uenerabilemq́ ipſos
cum ſenectutem faciat in pietate & iuſtitia. Et pro Presbyteris noſtris orate,
ut Dominus eripiat eos ab omni re incommoda & mala, ſaluum & honora=
bile Presbyterium eis præbeat. Pro omni in CHRISTO Diaconatu &
miniſtratu orate, ut Dominus inculpabilem eis Diaconiam præbeat. Pro le=
ctoribus, Cantoribus, uirginibus, Viduis, Orphanis orate: pro matrimonio
copulatis & liberis operam dantibus orate, ut Dominus omnium ſuorum
miſereatur. Pro Eunuchis ſancte ambulantibus orate, pro continenter &
caſte uiuentibus orate. Pro afferentibus fructus ſanctæ Eccleſiæ & facienti=
bus pauperibus eleemoſynã orate. Et pro ſacrificia & primitias offerentibus
Domino DEO noſtro orate, ut ſanctus DEVS remuneret ipſos cæleſti=
bus donis, & det ipſis in præſenti centuplum, & in futuro uitam æternam: &
præſtet eis pro temporalibus ſempiterna, pro terrenis cæleſtia. Pro nuper
illuminatis fratribus noſtris orate, ut Dominus ſtabiliat eos & confirmet.
Pro infirmis fratibus noſtris orate, ut Dominus liberet eos ab omni ægritu=
dine & imbecillitate, & ſaluos reſtituat ſanctæ ipſius Eccleſiæ. Pro nauigan=
tibus & uiatoribus oremus. Pro ijs qui ſunt in metallis, in exilio, in cuſtodia
& uinculis, propter nomẽ Domini orate. Pro oppreſſis amara ſeruitute ora=
te. Pro inimicis & odio uos perſequentibus orate. Pro perſequentibus nos
propter nomen Domini, oremus, ut Dominus mitigato illorum furore, diſ=
ſipet iram conceptam contra nos. Pro ijs qui extra ſunt & in errore uerſan=
tur, orate, ut Dominus illos conuertat. Infantum Eccleſiæ memores ſimus,
ut Dominus perfectos eos in timore ſuo ad adultam ætatem perducat. Pro
nobis mutuo oremus, ut Dominus ſeruet nos & gratia ſua cuſtodiat uſq́
ad finem, & liberet nos à malo, atq́ ab omnibus ſcandalis operantibus ini=
quitatem, & ſaluet in cœleſte regnum ipſius. Pro omni anima Chriſtiana
oremus. Salua & ſuſcita nos DEVS miſericordia tua. Excitemus nos
orantes intende, & mutuo noſmet commendemus DEO uiuo per CHRI=
STVM eius.

Sic hodie ante omnia principio Canonis Miſſæ oratio fit pro Papa & Epiſcopo noſtro.

Oret Pontifex & dicat: Domine omnipotens altiſſime, qui in altis habitas,
ſanctæ requieſcens in ſanctis, qui es ſine principio & ſolus dominaris qui
per CHRISTVM prædicationem uerbi dediſti nobis in agnitionem
gloriæ tuæ & nominis tui, quod manifeſtauit nobis in compræhenſio=
nem, Ipſe quoq́ nunc reſpice per eum ſuper hunc gregem tuum, & libe=
ra eum ab omni ignorantia & opere malo, & da eum timore timere te, &
dilectione te diligere & ire à facie gloriæ tuæ. Benignus & propitius
eſto

eſto in precibus ipſorum,& conſerua eos immobiles, culpa carentes, criminis expertes, ut ſint ſancti corpore & anima,nō habentes maculam neq; rugam,neq; aliquid huiuſmodi,ſed ſint perfecti,& nullus inter ipſos ſit mancus uel imperfectus. Adiutor,potens,perſonarum nō acceptor, ſucurre huic populo tuo,quem redemiſti pretioſo ſanguine CHRISTI tui, defenſor, auxiliator,diſpenſator,cuſtos,murus fortiſsimus,ſpes,ſecuritas, quoniā de manu tua nemo poteſt eripere: nam non eſt ſicut tu DEVS alter,quoniam in te ſuſtinemur. Sanctifica eos in ueritate,quoniam uerbum tuū ueritas eſt,qui nullius gratiam reſpicis, falſis rationibus non deciperis, libera eos ab omni morbo & ab omni infirmitate,ab omni peccato,ab omni dolo et fraude: à timore inimici,à ſagitta uolante in die: à negotio perambulante in tenebris,& dignos fac eos uita æterna quæ eſt in CHRISTO tuo, filio tuo unigenito, DEO & ſaluatore noſtro,per quem tibi honor & gloria in ſancto Spiritu,nunc,& ſemper & in ſecula ſeculorum Amen.

Apparatus ad myſticum ſacrificium.

Hoc eſt quod hodie dicimus pacem dare in Miſſa.

Poſthoc Diaconus dicat. Attendamus. *Et Epiſcopus ſalutet Eccleſiam & dicat:* Pax DEI cum omnibus uobis. *Et populus reſpondeat.* Et cum Spiritu tuo. *Et Diaconus dicat.* Salutate uos inuicem in oſculo ſancto,& ſalutent Clerici Epiſcopum, & uiri laici laicos,& mulieres ſalutent mulieres. Pueri ſtent ad ſuggeſtum, & alius Diaconus præſit eis ne obſtrepant. Et alij Diaconi ambulent & uideant, uiros & mulieres,ne tumultus aliquis excitetur,& ne quis murmuret, neq; cōniueat uel nutet. Diaconi uero maneant ad portam uirorum. Hypodiaconi ad portam mulierum,ne quis exeat,neue porta aperiatur etiamſi fidelis fuerit, tempore oblationis. Vnus Hypodiaconus det aquam manibus Sacerdotum in ſignum puritatis animarum DEO repoſitarum.

Diaconus dicat: Nullus Catechumenus, nullus Auditor, nullus infidelis,nullus hæreticus. Qui primam orationem perfeciſtis,diſcedite. Pueros recipite matres. Ne quis contra aliquem,Ne quis in hypocriſi. Erecti ad Dominum cum timore & tremore manentes ſinamus offerri. Quibus peractis. Diaconi afferant dona Epiſcopo ad Altare,& Presbyteri à dextris & ſiniſtris adſiſtant,ueluti diſcipuli adſiſtentes magiſtro. Duo Diaconi ex utraq; parte altaris teneant flabellum,confectum ex tenuibus membranis,uel pauorū pennis,uel ex uelo,quibus leuiter abigant præteruolantes beſtiolas, ne in pocula incidant.

Gratiarum actio ante conſecrationem.

Ecce præfatio ante Canonē Miſſæ,Surſum corda.

Orans igitur per ſe Pontifex una cum Sacerdotibus, induensq; ueſtem ſplendidam, & ſtans ad altare, Trophæo crucis ſe conſignans in fronte,dicat. Gratia omnipotentis DEI, & charitas Domini noſtri IESV CHRISTI,& communicatio Spiritus ſancti, cum omnibus uobis. *Et omnes una uoce reſpondeant.* Et cum Spiritu tuo. *Et Pontifex dicat:* Surſum mentem. *Omnes reſpondeant,* habemus ad Dominum. *Et Pontifex.* Gratias agimus Domino DEO noſtro. *Et omnes reſpondeant.* Dignū & iuſtum eſt. *Pontifex dicat.* Vere dignum & iuſtum eſt ante omnia laudare te DEVM uerū,qui es ante res generatas,ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur,qui ſolus es ingenitus ſine principio,non agnoſcens alicuius imperium aut dominium,nullius indigens,omnis boni dator , extra omnem cauſam generationemq; poſitus,ſemper in eodē ſtatu conſiſtens, ex quo omnia quaſi ex quodam fonte in rerum naturam proceſſerunt. Tu enim es notitia,

carens

carens principio, æterna uiſio, ingenitus auditus, ſapientia increata, primus natura, lex eſſendi, extra omnem numerum conſtitutus, omnia de nihilo producens per unigenitum filium tuum, ipſum uero ante omnia ſecula genuiſti uoluntate, uirtute & bonitate immediatè filium, unigenitū uerbum, DEVM ſapientiam uiuentem, primogenitum omnis creaturæ, Angelum magni conſilij tui, Pontificem tuum, Regem, & Dominum omnis intellectiuæ & ſenſitiuæ naturæ, qui eſt ante omnia, per quem omnia. Tu enim æterne DEVS per ipſum cuncta feciſti, & per ipſum conuenienti prouidentia cuncta gubernas, per quem enim conceſsiſti ut res eſſent, per eundem feciſti ut bene eſſent. DEVS & Pater unigeniti filij tui, qui per ipſum ante omnia feciſti Cherubin & Seraphin, ſecula & exercitus, uirtutes & poteſtates, Archangelos & Angelos, & poſt hæc omnia feciſti hunc mundum uiſibilem, & omnia quæ in eo ſunt. Tu enim es qui cœlum ut fornicem ſtatuiſti, ut pellem extendiſti & terræ molem nullo adminiculo ſtabiliuiſti, ſola uoluntate tua: qui conſtituiſti firmamentum, noctem & diem paraſti, qui ex theſauris protuliſti lucem, & eius receſſu induxiſti noctem ad requietem animantium quæ mouentur in mundo: qui ſolem diſpoſuiſti in poteſtatem diei, & lunam in poteſtatem noctis: qui ſtellarum ornatu cœlum diſtinxiſti in laudem maieſtatis tuæ, qui feciſti aquam in potum & munditiem aërem uitalem, ad ducendum ſpiritum, uocemq́ formandam per linguam percutientem aërem, auditum auxilio ipſius, ut apprehenderet ſonos, & exciperet delatos ſibi per aërem uoces: qui feciſti ignem ad depellendas tenebras, & ad explendam neceſsitatem, ſimulq́ ut calefierimus ab eo & illuſtraremur: qui immenſum mare à terra ſegregaſti, & illud nauigabile effeciſti, hanc pedibus peruiam, illud etiam animantibus puſillis atq́ magnis auxiſti: hanc manſuetis atq́ agreſtibus referſiſti, plantarum uarietate ornaſti, herbis decoraſti, floribus diſtinxiſti, ſeminibus ditaſti: qui conſtituiſti abyſſum, & uaſto hiatu eam comprehendiſti, ſalſarum aquarum cumulatis æquoribus, & eam tenuiſsimæ arenæ terminus concluſiſti: qui mare modo uentis in montium altitudinem extollis, modo in planiciem exequas, & modo agitas tempeſtate & modo ſedas tranquillitate ut ad nauigiorum curſus ſit idoneum, qui creatum per CHRISTVM à te mundum cinxiſti fluminibus, alluiſti torrentibus, ſontibusquè perennibus irrigaſti montibus circumdediſti in firmiſsimam terræ ſtabilitatem: referſiſti enim mundum & ornaſti ſuauiſsimis plantis & ad medicinam aptiſsimis, multis ac uarijs animantibus, robuſtis atq́ infirmis, ad eſum atquè laborem idoneis, cicuribus atq́ feris ſerpentum ſibiles & diuerſorum alitum cantibus annorum recurrentibus circulis, menſium atq́ dierum numeroſa multitudine: Solſtitiorum uiciſsitudine, nubium imbriferarum tempeſtatibus, ad fructum maturitatem & animantium conſeruationem, ſtationemq́ uentorum flantium ad imperium tuum, ad plantarum quoq́ atq́ herbarum multitudinem, ac non ſolum mundum creaſti, ſed etiam mundi ciuem hominem condidiſti, mundi ornatum eũ faciens. Dixiſti enim ſapientiæ tuæ, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & imperet piſcibus maris & uolatilibus cœli: ideoq́ compoſuiſti eum ex anima immortali & corpore diſſolutioni obnoxio. Illa de nihilo creata, hoc ex quatuor elementis conflato, & dediſti ei per animam rationalem, intelligentiam, pieta-

tis & impietatis iudicium, iuſti & iniuſti obſeruationem: per corpus quinqꝫ ſenſus motum quo progreditur. Tu enim DEVS omnipotens per CHRISTVM paradiſum in Edem ad orientem plantaſti, & uarijs plantis ad cibum aptis ornaſti, & in eum quaſi in lautam domum hominem introduxiſti, quem cum conderes legem dediſti naturalem, ut intus incluſa & apud ſe haberet ſemina diuinæ cognitionis. Nam cum illum in paradiſum delitiarum induxiſti, omnia ei permiſiſti ut perciperet, unum autem ſolum guſtare prohibuiſti, ſpe maiorum rerum, ſcilicet, ut ſi mandatum ſeruaſſet mercedem eius immortalitatem reportaret: ſed cum mandatum contempſiſſet, & prohibitum fructum guſtaſſet, fraude ſerpentis & conſilio mulieris merito illum eieciſti paradiſo, ſed bonitate tua non permiſiſti, ut penitus periret (cum enim erat opus) ſed ſubiecta ei creatura conceſsiſti, ut ſudore ac labore uictum ſibi quæreret, te omnia ferente, augenre ac maturante. Cumqꝫ iure iurando ei breuis temporis ſoporem dederis, illum ad nouam generationem reuocaſti, ſoluto mortis termino, uitam ex reſurrectione promiſiſti, non ſolumquè id præſtitiſti, ſed etiam poſteros ſuos in infinitam multitudinem propagaſti, obſequentes tibi glorificaſti, rebelles ſupplicijs affeciſti: Atquè Abelis quidem ſancti ſacrificium accepiſti. Cain fratris interfectoris munus, tanquam ſcelerati hominis reieciſti. Præterea Seth & Enos recepiſti, & Enoch tranſtuliſti. Tu enim Opifex es hominum, uitæ præbitor, inopiæ expletor, legum, eos ſeruantium remunerator, uiolantium ultor: qui magnum diluuium induxiſti mundo propter multitudinem impiorum, & iuſtum Noe eripuiſti à diluuio in arca, cum octo animis, ut eſſet finis præteritorum, & principium eorum qui erant in futura ſucceſsione naſcituri, qui formidandum ignem quinquè Sodomenis urbibus immiſiſti, & terram fructiferam in ſalſuginem poſuiſti à malitia inhabitantium in ea, & ſanctum Loth incendio liberaſti. Tu es qui Abraham maiorum ſuorum impietate liberaſti, & mundi hæredem feciſti, & ei CHRISTVM tuum oſtendiſti, qui Melchiſedech Pontificem ſeruitutis tuæ conſtituiſti, patientiſsimum ſeruum tuum Iob uictorem ſerpentis auctoris malorum declaraſti, qui Iſaac filium promiſsionis feciſti. Iacob patrem duodecim filiorum, eiuſquè poſteros in numeroſam ſobolem propagaſti, illam uero cum ſeptuaginta animis in Ægyptum introduxiſti. Tu Domine Ioſephum non neglexiſti, ſed præmium ſuæ temperantiæ ei conceſsiſti ut Ægyptijs imperaret. Tu Domine Hebræos ab Ægyptijs uexatos non neglexiſti, ut promiſſa patribus ſuis ſeruares. Cumquè homines naturæ legem labefactarent, & creaturarum aliquando fortunam ducerent, aliquando pluſquam oporteret in honore haberent, & eam tibi DEO æquarent, non permiſiſti illos errare, ſed excitato ſancto ſeruo tuo Moſe per eum, in ſubſidium naturalis, ſcriptam legem dediſti, & creaturam oſtendiſti tuum opus eſſe, Deorumquè multitudinem exterminaſti: Aaron & poſteros ſacerdotali honore decoraſti, Hebræos peccantes puniuiſti, reſipiſcentes recepiſti. Ægyptios decem plagis es ultus, diuiſo Mari Iſraelitas eduxiſti, perſequentes Ægyptios demerſos interemiſti, ligno aquam amaram dulcem feciſti; è dura petra aquam eduxiſti, de cœlo manna dediſti, atquè ex aêre ortygometram in cibum, columnam igneam nocte ad illuſtrandrum, & die columnam nubis ad opa-

candum

candum ſtatuiſti, IESVM imperatorem delegiſti, ſeptem nationes Cananæorum, eius opera expugnaſti, Iordanem aperuiſti, flumina Ethan ſiccaſti, muros ſine machinis, ſineq́ hominum manu diruiſti: Pro omnibus tibi gloria Domine omnipotens. Te adorant infiniti exercitus Angelorum, Archangelorum, thronorum, Dominantium, Principatuum, poteſtatuum, uirtutum, Exercituum æternorum, Cherubina & ſex alas habentia, Seraphina, duabus uelantia pedes, duabus capita, duabus uolantia, & dicentia una cum millibus millium Angelorum inceſſabili uoce clamantium.

Et omnis populus ſimul dicat, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, plenum eſt cœlum & terra gloria tua, Benedictus in ſecula Amen. *Dicebatur ter ſanctus in Miſſa tempore Apoſtolorum.*

Pontifex deinde dicat: Sanctus enim es & in omnibus ſanctus altiſsimus, & ſuperexaltatus in ſecula. Sanctus & unigenitus filius tuus Dominus noſter & DEVS IESVS CHRISTVS, qui in omnibus miniſtrauit, tibi Deo ipſius & Patri, in uario opificio creaturarum & in earum conuenienti prouidentia, non permiſit genus humanum perire, ſed poſt naturalem legem, poſt legis ſcriptæ admonitionem, poſt propheticas increpationes, poſt angelorum tutelas, uiolantibus naturalem legem hominibus, una cum ſcripta obliterataq́ memoria diluuij, incendij, plagorum Ægyptiacarum, cædis Paleſtinorum, imminenteq́ omnium interitu, decreuit uoluntate tua, qui hominem condiderat, fieri homo, qui legislator erat, ſubijci legibus, qui Pontifex erat, uictima fieri, paſtor effici ouis. Te DEVM ac patrem ſuum placauit & reconciliauit, Mundo atq́ inſtanti ira omnes liberauit, natus de uirgine, natus in carne, DEVS uerbum, filius dilectus, primogenitus omnis creaturæ, ſecundum de eo prædictas prophetias, ex ſemine Dauid & Abraham: de tribu Iuda, & conceptus eſt in utero uirginis formator omnium qui naſcuntur, atquè incarnatus eſt is qui carnis eſt expers, in tempore natus, qui ab æterno eſt genitus, pie conuerſatus eſt, & ſanctis legibus inſtituit, omnem morbum atq́ infirmitatem expulit, ſigna & prodigia in populo fecit, cibum, potum, ſomnum cœpit is, qui omnes cibo indigentes alit, & replet omne animal benedictione, manifeſtauit nomen ſuum ijs, qui id ignorabant: ignorantiam fugauit, pietatē excitauit, uoluntatem tuā expleuit, opus quod dederas illi conſummauit. Quæ omnia cum perfeciſſet impiorum manibus comprehenſus, Sacerdotum atq́ Pontificum falſi nominis, populiq́ ipſius iniqui, & malitia laborantis traditione, multa paſſus eſt ab ipſis, omnemq́ ſuſtinuit ignominiam tua permiſsione. Traditus eſt Pilato Præſidi, ac iudicatus is qui iudex erat, condemnatus eſt aliorum Saluator, crucifixus qui eſt impaſsibilis, mortuus natura immortalis, ſepultus omnium uiuificator, ut paſsione & morte liberaret eos propter quos uenerat, & uincula diaboli diſrumperet homineſq́ ab eius fraudibus eriperet. Et reſurrexit à mortuis tertia die, & per quadraginta dies uerſatus cum diſcipulis, receptus eſt in cœlum, & ſedet ad dexteram DEI & Patris ſui.

MEMORES igitur eorum quæ propter nos eſt paſſus, gratias agimus tibi DEVS omnipotens non quantum debemus, ſed quantum poſſumus, Et ordinationem eius implemus. Nam qua nocte tradebatur, accipiens panem in ſanctas & immaculas manus, & ſuſpiciens in te DEVM & patrem ſuum frangenſq́ dedit diſcipulis ſuis dicens, Hoc myſterium noui teſtamen- *Nota Miſſam eſſe Chriſti ordinationē.*

ti accipite, ex eo comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro multis frangitur in remiſsionem peccatorum multorum. Similiter & calicem miſcens ex uino & aqua, & ſanctificans tradidit eis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis qui pro multis effunditur in remiſsionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcunq; enim manducaueritis panem hunc & biberitis calicem hunc mortem meam annunciabitis donec ueniam. Memores igitur paſsionis eius & mortis, nec non ex mortuis reſurrectionis atq; in cœlum aſcenſionis, & futuri eius ſecundi aduentus, in quo ueniet cum gloria & uirtute iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiq; ſecundum opera ſua: Offerimus tibi Regi & DEO ſecundum ordinationem ipſius, panem hunc & calicem hunc, gratias tibi agentes, & quod nos dignos feciſti aſsiſtere in conſpectu tuo, & fungi ſacerdotio tibi. Rogamuſq; te, ut benigne aſpicere digneris ſuper hæc dona propoſita in conſpectu tuo, tu qui nullo indiges DEVS, & complaceas tibi in ipſis in honorem CHRISTI tui, ut qui eum percipiunt, confirmentur in pietate & remiſsionem peccatorum conſequantur, diabolo & errore eius liberentur, Spiritu ſancto repleantur, CHRISTO tuo digni efficiantur, uitam æternam adipiſcantur te eis reconciliato Domine Omnipotens.

ETIAM rogamus te Domine pro ſancta tua Eccleſia, quæ eſt à finibus uſq; in fines, quam acquiſiuiſti precioſo ſanguine CHRISTI tui, ut eam quietam & tranquillam conſerues uſq; ad conſummationē ſeculi. Et pro omni Epiſcopatu recte dante uerbum ueritatis, etiam imploramus te, & pro mei offerentis tibi tenuitate, proq; omni presbyterio, pro diaconis, atq; omni clero, ut omnes à te edoctos, Spiritu ſancto repleas. Etiam rogamus te Domine pro Rege, & pro ijs qui ſunt in ſublimitate conſtituti, proq; omni exercitu ut per illos pacifice uiuamus, ut in quiete & concordia perſeuerantes, per omne tempus uitæ noſtræ glorificemus te, per IESVM CHRISTVM qui eſt ſpes noſtra. Etiam offerimus tibi pro omnibus qui à ſeculo placuerunt tibi, ſanctis Patriarchis, Prophetis, iuſtis Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Hypodiaconis, Lectoribus, Cantoribus, Virginibus, Laicis, atq; omnibus quorum tu cognouiſti nomina.

Orabant tempore Apoſtolorū in Miſſa pro regibus poſt Epiſcopos. Hæc oratio pro ſanctis nil aliud eſt quam gratiarum actio.

ETIAM offerimus tibi pro populo hoc, ut facias eū in laudem CHRISTI tui regale ſacerdotiū, gentem ſanctam: pro uirginibus & caſtitatem ſeruantibus, pro uiduis Eccleſię: ꝓ copulatis honorabilibus nuptijs & filias procreantibus, pro infantibus populi tui, ut neminem noſtrū reijcias. Etiam rogamus pro hac ciuitate, & habitantibus in ea: ꝓ laborantibus infirmitate, & pro acerbam ſeruitutē ſeruientibus: pro relegatis & publicationem bonorū perpeſsis: pro nauigantibus & ꝓ peregre proficiſcentibus, ut ſis auxiliator, omniū adiutor & opitulator. Etiam rogamus te ꝓ ijs qui nos odio habent & perſequuntur nos propter nomen tuū, pro ijs qui extra ſunt & uerſantur in errore, ut reducas eos in bonū, & furorem eorum mitiges. Etiam rogamus te pro Catechumenis Eccleſiæ, & pro uexatis ab aduerſario, & pro fratribus noſtris pœnitentibus, ut illos in fide perficias, alios à uexatione mali eripias, horum pœnitentiam recipias & indulgeas illis atq; nobis delicta noſtra. Etiam offerimus tibi pro aëris ſalubritate, & fructuum fertilitate, ut abunde bona tua percipientes te aſsidue laudemus, qui das eſcam omni carni. Etiam rogamus te pro ijs, qui iuſta cauſa impediti abſunt, ut omnes nos in pie

tate

tate cuſtoditos, congreges in Regnum CHRISTI tui, DEI omnis ſenſitiuæ & intellectualis naturæ, & Regis noſtri, ſtabiles in bono, in culpabiles, crimine carentes, quoniam tibi omnis gloria, cultus, gratiarum actio, honor & adoratio patri & filio, & ſancto Spiritui, & nunc & ſemper, & in infinita ſecula ſæculorũ. *Et omnis populus dicat* Amen. *Et Epiſcopus dicat.* Pax Dei cum omnibus uobis. *Et omnis populus dicat.* Et cum Spiritu tuo.

Ecce Salutationes quæ in miſſa fieri ſolent per Dns. uobiſcum, & ab Epiſcopo, pax uobis.

Diaconus iterum pronunciet. Etiam rogemus DEVM per CHRISTVM ſuum, pro domo oblato Domino DEO, oremus. Vt bonus DEVS ſuſcipiat illud intercedente CHRISTO ipſius, cœleſte altare ſuum in odorem ſuauitatis. Pro hac Eccleſia & pro populo rogemus: pro omni Epiſcopatu, pro omni Presbyterio: pro omni in CHRISTO Diaconia & miniſterio, pro uniuerſo Eccleſiæ cœtu rogemus ut Dominus omnes conſeruat atq; cuſtodiat. Pro Regibus & pro iis qui ſunt in ſublimitate conſtituti oremus, ut in pace per ipſos uiuamus, ut quietam & tranquillam agamus in omni pietate ac ſanctitate: ſanctorum Martyrum memoriam colamus, ut digni efficiamur certaminis ipſorum. Pro iis qui in fide quieuerunt oremus. Pro ſalubritate aëris & fructuũ maturitate rogemus. Pro nuper illuminatis oremus, ut omnes in fide cõfirmentur. Excita nos DEVS in gratia tua. Excitati, nos ipſos DEO per CHRISTVM eius commendemus.

Epiſcopus dicat.

DEVS magnus & magni nominis magnus conſilio & operibus potens. Deus pater ſancti pueri tui IESV CHRISTI Saluatoris noſtri, reſpice ſuper nos & ſuper hoc ouile tuum, quod per ipſum elegiſti in gloriam nominis tui, & ſanctificato corpore noſtro & anima, dignos fac, ut purgati omni inquinatione carnis ac ſpiritus, propoſita bona coſequamur, & neminem noſtrum iudices indignum, ſed ſis adiutor noſter auxiliator & defenſor per CHRISTVM tuum cum quo tibi gloria & honor, laus, gloriatio, & gratiarum actio, & ſancto ſpiritui in ſecula Amen.

Et poſtquam omnes dixerunt Amen. *Diaconus dicat:* Attendamus.

Et Epiſcopus alloquitur populum iis uerbis. Sancta ſanctis. *Et populus ſubiungat,* Vnus ſanctus, unus Dominus, unus CHRISTVS in gloria DEI patris benedictus in ſecula Amen.

Tempore Apoſtolorum miſſe inſerebatur, Gloria in excelſis Deo &c.

Gloria in altiſsimis DEO, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Oſanna filio Dauid. Benedictus qui uenit in nomine Domini, DEVS Dominus & apparuit nobis. Oſanna in altiſsimis. *Poſt hoc ſumat Epiſcopus, deinde Presbyteri, & Diaconi & Hypodiaconi, & Anagnoſtæ & cãtores, & Aſcetæ & ex mulierib. Diaconiſſæ & uirgines, & uiduæ: poſtea pueri & omnes populus cum pudore & reuerentia, abſq; tumultu. Et Epiſcopus det oblationem dicens,* Corpus CHRISTI. *Et ſumens dicat,* Amen. *Diaconus teneat calicem, & quando tradit, dicat:* Sanguis CHRISTI, calix uitæ. *Et bibens dicat,* Amen. *Cum reliqui ſumunt, dicatur Pſalmus* XXXIII. *Poſtquam omnes ſumpſerunt, accipiant Diaconi reliquias & portent in Paſtophoria.*

Nota de Aſcetis, id eſt, monachis Apoſtolicis.

Vſus fuit tempore Apoſtolorũ utriuſq; ſpeciei, ſed etiam uniuerſalis annotauimus nõ ſemel, neq; enim credendum ſuit ad ſalutem neceſſariũ ſub re ſub utraq.

Sermo poſt communionem.

Perfecto Pſalmo, Diaconus dicat: Percepto precioſo corpore & precioſo ſanguine CHRISTI, gratias agamus ei, qui dignos reddidit percipiendi ſancta eius myſteria, & rogamus, ut non in iudicium, ſed in ſalutem nobis fiant in utilitatem animæ & corporis, in cuſtodiam pietatis, in remiſsionem peccatorum, in uitam uenturi ſeculi. Excitemur in gratia. Nos ipſos DEO ſoli, ingenito DEO & CHRISTO eius commendemus.

Epiſcopus gratias agat: Domine DEVS omnipotens, pater CHRISTI filij tui benedicti, exauditor inuocantium te in rectitudine, qui ſcis interpellationes tacentium, gratias tibi agimus, quod feciſti nos dignos participationis ſanctorum myſteriorum tuorum, quæ præbuiſti nobis in confirmationem eorum, quæ bene cognita ſunt, in cuſtodiam pietatis, in remiſsionem peccatorum, quoniam nomen CHRISTI tui inuocatum eſt ſuper nos, & tibi conciliati ſumus: qui ſegregaſti nos à communicatione impiorum, coniunge nos cum conſecratis tibi, confirma nos in ueritate ſancti Spiritus ſuperuentiõe ignorata reuela, quæ deſunt exple, cognita corroborare, Sacerdotes immaculatoś tuere in ſeruitute tua. Reges conſerua in pace, Magiſtratus in iuſtitia, cœlum in ſalubritate, fructus in fertilitate, mundum in prouidentia omni ex parte ſufficienti, nationes bellicoſas reprime, errantes conuerte, populum tuum ſanctifica. Virgines conſerua, Matrimonio uinctos cuſtodi, in fide ignorantes corrobora, Infantes ad uirilem ætatem perduc, notitios confirma, Catechumenos inſtrue, & immitatione dignos redde, nosq́ꝫ, omnes congrega in regnum cœlorum, in CHRISTO IESV Domino noſtro, cum quo tibi gloria, honor, cultus, & ſancto Spiritui in ſecula. Amen.

Diaconus dicat: DEO per Chriſtum eius inclinamini & benedictionem accipite. *Et Epiſcopus iterum oret dicens:* DEVS omnipotens, uerus & incomparabilis, qui ubiq́ꝫ ades & præſens es in cunctis, & in nullo tanquam ens quiddam exiſtis, qui loco non circumſcribere, nec tempore conſeneſcis, nec ſeculis terminaris, neq́ꝫ ſermonibus explicaris, qui generationi non es ſubiectus, cuſtodia non indiges, extra interitum es poſitus, mutationem non recipis, qui natura es inuiſibilis, qui lucem in habitas in acceſsibilem, qui natura es inuiſibilis, quem uniuerſales naturæ cum amore te inueſtigantes cognoſcunt, qui comprehenderis ab ꝭs qui in charitate querunt te, Deus Iſraelis reuera uidentis populi tui credentis in CHRISTVM propitius factus, exaudi me propter nomen tuum, & benedic eis qui tibi inclinant colla ſua, & concede eis petitiones cordis ipſorum quæ ſunt ad utilitatem, & nullum ex ipſis expelle à poſſeſsione regni tui, & ſanctifica eos, muni, tege, defende, libera ab aduerſario, ab omni inimico, domus ipſorum cuſtodi, introitus & exitus eorum muni, quoniam tibi gloria, laus, maieſtas, cultus & adoratio, & puero tuo, IESV CHRISTO tuo Domino noſtro, & DEO & regi, & ſancto Spiritui nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Et Diaconus Dicat. Ite in pace.

Hæc de myſtica ſeruitute diſponimus nos Apoſtoli uobis Epiſcopis, Preſbyteris, & Diaconis.

Reliqua omnia quæ 5. caput præcedunt, & 23. ſequuntur, non ſolebant in quotidianis ſacrificijs recitari, ſed tantum cum fieret ordinatio uel Epiſcoporum, uel Presbyterorum &c. & ideo ea hic non poſuimus.

S. MARCELLVS.

ANNO LXIIII. S. MARCELLVS, Marci urbis Romæ Præfecti filius, Simonis Magi quondam auditor & diſcipulus, uir grauis atq́ꝫ diſertus, prædicatione D. Petri Apoſtoli ad CHRISTI fidem conuerſus, ſcripſit rogantibus Chriſtianis.

De conflictu Simeonis & Petri — *Lib. I.*
Ad S. Nereum & Achilleum — *lib. I.*

De

De actibus Petri & Pauli — *lib. I.*
De artibus Simonis Magi — *lib. I.*
De obitu S. Petronellæ — *lib. I.*
De paßione S. Felicolæ — *lib. I.*
De paßione S. Nicomedis — *lib. I*

Et alia plura quæ ad noſtram notitiam nondum peruenerunt.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

Ioannes Garetius Miſagienſis lib. de Sacrificio Miſſæ citat S. Marcelli uerba, ex libro de uita Petronellæ in hunc modū: Veniens ad eam S. Nicomedes Presbyter, celebrauit myſteria CHRISTI. Virgo autem ſanctiſſima mox ut Corporis CHRISTI Sacramentum accepit, reclinans ſe in lectulo, emiſit ſpiritum.

MEDIOLANENSES.

S. PHILIPPVS.

S. PHILIPPVS, Mediolanēſis, B. Geruaſij & Prothaſij auditor atq; diſcipulus, cum Diuos martyres ſepeliſſet, inter cætera ſcripturarum monumenta, ingenti fidei noſtræ ęmulatione flagrans, libellum eorundem ortum uitam & martyrium continentem ſcripſit. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 126. Ambroſ. in uita BB. Geruaſ. & Prothaſ. ANNO LXIII.

VOLATERRANI.

S. LINVS.

S. LINVS, Herculani filius, Volaterranus, Etruſcus, Petri Apoſtoli diſcipulus, & ab eo uiuente, cū Cleto Chorepiſcopus ordinatus Romanus, cuius Paulus in 2. Epiſt. ad Timoth. cap. 4. meminit, cum uir eſſet doctiſsimus, & DEO dilectus, Græco ſermone SS. Apoſtolorum Petri & Pauli uno die paſſorum, martyrium conſcripſit, digladiationem Petri cum Simone Mago aperiens. Tritthem. de ſcrip. Eccleſ. ANNO LX.

PARTIS SEXTÆ
DISTINCTIO. II.

DE SCRIPTORIBVS ET SCHOLIS Eccleſiaſticis Galliæ.

PARISIENSES SCRIPTORES.

S. VISBIVS.

SANCT. VISBIVS, Areopagitæ Dionyſij auditor atq; diſcipulus, cum Magiſter ob CHRISTI fidem in agro Pariſiaco morti adiudicaretur, præſens inter cætera ſcripturarum monumenta, uitam Præceptoris ſui reliquit. Moritur in Gallijs imperante Traiano. Ex Archiuis Gall. ANNO XCIX.

PARTIS

PARTIS SEXTÆ.

DISTINCTIO III.

DE SCRIPTORIBVS ET SCHOLIS Eccleſiaſticis Hiſpaniæ.

CORDVBENSES.

SENECA.

ANNO LX.

LVC. ANNEVS Seneca, patria Cordubenſis, natione Hiſpanus, Stoicus Philoſophus, Romæ Sotionis Stoici quandam auditor et diſcipulus, patruus Lucani Poetæ, Neronis præceptor, & Pauli amiciſsimus, uir continentiſsimæ uitæ, multa præclara ingenij ſui monumenta reliquit.

De morum inſtitutione	Lib. I.
De quatuor uirtutibus	lib. I.
De remedijs fortunæ	lib. I.
Declamationum	lib. X.
De clementia ad Neronem	lib. II.
De beneficijs ad Brutum	lib. VII.
De ira ad Nouatum	lib. III.
De prouidentia	lib. I.
De beata uita ad Gallionem	lib. I.
De conſolatione ad Martiam	lib. I.
De conſolatione ad matrem	lib. I.
De tranquillitate uitæ	lib. I.
Quod in ſapientem non cadit iniuria	lib. I.
De breuitate uitæ	lib. I.
De ſtudijs moralibus	lib. I.
De quæſtionibus naturalibus	lib. VII.
Suaſoriarum ſententiarum	lib. I.
Controuerſiarum	lib. V.
De paupertate	lib. I.
Ad Polybium conſolationis	lib. I.
De ludis Senecæ	lib. I.
De uerborum copia	lib. I.
De matrimonio	lib. I.
Tragediarum	lib. X.
De morte Claudij	lib. I.
Epiſtolarum ad S.Paulum	lib. I.
Epiſtolarum ad Lucilium.	lib. XXII.

Non ponerem. Senecam in hunc noſtrum Eccleſiæ Scriptorum Catalogum, niſi me uel D. Hierony. prouocaſſet qui hunc inter uiros illuſtres commemorat. Conſtat enim ipſum Chriſtianis Romæ plurimum fauiſſe, & eorum martyrijs uehementer cõpaſſum eſſe. Eratq; tanta ſapientia uir, ut quamdiu Nero iuuenis eius regebat̃ conſilio & inſtructionibus, atrocia ſcelera, ad quæ natura propẽdebat uix in eo animaduerterẽtur. Et quamuis, aliquando, crudelitatis

crudelitatis ſigna daret, id tamen multitudo iuuentuti attribuendum eſſe arbitrabatur. Seneca uero, qui dies & noctes ſecum agebat, haud quaꝗ ætatis ſed naturæ morbum uidebat. Proinde multa ad eum ſæpe de modeſtia & humanitate nequidꝗ locutus, libros de clementia ſcripſit, ut lectione ipſorum ſe à crudelitate retraheret. Vnde putatur Nero quinquenniū cum laude omnium tranſegiſſe cum imperium conſilio & propè nutu Senecæ regeretur. Verſabatur tum Paulus Apoſtolus ſimul cum D. Petro Romę, cui Seneca admiratus eius doctrinam diuinam, familiaritate deuinctus erat. Cum iam Nero uirilem ætatem ingreſſus, ſcelerum clauſtra erupiſſet, Seneca indies magis ac magis contemnebatur, congratulabantur enim omnes ueniſſe tempus quod ſe Nero imperatorem cognoſceret, & quę à Nerone impie facta eſſent, ea conſilio, arte, dolo Senecæ facta arguebant. Quidam auaritiam ei obijciebant, quidam quod imperium affectaſſet, quia & potentia & honore principem ferè anteiret, Senatus fauorem ac populi aucuparetur. Iuniores etiam delirum hominem & dementem eſſe, quod iuuentutem Cæſaris coercere niteretur, quaſi non liceat Neroni, inconſulto Seneca quicꝗ poſſe. Quod ubi Seneca intellexit, ne uehementius animum adoleſcentis Neronis feruentem irritaret, muneribus ſtatuit ſe ſubducere publicis: proinde ſumpto, ut erat grauitatis, loco & tempore, inſigni oratione à Nerone ueniam impetrauit. Raro deinde in aula uiſus eſt, hominum quoꝗ ſolitos cœtus & ſecreta colloquia paſsim effugiens, ſeſe tandem in priuatam uitam contulit, nunc ſenium, aliquando ualetudinem, interdum philoſophiæ ſtudia cauſatus. Atꝗ hoc tempore cum incenſa eſſet ciuitas peruetuſta Roma, & Nero cauſam in peregrinos Chriſtianos & Iudæos reieciſſet, repente quæſtione habita, in illos crudeliter iuſſu Neronis ſeuitum eſt, ut aut canum laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut cremandi, ut ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis urerentur. Ex qua perſecutione, quæ prima in Chriſtianos fuit, motus Seneca, cum & humiles Chriſtianos eſſe agnoſceret, innocentes homines, & ſanctiſsimos uiros, nihilominus atrociſsima tormenta conſtantiſsime ferre, ritu gentilitio poſito, Chriſtianum cultum tenuiſſe creditur, uehementiſsimeꝗ de noſtrorum laniatu contriſtatus, epiſtolas ad Paulum conſcripſiſſe Romam. Agebat enim in Campania tū, totus Philoſophiæ otio deditus. Creſcente interim Neronis tyrannide, creſcebant & uirorum bonorū neces: quare Senecam Nero ueneno perimere tentauit, ſed proditore liberto ſeruatus eſt. Poſtea detegitur coniuratio auctore C. Piſone in Neronē facta, cuius conſcium Senecā, Natalis Piſonis familiaris captus, & tormentorū grauitate uictus, excogitabat. Miſit aūt ad Senecam Nero Syluanū prętoris cohortis Tribunū, ut ſibi ipſi mortē eligeret. Conuerſus ergo ad uxorem Seneca & amicos, multa locutus eſt, quę eorū triſtitiam leuare poſſent. Vxor nullam exhortationem admittens, Migrare, inquit, penitus è uita tecū ſtatui. Itaꝗ conſtanti animo & illa percuſſorē poſtulat. Inciſus ergo utriuſꝗ brachijs & cruribus, ut tepidus ſanguis efflueret, uxor quidem in proximū cubiculum deportata eſt. Ipſe uero uenenū, quod damnatis apud Athenienſes dari ſolebat fruſtra hauſit ad maturandam mortē. Poſtremo in balneū defertur, ubi ſermo eius ad amicos de animę immortalitate & morte contemnenda habitus eſt. Efflauit mox ſpiritū XI. anno Imp. Neronis. Vxor ſpe uitę ſigato uuluere conualuit, patū tamen ſuperuixit. Hæc fuſius Naucler. parte 2. Gener. 3.

PARTIS SEXTÆ

DISTINCTIO. IIII.

DE SCRIPTORIBVS ET SCHOLIS Eccleſiaſticis Græciæ.

ATHENIENSES SCRIPTORES.

S. HIEROTHEVS.

ANNO LX.

SANCTVS HIEROTHEVS, Pauli Apoſtoli diſcipulus & familiaris, & B. Dionyſij Areopag. præceptor, unus ex ſummis Athenienſium philoſophis: cum ab Apoſtolo conuerſus eſſet totum ſe contemplationi rerum diuinarum & profundæ theologiæ dedit: adeo ut diſcipulus Dionyſius perpetuo illum uirum diuinum appellans auſus fuerit excepto Apoſtolis palmam in theologia illi præ alijs omnibus tribuere. Nam cum Pauli eſſet familiaris, ex ore illius arcana, quæ in tertium cœlum captus uiderat, audiuit. Horum ergo contemplationi intentus:

Elementorum Theologicorum	*Lib. I.*
Diuinos hymnos amatorios	*lib. I. & alia.*

Dionyſ. Areopag. de Diuin. Nom. cap. 4. 5. & 6. Niceph. lib. 2. cap. 20.

S. DIONYSIVS AREOPAGITA.

ANNO LXVI.

S. DIONYSIVS Areopagita, Athenienſis, Princeps ille philoſophorum, interpres Aſtrorum nobiliſsimus; D. Pauli prius, poſtea B. Hierothei prædicti auditor atque diſcipulus. Athenarum primo, Apoſtoli manibus, Pariſiorum exinde à Clemente Romano Pontif. conſtitutus eſt Antiſtes: quem ſancti uiri doctrina fulgentes, quem uniuerſa docta Græcia miris laudibus honorificentiſsimè colit: magnum appellat, & cui non ſimilis ſit, ſacrarum interpretem. Scriptorum eius altitudinem admirati Baſil. & Chryſoſt. uolucrem cœli exclamant. Damaſcen. ſanctiſsimum & theologiſsimum uocat, ad petitiones S. Timothei Pauli diſcipuli ſcripſit Græco ſermone:

De cœleſti Hierarchia	*Lib. I.*
De Eccleſiaſtica Hierarchia	*lib. I.*
De diuinis nominibus	*lib. I.*
De ſymbolica theologia	*lib. I.*
De cœleſtibus ordinibus	*lib. I.*
De iuſto diuinoque iudicio	*lib. I.*
De anima	*lib. I.*
Hypotipoſeon	*lib. I.*
Ad C. Cultorem	*Epiſt. IIII.*
Ad Dorotheum miniſtrum	*epiſt. I.*
Ad Soſipatrum Sacerdotem	*epiſt. I.*
Ad S. Ioann. Euangeliſt.	*epiſt. I.*
Ad Polycarpum Hierarcham Smyrnæ	*epiſt. I.*
Ad Demophilum Monachum.	*epiſt. I.*

Ad

Ad Apollophanem philoſophum *epiſt.* I.
Ad Timoth. de obitu Petri & Pauli *epiſt.* I.
Ad Titum *epiſt.* I.
Et alia quamplurima quæ adhuc nondum emerſerunt.

Metrodorus in uit. Dionyſ. Michael Syngel Presbyter Hieroſolymit. in uit. eiuſdem. Ioannes Monachus & Abbas Vercellenſ. in præfat: in Dionyſ. S. Metaphraſtes in uit. Dionyſ. Suidas in Hiſtor. Ioannes Saracen. in præfat. ad Odonem Abbatem. Bergomen. libr. 8. Chron. Niceph. libr. 2. cap. 20. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. de Pet. Natal. lib. 9. cap. 41.

Cæterum, repertus eſt ante hæc tempora Theodorus Gaza, primus, qui ad Nicolaum V. Pontificem ſcribens libros hos diuinos & Hierarchicos Dionyſij Areopagitæ, illius quem Paulus ad fidem conuertit & cuius in Actis mentio fit eſſe negare auſus eſt. Hunc ſecutus eſt Laurentius Valla, qui prædictos libros Apollinario cuidam attribuit. Non multo poſt placuit Eraſmo Roterodam. tertium quendam Dionyſium neſcio quem, excogitare diuerſum à noſtro Areopagita, & Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo illius ferè coæuo: ſed qui Auguſtini tempora paululum præceſſerit. Nouiſsimè tota hæreticorum colluuies ab Eccleſiæ opinione diſsedens, nunc Origenis diſcipulum conſtituit, ex quo errores multos hauſiſſe illum aiunt. Nunc in poſteriora tempore pro ſuo libito quidam conſtituunt, ne eadem quæ hodie Apoſtolorum tempore docta fuiſſe comperiatur. Reſtat igitur paucis ut probemus, ordine iam numeratos libros & epiſtolas Dionyſij eſſe Areopagitæ, illius inquam, quem Paulus conuertit & ſua manu Athenarum Epiſcopum conſecrauit non cuiuſuis ætatis alium. *Probantur libri Areopagitæ.*

In primis ergo, Michaël Syngelus Presbyter Hieroſolymitanus, uir, quod ſcripta indicant, longe doctiſsimus, ante annos mille ducentos Dionyſij Areopagitæ noſtri uitam Græco ſermone exactiſsime conſcripſit. Veniens ergo ad ea quæ poſt ſe reliquit monumenta libros Hierarchicos nominat, ſummam eorum docte recitat, & miris modis eos extollit. Ea inquit, compoſuit, quæ omnem mentem in admirationem pertraherent. A conſideratione enim eorum quæ uidentur, ad eorum quæ non uidentur contemplationem cogitatione ſuſpenſus, treſq; clariſsimorum ordinum Eccleſias, ac tres ſanctiſsimos Angelicos apparatus ſigillatim ſpeculatus, non aliter ac ſi diuinus quidam ac cœleſtis eſſet angelus, & in eorum qui corpore carent, claſſem adoptatus, ordinemque inter ipſos & ſacram præfecturam ſortitus ſplendorem animi ad ſedem celſiſsimæ diuinitatis religioſe attollit &c. Paulo poſt quid de Trinitatis myſterio docuerit, uerbis Dionyſij ex libro diuinorum nominum recitatis prolixe recitat: In explicatione, inquit, diuinorum nominum hæc dicit: In omni ferè diuini ſermonis tractatione &c. Demum etiam refert quædam ex epiſtola ad Caium ſcripta, quem etiam nominat. Michaëlem Syngelum honorifice citat in Dionyſ. Areopag. Suidas & uerba quædam illius recenſet. Suidam uero Arcadij & Honorij Imperator. temporibus circa annum Domini 402. uixiſſe præter alios Chronographos, teſtatur etiam ille qui præfationem Suidæ recenter æditam adiecit. Vidit autem Suidas multo plures Dionyſij libros quam hodie extent, quos enumerauimus. Metrodorus antiquiſsimus Eccleſiæ ſcriptor Græcus uitam B. Dio-

Dionyſij Areopag:tæ deſcribens, præter minores alios, libros Hierarchicos & diuina nomina illi attribuit. In antiquis autem Dionyſij operibus Metrodori ſcripta adiecta reperiuntur. Secutus eſt hunc S. Simeon Metaphraſtes Græcorum inſignis Martyrolographus, quem circa annum Domin. 800. uixiſſe ex illis conſtat in quibus ſcribere deſinit. Hic ergo cum ad libros Dionyſij Areopag. peruenit, diuinorum librorum meminit, in hunc dum: Cum ſic autem docuiſſet & de Trinitatis diuinitate diſſeruiſſet tractat de ſupernis uirtutibus. Paulo poſt bonam epiſtolæ ad Demophilum ſcriptæ partem recitat. Iam uero mirum hoc pleriſq; uideri ſolet, quomodo tam diu latinis patribus, & pleriſquè Græcorum potuerit manere incognitus, cuius tamen rationes ſunt euidentiſsimæ eæquè quamplurimæ. Inter quas prima eſt, quam adducit Anaſtaſius S. Sedis Apoſtol. Bibliothecarius in præfat. in Dionyſ. Areopag. ad Carolum Caluum Ludouici filium ante annos 700. ſcribens: Ego, inquit, ueram eſſe Græcorum opinionem coniicio, perhibentium libros eius à prioribus hæreticis occultatos, donec longo poſt tempore ex opuſculis eius ſolus codex, qui Romæ habetur eſt repertus, cæteriſquè nondum inuentis in Græciam aſportatus. Edidit enim & alios, ut ipſe innuit libros, quos nec Græcus quiſquam, nec adhuc potuit inuenire Latinus. Et poſt pauca: Vir magnus & Apoſtolicæ uitæ Præceptor Conſtantinus Philoſophus, qui Romam ſub Venerabilis memoriæ Adriano iuniori Papa ueniens ſancti Clementis corpus ſedi ſuæ reſtituit, quiq; totum codicem ſæpe memorati & memorandi patris memoriæ commendabat, & quantum utilitatis medulla eius habebat auditoribus commendabat, ſolitus erat dicere: Quod ſi ſanctos, uidelicet priores inſtitutores noſtros, qui hæreticos, quos uix & quodammodo cum fuſte decollauerunt, Dionyſium contigiſſet habere, cum acuto illos gladio proculdubio trucidaſſent. Hanc eandem cauſam refert Ioannes Saracenus ad Odonem Abbatem S. Dionyſ. Adducit autem & aliam: Quia, inquit, Catholici obteſtatione Dionyſij erant adſtricti ne imperitæ multitudini, ſed ſolis doctis & dignis ſua ſcripta quaſi multorum capacitatem excedentia reuelarent.

Cur Hieron. nõ meminerit Dionyſij.

Doctis autem deficientibus culpa eorum, maxime, ut reor, qui prælationes Eccleſiarum ſuis qualeſcunquè conferunt, literatos reſpuunt, quibus committerent non habuerunt. Subiungit: Forſitan etiam inde Hieronymus excellentiſsimum Areopagitam inter Eccleſiaſticos ſcriptores nõ connumerauit, eius libros, ſicut eminentes, ad communem notitiam deputatos non putauit. Eſt & hæc non inefficax ratio, quam Suidas & alij adducunt, Philoſophos antiquos perſpecta librorum Dionyſij profunditate & ſapientia pro ſuis uiribus occultaſſe & celebrioribus ſententijs uſos eſſe pro ſuis. Verba Suidæ ſic habent: Sciendum autem eſt quoſdam prophanos ſapientes, ac maximè Proclum, ſententijs atq; inuentis B. Dionyſij ſæpe eſſe uſos, atq; etiam ijſdem uerbis, unde ſuſpicari licet, uetuſtiores Athenis Philoſophos opera eius, quorum ipſe in Epiſt. ad Timoth. meminit, ſuffuratos occultaſſe, ut ipſi autores diuinorum eius ſermonum haberentur. Nam ſicuti D. Baſil. in Euangel. Ioann. initium conqueritur inimicos ueritatis & prophanos homines iſta ſublimia admiratos pro ſuis uſurpaſſe, Ita Dionyſij quoq; libris accidiſſe teſtatur Marſilius Ficinus de religione Chriſtian. cap. 22. de Platoni-

cis ſcri-

cis ſcribens. Ego certe reperi præcipua Numenij, Philonis, Plotini, Iamblici, Proculi myſteria, & Ioãne, Paulo, Hierotheo, Dionyſio Areopagita accepta fuiſſe. Quicquid enim de mente diuina, Angelisq́ & cæteris ad Theologiam ſpectantibus magnificum dixere, manifeſte, ab illis uſurpauerunt. Potuiſſet Marſilius uere dicere: Furati ſunt.

Sed nunc, quando ad Latinos primũ uenerit uideamus. De quo ſciendum eſt Gregorij Papæ tempore (ut Anaſtaſ. Bibliothecarius refert) quaſdam Dionyſij Areopag. epiſtolas & ſermones in latinum fuiſſe uerſas. Nemo tamen reperiebatur Patrum qui ante Gregorium, ſcriptorum eius meminerit, priusq́ à Gregorio, Martino & Agatone quæ extabãt citata fuiſſent, per quos ſcripta ut probabilia admittebantur. Gregorius quidem Homel. in Euange. de centum ouibus. Martinus in Synodo Romana contra hæreticos coacta. Agatho in epiſt. ad 6. Synodum deſtina Dionyſ. citant. Iam ad libros Hierarchicos ueniamus. S. Ioannes Erigena (alijs Scotigena) Abbas Vercellenſis Benedictinæ profeſsionis, Britannus, Venerab. Bedæ auditor, Græcæ linguæ peritus, Orator atq́ Philoſophus, cum circa annũ Dom. 829. in Galliam ueniſſet, Ludouico Regi propter eximiam ſanctitatem & multijugam eruditionem extitit chariſsimus. Accidit tum Deo ſic diſponente, ut Hierarchiæ Dionyſij primum è Conſtantinopolitana urbe in Latinam Eccleſiam uenirent, id quod preter Anaſtaſ. ſæpe nominatum Anglorum quoq́ Annales teſtantur. Iuſſu ergo regis Ludouici S. ille Erigena Dionyſium primus omnium uertit, idq́ præter dictos probat Tritthem. ex Anna lib. Hirſaugienſium. Hanc uerſionem Anaſtaſius uidens unice eſt miratus propter tractationis profunditatem. Et quia ipſe Erigena tenuitatem ſuam in uertendis Græcis incuſat, animaduertit Anaſtaſius quædam non uſq́ adeo perfecte ab eo eſſe uerſa. Nam quod cap. 3. de Diuin. Nom. Dionyſ. ait ſe cum Apoſtolorum uertice & Theologorũ columine in aſſumpſione beatiſsimæ uirginis fuiſſe, Erigena intellexerat CHRISTVM poſt reſurrectionem Dionyſ. apparuiſſe. Profectus ergo Anaſtaſius Rom. Eccle. Bibliothecar. Conſtantinopolim, reperiſſe ſedicit Dionyſ. Areopag. Grecum cum ſcholijs, cuius autores fuerint B. Maximus Monachus Confeſſor qui uixit circa annum Dom. 300. & B. Ioannes Epiſcopus Sycopolitanus Græcus. Iſtis ergo ſcholijs adiutus Anaſtaſ. aggreſſus eſt ſecundo Dionyſium uertere, cuius uerſione utendum erat ad tempus, donec, inquit, contigerit Interpres melior. Hunc ſecutus eſt Ioannes Saracenus nomine, qui ſuam uerſionem Odoni S. Dionyſ. Pariſienſ. Abbati dedicat. Cumq́ ſic paulatim emergeret Areopagita cœperunt laborare diligentius in deſcribendo eo, illi qui præter monumenta ſanctum corpus habebant. Hildeuinus ergo Abbas S. Dionyſ. Pariſ. circa tempora Ludouici Imper. Areopagitæ uitam latiſsime deſcribere incepit, recenſens ſcripta illius quæ antea latinis incognita erant. Iamq́ aderat Scholaſticorum Theologorum ætas, qui Areopagitæ libros reuoluentes, ſublimem Theologiam in illis fundatam eſſe repererunt, ita ut commentarijs & ſcholijs indigere ſint arbitrati. Hugo ergo de S. Victore ante annos 435. in eos primum eſt commentatus. Deinde Rupertus Epiſcopus Linconien. Albertus Magnus. D. Thomas Aquinas. Dionyſ. Carthuſ. Marſil. Ficinus & alij. Patres Orthodoxi antiqui quotquot in lectionem Areopagi

tæ inciderunt, non ſine honoris præfatione illum nominant. Origen. Apoſtolis uicinus Homil. 1. in Euang. Ioannis magnum illum appellat. S. Andreas Cretenſis magnum Angelum, & cui non ſucceſſerit par. Baſil. lib. 4. uolucrem cœli. Damaſcen. cap. 17. de Angelis & proang. ſanctiſsimum & Theologiſsimum. Prætereamus S. Maximum, Michaelẽ Hieroſolym. Dionyſ. Corinthium, Methodium, Athanaſium, Eugenium, Gregor. Turonẽ. Clementem, Euſeb. Polycarpum, Zepherinum, Leonem 9. Antoninũ, Petrum de Natal. Epiſc. Equilin. uirum pium grauem & doctum qui lib. 9. cap. 14. ſui martyrologij Areopagitã doctorem Eccleſiæ mirabilem & inſignem appellat, qui etiam teſtatur ſe præter Hierarchias, diuina nomina & myſticam Theologiam nihil uidiſſe, colligit tamen plures illum ſcripſiſſe.

At uidendum eſt quorum Areopagitæ libri meminerint in quem finem ſcripti ſint & quid tractent, ut nemo, niſi ſenſu cõmuni caruerit, quin uiri ſint Apoſtolici negare unquam queat. Circumſeptus erat Timotheus Pauli diſcipulus prophanis ſed ſubtiliſsimis hæreticis, petitionibus ergo illius Hierarchias conſcripſit. In quibus hortatur ne omnino tam ſublimia & ſancta reuelet rudioribus. Teſtis Vercellen. Diuina autem nomina teſtatur ſe conſcripſiſſe eo quod Hierotheus præceptor quædã Theologiæ elementa prius conſcripſerat. Huius rei, inquit, fortaſsis offerenda eſt ratio, cur? cum præceptor noſter eximius Hierotheus Theologica elementa mirabiliter profecto collegerit, nos, quaſi illa non ſufficiant & alias alia & præſens de Theologia nunc opus conſcripſerimus. Nempe ſi ille omnes tractatus Theologicos deinceps explicare uoluiſſet, & explicationibus, uel ſuccinctiſsimis Theologiæ totius ſummam explanaſſet nunc nos ad id inſaniæ uel ſtoliditatis ueniſſemus, ut aut liquidius illo, ac diuinius arbitraremur eloquia ſacra penetrare poſſe, aut eadem bis docendo ſuperfluo labore ſudare uellemus. Iam uero ne unius quidem meminit, quin aut uir fuerit Apoſtolicus, aut Apoſtolorũ tempore, non infra uixerit. Illorum ſe conuerſatione uſum, & horum acta probe ſibi cognita & uiſa eſſe teſtatur. Primus, cuius beneficio ad fidem CHRISTI peruenit eſt Apoſt. Paulus, poſt quem Præceptorem habuit Hierotheum, uirum, ut ait, plane diuinum. Vtriuſq; meminit ut gratus diſcipulus, non ſine honoris præfatione. Pauli nomen aliquoties exprimit, ſæpius tamen per egregia & gentium doctori conuenientia epitheta. Vt cap. 2. de diuin. Nom. Communis & noſter & noſtri præceptoris ad diuinam illuminationem eximius ductor, diuinis in rebus celeberrimus, lux mundi, & citat epiſt. 1. ad Cor. cap. 8. Eccleſiaſ. uero Hierach. cap. 2. ſic ait. Dux & præceptor noſter eximius, & citat 2. ad Timoth. cap. 1. cui & ipſe ſcribit, unde & paulo poſt communem magiſtrum appellat. At ne quis quem uelit, dubitet, exprimit Pauli nomen cap. 4. de diuin. Nom. Idcirco, inquit, & Paulus ille magnus cũ diuino amore flagraret, exceſsiuæ illius uirtutis particeps factus ſacro ore uiuo, inquit, iam non ego, uiuit uero in me CHRISTVS, ex Gal. 2. Et Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Præterea magiſtrum noſtrum ac amicum uiolaſſe merito conuinceremur, ſi nos poſt beatum Paulum illius eloquijs imbuti, atq; inſtituti, ipſius celeberrimam & intelligentiam & explicationem nobis ipſis explicare ſtuderemus. Epiſt. ad Apollophan. reprehendit illum quod Paulum mundi circuitorem, multiloquum, uerborumq; ſeminatorem appellaret. Item: Annunciationi, quam ſacer Paulus noſtris attentis auribus infudit &c.

Hierohte

Hierothei uiri Apoſtolici meminit ſæpius, ut de diuin. Nom. Nobilis noſter ſanctitatis perfector. Item librorum eius. cap. 4. ibidem: Iſta & inclytus noſter in ſanctis litteris inſtitutor in amatorijs Hymnis diuinis afflatus expoſuit. S. Ignatij, martyris Apoſtolor. diſcipuli ibidem. Amor meus, inquit, crucifixus eſt: Ioſephi qui Barſabas, qui cognominatus eſt iuſtus, competitoris Matthiæ in Apoſtolatu. Huius libros citat de diuina pace, quiete & ſilentio. Carpi, (cuius recordatur Paul. 2. ad Tim 4.) quod ab eo hoſpitio fuerit exceptus, epiſt. ad Demophil. Monachum. Clementis Philoſophi expreſſe, nõ Alexandrini aut alterius cap. 5. diuin. Nom. Elimę Magi cap. 8. ibidem. Simonis Magi & eius librorum cap. 6. ibidem. De myſtica uero Theologia citat Bartholomæi Apoſtoli uerba plura denicp refert Apoſtolorum tempore acta, quorũ ſe ſpectatorẽ teſtatur, ut illud de D. Virginis aſſumptione, cui interfuiſſe ſe aſſerit his uerbis: Nam & ipſos diuino ſpiritu plenos Pontifices noſtros, cum & nos ut noſti, & plericp alij ex ſanctis fratribus noſtris ad contuendum corpus illud quod autorem uitæ DEVM cp cœperat, conueniſſemus: aderat autem & frater Domini Iacobus, & Petrus ſupremum decus & antiquiſsimũ Theologorum columen. Vbi poſt contuitum placuit ut infinitæ potentiæ diuinæ infirmitatis bonitatem Pontifices laudarent omnes quiſcp pro captu ſuo. Iam illi ad quos ſcribit, Apoſtolorum tempore uixerunt. Hierarchiæ ipſæ ad Timotheum ſunt ſcriptæ Pauli diſcipulum. Epiſtolam ſcripſit ad Apoſtolum & Euangeliſt. Ioann. Ad Policarpũ & Ignatium Ioann. ad Titum Pauli diſcipulos. Ad Apollophanem Philoſophum quem libenter ad fidem Chriſti conuertiſſet, inijciens illi quomodo Heliopoli una defectum lunæ contra naturæ curſum uiderint, quem, ſupputatione temporis diei & horæ ex Pauli prædicatione cum cognouiſſet accidiſſe in paſsioni Domini noſtri, colla ſubmiſiſſe ſe, & ſic à falſitatis nexibus abſolutum. Hunc defectum omnes patres quotquot ante 800. annos uſcp ad noſtra tempora epiſtolã de eo legerunt, uerũ, ab Apoſtolico uiro conſcriptũ, non fabuloſum eſſe iudicant. Quia uero tã ſublimia tractat & ſacroſancta, qualia ſunt ſanctiſsimæ Trinitatis myſteria, cœleſtes ordines, ceremoniarũ Eccleſiarũ tropicæ explicatiões & eius generis ſexcenta neceſſum omnino fuit ipſum pro rei grauitate ſtylo tractatione ſubtiliori & qui ab eruditis tantum intelligeretur, uti. Nec eſt tamen ille primus iſtorum inuentor. Quã ſubtilis quæſo eſt Paulus cũ materia requirit? Quot patres & abſolutiſsimi Theologi laborarunt in unica ad Romanos epiſt. explicanda, & tamen nucleum ipſum ſeſe nondum aſſecutum eſſe conqueruntur. Excuſat ſe tam inſignis & antiquus Theologus Origen. ſcripturus libros integros in eam epiſtolam. Quis Auguſtino Eccleſiæ doctor extitit maior? At hic uix mediã iſtius epiſtolæ explicationem aggreſſus deficit. Non etiam primus eſt cæremoniarum, ſtatuum, ordinum Eccleſiaſticorum & cœleſtium repertor. Quicquid habet Apoſtolos (quos primos Sacerdotalis muneris duces & alibi aliter appellat) autores conſtituit. Nec hoc falſo, legantur Canones & conſtitutiones Apoſtolicæ, legatur Clemens (ex quo pleraſcp cæremonias paulo ante deſcripſimus.) Anacletus, Euariſtus, Ignatius & alij Apoſtolorum diſcipuli, reperientur (ut ſuis locis de quolibet indicabimus) in omnibus illis conuenire & ſe Apoſtolos duces & inſtitutores eorum ſequi. Sed nunc ad præcipua doctrinæ Dionyſianæ Apoſtolica paradoxa ueniamus.

Multi fuerit eo tempore Clementes. Clementem Philoſophum reprehendit Areopag ad Clementem 5. Romani Pontificis genua procubuit teaſte Metrodoro Grego. Martyre.

Petrus ſupremum decus et antiquiſsimum Theologorum columen.

Apoſtoli Sacerdotalis muneris duces.

DE

DE SCRIPTVRA ET MYSTERIIS SACRIS non reuelandis.

Non euulganda Sacramyſteria.

Secreta ſacræ Scripturæ nō eſſe omnibus reuelanda in lib. de diuin. Nom. cap. 1. docet, dum inquit: Expiatas aures ſanctis diuinorum nominum expoſitionibus applicemus, ſancta ſanctis ex traditione diuina inſinuantes eaq; à riſu & illuſione infidelium uindicantes, immo illos ipſos ſiqui ſunt iſtiuſmodi homines, hoc errore liberantes. Te quidem iſta ſeruare conuenit præclarè ò Timothee iuxta ſacratiſsimam ſanctionem, ne inter imperitos eloqui aut efferre diuina. Et cap. 1. de Eccleſ. Hier. Sed obſerua diligentius ne ſancta ſanctorum efferas ceu prophanis luminibus uiolanda permittas, uerum reuereberis magis occultiq; DEI myſteria ſpiritualibus uiſibilibuſq; rationibus honorabis, atq; intemerata ſeruabis, nequaquam ea rudibus tradens, ſed ſanctis ſolis ſanctarum rerum intelligentias ſacratius pandens. Sic enim (ut Theologia nobis ſuis ſtudioſis cultoribus tradidit) ipſe quoq; IESVS, diuina profecto atq; omni ſubſtantia ſuperior mens & hierarchiæ omnis & expoſitionis ac diuinæ actionis initium & ſubſtantia auguſtiſsimaq; uirtus, beatiſsimis illis ſpiritibus & nobis naturali dignitate longe præſtantibus manifeſtius ſimul atq; ſpiritalius lucet, eoſq; pro uiribus ad lucis ſuæ ſimilitudinem transfert.

Præſules dicuntur reuerendiſsimi in Eccleſia primitiua.

Et clarius adhuc in fine, Sanctum eſt profecto, inquit, & me admonere, & te earum meminiſſe, ut eminentiſsimam Pontificalis muneris rationem, nemini tradas præterquam æqualibus tuis reuerendiſsimis præſulibus, quibus ſacra tractare inſtitutum eſt, ipſoſq; illos Pontificio iure monebis mundi ut munda contingant, ſoliſq; communicent diuina diuinis, perfecta perficientibus, ſanctiſq; ſanctiſsima. Ego enim tibi ut reliquorum ſacrorum ita huius quoq; diuini muneris conſortium tradidi.

DE ANGELIS.

De cœleſt. Hierarch. cap. 6. his uerbis declarat quæ nam ſit cœleſtium ſubſtantiarum prima, quæ media, quæ extrema diſtinctio: Omnes ſimul cœleſtes inquit, immortaleſq; ſubſtantias, in nouem ordines diuinus ſermo diſtinxit, proprijſq; ac ſignificantibus uocabulis appellauit. Has eximius præceptor noſter in tertias rertio repetitas diſtinctiones ad ſanctæ Trinitatis diuiſit imaginem. Ac primam quidem eſſe ait quæ coram DEO uerſetur ſemper id ex diuina dignatione ſuſceperit, ut illi inhæreat iugiter, nulliſq; medijs interiectis ſpiritibus, interatur. Nam ſanctiſsimos thronos, & oculis plurimis aliſq; præditos ordines, Cherubin ſcilicet & Seraphin Hæbreorum uoce appellatos, iuxta DEVM nullis medijs inſertis agminibus, eminenti propinquitate locatos ait, idq; ſanctarum ſcripturarum tradere expoſitionem. Hanc igitur ternariam diſtinctionē, ut unam, & per omnia, primamq; reuera Hierarchiam, illuſtris dux noſter ac magiſter eſſe ait, quia non ſit præſtantior altera, primoribuſq; DEI ſummi ſplendorib. maiori propinquitate coniuncta. Secundam uero aſſeruit, quæ poteſtatibus, dominationibus uirtutibuſq; conficitur, Tertiam item, quæ in cœleſtibus functionibus extremum teneat locum, ex Angelis & Archangelis principatibuſq; conſtantem.

DE SACRAMENTIS.

De Sacramentorum inſtitutione Eccleſ. Hier. hæc commemorat: Neceſſario

ſario itaq; primi illi ſacerdotalis muneris duces, cum ex ſumma ſuperſubſtantialiq; deitate ipſi ſancti muneris plenitudinem percepiſſent, & idipſum deinceps proferre & propagare à diuina bonitate miſsi eſſent ipſiq; (ut qui tranſiſſent in DEVM) poſteros ad diuina prouehere affatim cuperent uiſibilibus ſignis cœleſtia ſacramenta texerunt, uarietateq; ac multitudine quod unicum eſt collectum tradiderunt, & in humanis imaginibus res diuinas materialibusq; figuris ſpiritualium maieſtatem, atq; in ijs quæ nobis ſunt familiaria ſumma illa & ſuperſubſtantialia partim ſcriptis, partim non ſcriptis inſtitutionibus ſuis (iuxta quod ſacræ definiunt leges) nobis tradiderunt: non modo prophanæ multitudinis cauſa, cui ne ipſa quidem fas eſt ſigna contingere, uerum ob id quoq; quod hæc noſtra ſacratiſsima functio, ſignificatiua eſt, pleraq; (ut dixi) ſignis pro modo & ratione captus noſtri, indigetq; uiſibilibus figuris, quibus ueluti adminiculis ad eorum auguſtiorem intelligentiam ſubuehamur.

Non ſacramenta eccleſiæ multa eſſe.

Non doctrinā ſacramentorū partim ſcripto, partim uiua uoce à S. Apoſtolis traditam.

DE BAPTISMO ET EIVS RITIBVS.

Quibus ritibus peractus ſit baptiſmus cœleſt. Hier. cap. 2. declarat. Porro, ait, qui tam ſublimium, ac tam cœleſtium munerum ſacro fuerit amore & deſiderio captus, accedit ad aliquem ex fidelium numero, oratq; ut ſe ad Pontificem ducat, ſecuturum omnia quæ ſibi tradentur, penitus atq; ex toto animo ſpondens, precaturq;, tum ut ſe adducat, tum ut reliquæ deinceps regendæ uitæ ſuæ ſuſcipiat curam. Illum etſi ſalutis eius ſacro amore ſuccenditur, celſitudinem tamen rei, humanamq; infirmitatem metientem, continuo horror & anguſtia difficultatis inuadit. Poſtremo tamen facturum quod ille poſtulat, benigniſsimè pollicetur: aſſumensq; hominem ad Pontificem ducit ille magna cum lætitia (non ſecus quam ouem perditam) in humeris uirum ſuſcipiens, primum quidem ſecretius ex corde gratias agit, tum in orantis quoq; habitum ſternitur, adoratq; ſupplex atq; ueneratur ſummum illud beneficumq; principium, à quo & uocanda uocantur, & ſaluanda ſaluantur. Deinde ſacros omnes gradus ut ſibi cooperentur, ac pro ſalute uiri ſimul congaudeant, agantq; diuinæ clementiæ gratias, in ſanctam Eccleſiam cogit: atq; initio quidem hymnum aliquem ſacris libris inſertum, ſimul cum omnibus Eccleſiæ ordinibus canit. Poſthæc deoſculatis ſanctis Altaribus, ad uirum aſtantem proficiſcitur, percontaturq; ab eo quid nam uolens eo uenerit. Illo autem (iuxta quod à ſuſceptore ſuo fuerat edoctus) impietatem, & ueri boni ignorantiam accuſante ac diuinæ uitæ operæ tam diu ſe fuiſſe deſtitutum ingemiſcente, atq; orante ut eius ſacratiſsimo munere ac prece, DEO diuiniſq; myſterijs frui mereatur: conteſtatur ei, oportere ex integro totoq; accedere ad DEVM, per cuncta perfectum & immaculatum. Tum diuinæ quoq; conuerſationis, ac uitæ illi explicans rationem, an ita uelit deinceps uiuere ſciſcitatur. Quod ubi ille pollicitus fuerit, imponit capiti eius manum, conſignanſq; illum ſacerdotibus mandat, ut uirum ſuſceptoremq; deſcribant. Poſtea uerò quam illi deſcripſere ſacram effundit precem, quam cum omnis ſecum Eccleſia terminauerit diſcingit quidem ipſum, ac miniſtrorum manibus exuit. Deinde occidentem uerſus illum ſtatuens, intendentem, manuſq; impingentem ad eandem regionem conuerſas inſufflare illum ter ſathanam iubet, ac præterea abrenunciationem profiteri. Et cum poſt tri-

Suſceptores eram in baptiſmo tēpore Apoſtolorum quos patrinos uocant.

Inſufflationes in baptiſmo ſunt Apoſtolicæ.

Vnctiones in baptiſmo ſunt Apoſtolicæ.

Aqua pro baptiſmo conſecrabatur tēpore Apoſtolorum, erat ergo aqua benedicta.

nam abrenunciationis conteſtationem, tertio ſe ille abrenunciare profeſſus fuerit, ad Orientē illum traducit, aſpicientemq́ illum in cœlum, intendentem manus CHRISTO, ſacriſq́ omnibus diuinitus traditis conſentire iubet. Poſtquam uero & hoc ille fecerit, rurſus ter illum profiteri monet. Trina uero ea confeſsione peracta, rurſus ille orans benedicit eiq́ manus imponit. Et cū illū miniſtri perfecte exuerint, deferunt ſacerdotes ſanctū unctionis oleū. At uero Pontifex trino crucis ſignaculo unctionem inchoans, inungendum iam ſacerdotibus toto corpore hominem tradit, ipſe ad adoptionis matrem proficiſcitur, eiuſq́ aquas ſancta prece ac inuocatione ſanctificans, terq́ in eas ad crucis effigiem ſanctiſsimum fundens unguentū, illaſq́ hoc ritu perficiens, terq́ ad numerum ſacræ effuſionis carmen (quod Prophetę DEI pleni diuinituſq́ afflati cecinere) pronuncians, ſemel ſcilicet per Angelos ſancti unguinis iactus, iubet afferri hominem. Et cum illum, ciuſq́ ſuſceptorem quiſpiam ſacerdotū ex deſcriptione celſa uoce prędicauerit, ille quidem à ſacerdotibus ſe tenentibus in aquam ducitur ad Pontificis manum. Pontifex autem ſuperne aſtans, cum rurſus per aquas ſub Pontificis manu ſacerdotis eius qui initiatur, inclamauerit nomen ter illum Pontifex mergit, hac trina illius merſione & emerſione, tres beatitudinis diuinę perſonas inclamans. Aſſumentes autem illum Sacerdotes, ſuſceptori, ſuiq́ acceſſus duci conſignant, & una cum ipſo illum ueſtem baptizati munditiæ congruam induunt, ſicq́ indutum rurſus ad Pontificem ducunt. Ille diuino ac prorſus deifico unguento uirum ſignans, ſacratiſsimæ communionis participem facit.

DE CHRISMATE BAPTIZANDORVM.

Sacramentū confirmationis poſt baptiſmū Chriſmate perficiebatur tempore Apoſtolorum.

Clarius adhuc Eccl. Hier. cap. 4. declerat quomodo baptiſmus in Chriſmate ſolitus fuerit perfici dum inquit: Quocirca ſignorum ſacrorum ueneranda traditio, Seraphin ſancto (dum ſacratur) circumponit unguento CHRISTVM indemutabilem ſciens, atq́ deſcribens in uera & integra aſſumptione fragilitatis humanæ. Et quod prætereа diuinius eſt ad omnis ſacræ rei conſecrationē utitur unguento, apertè indicans ſanctificantem cū qui ſanctificatur iuxta ſcripturæ teſtimonium, ut qui ſemper ſibiịpſi ſimilis atq́ idem ſit in omni diuinæ benignitatis operatione. Idcireo & ſacræ regenerationis perficiens donum & gratia, unguenti ſacratiſsima conſummatione perficitur. Vnde (ut reor) purganti quoq́ baptiſterio unguentum iactibus in crucē formatis infundens Pontifex, palam ſpeculatiuis oculis indicat, ad ipſam uſq́ mortem per crucem, IESVM pro diuina generatione noſtra, ſacro ipſo, & qui teneri à morte non poſſet, decenſu inferna penetrantem: eoſq́ qui in morte ipſius (iuxta arcanum eloquium) baptizati eſſent, ex antiqua abſorptione corrumpentis mortis benigniſsime auellentem, atq́ renouantem ad diuinam perpetuamq́ ſubſtantiam.

DE BAPTISMO PVERORVM.

Alloquitur Timotheū cap. 7. Eccl. Hier. agens de baptiſmo infantum in hūc modū. Illud uero q̄d pueri, quoq́ q nec dū poſſunt intelligere diuina ſacri baptiſmatis altiſsimorūq́ cōmunionis ſacroſanctę ſignorū participes fiāt uidetur qdē, ꝓphanis (ut dixiſti) rationabiliter irridendū, ſi auditores min⁹ idoneos

Epiſcopi

Epiſcopi diuina edocent, & non intelligentibus ſanctas traditiones nequicꝗ tradunt: & quod adhuc ridiculoſius eſt, alij pro ipſis abrenunciant, ſanctaꝗ ineunt fœdera. Verum oportet tuam ſanctam prudentiam errantibus non indignari, ſed religioſe ſimul & inſtructionis illorum gratia cum charitate rationem reddere & confutare obiecta, & illud inſuper addere iuxta diuinas leges, quo pacto non auguſtiora omnia noſtra ſcientia circumſcribuntur: & plurima ex his quæ ignoramus, cauſas habent digniſsimas, nobis quidē ignoratas uerum præſtantioribus ordinibus cognitas. Complura item ſummas illas altiſsimasꝗ ſubſtantias latent: ſoliꝗ ſapientiſsimæ ac ſapientiæ autori, diuinitati nota ſunt. Verum enim ea de re iſta quoꝗ dicimus, quæ ſancti præceptores noſtri ex priſtina traditione edocti ad nos deriuarunt. Aiunt enim, quod eſt ueriſsimum, infantes, ſi ſancta lege formentur, ad ſacrum peruehendos habitum, omni errore liberos, & uitæ exortes impuræ. Iſtud cum prjſsimis ducibus noſtris in mentem ueniſſet uiſum eſt admittere infantes, hoc modo, ut naturales oblati paruuli parentes, puerum uni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit quaſi ſub patre diuino ſanctæꝗ ſaluris alumno. Hunc itaꝗ Præſul ſpondentem puerum iuxta ſanctam educaturum uitam, requirit ut abrenunciationem profiteatur, fidemꝗ confiteatur, non (ut illi ridentes aiunt) aliū pro alio imbuit ſacris. Neꝗ enim hoc ille ait: Ego pro puero abrenunciationes facio, aut fidei ſacramenta profiteor, ſed ita, puer renunciat ac profitetur: id eſt, ſpondeo puerum inducturum, cum ad ſacram intelligentiam uenerit, ſedulis adhortationibus meis, ut abrenunciet contrarijs omnino, profiteaturꝗ, & peragat diuina quæ pollicetur. Nihil igitur (ut reor) indignum eſt, ſi ad diuinum inſtitutum puer adducitur, ſanctum habens præceptorem, qui illi diuinorum rerum habitum tradat, malorumꝗ ſeruet immunem. Tradit autem puero ſancta myſteria Pontifex, ut nutriatur in ipſis, neꝗ uitam aliam habeat niſi hanc, quæ diuina inſpiciat ſemper, & quæ huiuſmodi ſancta communione proficiat, atꝗ in his ſacrum poſsideat habitum, promoueaturꝗ ſtudioſe à ſuſceptore ſuo.

DE SCRIPTVRARVM INTERPRETATIONE.

Quomodo ſacra ſcriptura ſit interpretanda clare docet cap. 1. Eccl. Hier. Itaꝗ inquit, IESVM inuocantes, paternam lucem, quæ eſt, quæ uera eſt, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, per quem ad patrem, principale lumen acceſſum habemus, ad ſanctiſsimarum ſcripturarum intelligentias (prout illas à patribus accepimus) contuendas pro uiribus pergamus, & quas illi nobis uel per ſigna, uel per intelligentiæ ſacratioris arcana tradiderunt, cœleſtium ſpirituum diſtinctiones & ordines, inquam, dum poſſumus, ſpeculemur.

Scripturæ per traditiones explicabantur tempore Apoſtolorum.

DE MISSA ET EVCHARISTIA.

Itaꝗ (ait Eccl. Hier. cap. 3.) Pontifex quidem ubi orationem ſanctam ſupra diuinū altare peregit, ex ipſo incenſum adolere inchoans, omnem phani ambitum circuit. Demum ad ſanctum altare iterum rediens, Pſalmorum incipit melos, concinentibus ſecum ſacra carmina omnibus eccleſiaſtici ordinis deinde miniſtrorū officio ſanctarum ſcripturarum lectio ſuo ordine recitatur. Poſthæc extra delubrum catechumeni fiunt & cum ipſis energumeni, &

Vſus incenſi in Miſſa tempore Apoſtolorum.

ij quoq; qui in pœnitentia ſunt. Manent autem ij ſoli, qui diuina ſpectare merentur atq; percipere. Porro miniſtrorum alij quidem pro clauſis templi foribus adſtant, alij proprij aliquid muneris agunt. Qui uero ipſius ordinis præcipui ſunt, una cum ſacerdotibus ſanctum panem & benedictionis calicem ſacroſanctis altaribus imponunt, cũ ante præceſſerit ab omni clero uniuerſalis laus atq; confeſsio. Atq; hæc uenerandus Antiſtes, orationem ſanctiſsimam peragens, pacem ſanctam omnibus nunciat, & cum ſe omnes mutuo ſalutauerunt myſtica ſanctorum recitatio fit.

Cõmemoratio ſanctorũ in Miſſa tempore Apoſtolorum.

Vbi uero manus tum Antiſtes, tum Sacerdotes aqua lauarunt, Pontifex ad medium diuini aſsiſtit altaris: circumſtant autem ſoli cum Sacerdotibus electi quiq; ex miniſtrorum numero. At uero Pontifex, cum diuina laude perſecutus fuerit, ſacroſancta & auguſtiſsima myſteria conficit, & quæ ante laudauerat uenerandis operta atq; abdita ſignis in conſpectum agit, diuinaq; munera reuerenter oſtendens, ad ſacram illorum cõmunionem & ipſe cõuertitur, & reliquos ut communicent hortatur.

Hoſtia ſacra eleuabatur in Miſſa tempore Apoſtolorum.

Sumpta demum, atq; omnibus tradita communione diuina, gratiam referens, finem myſterijs imponit. Ac multi quidem ſoli in ſigna diuina proſpiciunt, ipſe autem ſemper ad excelſa ſignorum initia, fœlicibus & intelligibilibus intuenda luminibus, pontificia dignitate ac merito, mundi atq; ſingulari diuini capacioriſq; ſenſus attollitur. Longius adhuc explicat ritus ſacroſanctæ Miſſæ, quibus tum peragebatur, quæ nos breuitatis cauſa omiſimus. Ex profeſſo enim totam ibi liturgiam tractat: de receſſu & acceſſu Pontificis ad altare cum odoris ſuauitate, ut ſacrificium conſumet, De Pſalmorum quæ per ſacerdotes fiebat ſancta modulatione: De Catechumenorum, Energumenorum, Pœnitentium & infidelium ante conſecrationem eiectione. Non enim, inquit, fas eſt eis alterius cuiuslibet ſacræ rei eſſe participes, quam eloquiorum DEI, quorum magiſterio poſsint ad meliorem conuerti frugem, De manuum Pontificis ante conſecrationem lotione. De ipſa conſecratione quam præcedere IESV excellentium operũ laudes, uult autem inſinuare Canonem ſacroſanctum, quem noluit unquam propter infideles explicari. In ipſa autem conſecratione hæc habet: Quocirca reuerenter ſimul, & ex pontificali officio poſt ſacras diuinorum operum laudes, quod hoſtiam ſalutarẽ, (quæ ſupra ipſum eſt) licet ſe excuſat, ad ipſum primo decenter exclamans, Tu dixiſti, Hoc facite in meam commemorationem. Sequitur deinde fractio, ſumptio ac communicatio ipſius Sacramenti. Sumptis uero, inquit, traditiſq; myſterijs ſacris in gratiarum actiones cũ omni Eccleſiæ ſancta multitudine deſinit.

Hoc facite, id eſt Miſſam celebrate intelligit uir Apoſtolicus.

Summa illa, atq; diuina maieſtas, quæ ſuper omnia eſt, etſi bonitate diuina procedit, ut ſacram ſui communionem accedentibus tradat, non tamen extra ſubſtantialem atq; immobilem ſui ſtatus crepidinem fit. Cæterum omnibus qui diuinam præferunt ſpeciem, ſingulis pro captu ſuo uim ſui fulgoris impartit, in ſeipſa uerisſime ſubſiſtens, atq; ſuam identitatem nunq; penitus deſerens. Pari profecto ratione diuinum Synaxe'os uenerandum myſterium, ſingulari licet ac ſimplici collectoq; principio præditum ſit, benigniſsime tamen in ſacra ſignorum uarietate multiplex fit, pertingitq; ad omnem uſq; ſacerdotalis deſcriptionis imaginem. Sed enim unitatis ratione ex his rurſus ad propriam ſe colligit monadem, eoſq; ſecum unum efficit, qui ad illud purgatiore intelligentia ſubuehuntur.

DE SA-

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Sacros ordines diuinitus traditos eſſe affirmat cap. 6. Eccleſ. Hierarch. Ita noſtra, inquiens, ſacra perfunctio, dum ordinib. diuinitus traditis aptius, congruit hierarchijs cœleſtibus ſimilis eſt, ipſius (quantum uiris fas eſt) ad DEI imitationem effictos diuinoſq; characteres ſeruans.

DE EPISCOPIS.

De officio & authoritate Epiſcoporum, quod ſcilicet Hierarchæ ſint ſicut Apoſtoli docet cap. 1. Eccle. Hierar. Illud neceſſario dicendum, quod & cœleſtis illa, & omnis, (quam modo laudare pergimus) functio, unam habet & eandem per omne ſui officij munus intentionem atq; uim, ut ſcilicet & ipſe Pontifex pro ſuæ ratione ſubſtantiæ & captus atq; ordinis, diuinis in rebus perficiatur, atq; in deitatis conſortium tranſeat.

DE RITIBVS ORDINATIONIS.

Quomodo ordines ſacri Apoſtolorum tempore collati fuerint, commemorat cap. 5. Eccle. Hier. Præſul, inquit, ubi ſacrandus effertur, utroq; genu poſito ante Altare ſupra caput habet à DEO tradita Euangelia manumq; Pontificis; atq; hoc modo à conſecrante Pontifice certiſsimis imprecationibus conſummatur. Sacerdos uero coram ſancto Altari ponens utrumq; genu, in capite habet Pontificis dextram, & in hunc modum à ſacrante Præſule ſanctiſsimis inuocationibus conſecratur. At uero miniſter altero tantum corā ſanctis altaribus poſito genu, ſacrantis ſe Pontificis dextram in capite præfert, atq; ab eo perficitur precationibus ad eam rem accommodatis. Cuilibet autem ipſorum à benedicente Pontifice crucis imprimitur ſignum, & per ſingulos ſacra prædicatio nominis conſumanſq; conſulatio fit, cunctis ſacri ordinis uiris, ipſoq; ſacratore Pontifice eum ſalutantibus, qui ad aliquem ſacrorum (quos diximus) ordinum ea fuerit conſecratione promotus.

De intelligentia uerò myſterij ſacrorum ordinum, cap. 5. prolixiſsime diſputat. Quid acceſſus ad Altare ſignificet, quid poſitio genuum, alterius uel utriuſq;, quid manus Pontificalis impoſitio, crucis impreſsio, prædicatio, & aliæ cæremoniæ quæ in ordinatione fieri ſolebant.

DE SACRO CHRISMATE.

Cap. Eccle. Hier. de Chriſmate loquitur in hæc uerba: Iuxta eundem ſynaxis modum, eorum qui necdum initiati ſunt, abſoluantur ordines, ubi ſcilicet præceſsit Pontificis circum omnem phani ambitum redolens thure profectio, pſalmorumq; modulatio, & lectio diuinarum ſcripturarum. Sumptum deinde unguentum Pontifex, ſacris imponit. Altaribus duodecim ſacris alis circumtectum: reſonantibus omnibus uoce ſanctiſsima ſacrum melos, quod diuinitus afflati Prophetæ didicerunt. Completaq; oratione ſuper ea ſolenni, ſanctiſsimis eorum qui ſacrantur conſummationibus, eo utitur ad omnem ferme ſacerdotalis officij functionem.

Vnde ut opinor, inquit, iuxta ſacratiorem ſenſum traditione diuina ſancti noſtræ ſacerdotalis functionis duces: honeſtiſsimum iſtud unguenti conſecrandi munus τελέτην ab effectu rei, quæ in eo perficitur nominant &c.

DE CONSECRATIONE ALTARIS.

Ibidem de ritu conſecrandi altaria, ſic loquitur; Et hoc itē ſacratius aduerte,

quod diuini quoq; altaris conſecrationem, ſanctiſsimorum myſteriorum lex ſacratiſsimi unguenti caſtiſsimis infuſionibus perficit. Item: Nam ſi ſacratiſſimum Altare noſtrũ IESVS eſt diuina ſcilicet ſpirituum ſanctorũ conſecratio: in quo iuxta ſcripturæ fidem ſanctificati & myſtice holocauſti, inſtar in cenſi acceſſum habemus. Purgatis luminibus ipſum profecto ſanctiſsimum ſpeculamur Altare, in quo quæ fiunt, conſummantur & ſanctificantur, ab ipſo ſacratiſsimo unguento perfectum.

DE LEGE ET BONIS OPERIBVS.

Cap.2. eiuſdem Hierarch. loquitur quomodo ad perfectionem peruenire queamus. Diximus, inquit, rite ac pie noſtram hanc functionem hoc intendere, ac agere, ut ſimiles DEO pro uiribus efficiamur ipſiq; iungamur. Hoc autem ita demum potiemur, ſi (ut diuinis monemur eloquijs) auguſtiſsima DEI mandata diligamus atq; operemur. Et poſt pauca: Quod igitur initiũ eſt reuerendiſsima DEI mandata peragendi. Quod animales habitus noſtros, ad alia ſuſcipienda ſacra eloquia & opera commodiſsime format, quod nobis ut ad cœleſtia præmia ſubuehamur, uiam ſternit, & ſacratiſsimæ ac penitus diuinæ regenerationis noſtræ traditio. Vt enim dux ille, & præceptor noſter eximius ait: primus animi ad diuina motus DEI dilectio eſt &c.

DE TRADITIONIBVS.

Patrum traditiones congrua ſuſcipiendas pietate cœleſt. Hierar. cap.2. docet, inquiens: Tu autem o fili, iuxta quod ſancit noſtra priſsima & ſacroſancta traditio, & ipſe, quæ ſancta dicuntur, congrua ſuſcipe pietate, ac diuina dicendo diuinus efficere: & ſancta mentis receſsibus condens, ea ut eximia & coniungendi eos DEO uim habentia ſingularem à prophana multitudine inuiolata cuſtodi.

DE CONFESSIONE SACRAMENTALI.

Reprehendit in epiſt. Demophil. Monachum quod pœnitentem & confiteri uolentem calce reiecerit, dum ait: Tu uero, ut tuæ litteræ indicant, procidentem ſacerdoti impium, ut ais, atq; peccatorem, neſcio quo pacto contra diſciplinæ ordinem adſtans calce abieciſti ac repuliſti: cum ille quidem uerecunde, quod oportuit fateretur ſe ad peccatorum remedia quærenda ueniſſe, neq; exhorruiſti inſuper & ſacerdotem optimum lacerare conuicijs, miſerabilem eum dicens, qui pœnitentem atq; impium iuſtificaſſet.

DE RITV FVNEBRI ET ORATIONE PRO DEFVNCTIS.

Quibus cæremonijs defunctos in Domino terræ mandare ſoliti fuerint Apoſtolorum tempore Epiſcopi, prolixe narrat Eccleſ. Hier. cap.7. Coacto ſancto cœtu, inquit, uenerandus Antiſtes (ſiquidẽ ſacerdotalis ordinis fuerat qui obdormiuit) ante ſanctũ Altare inclinans eum, orationẽ ad DEVM inchoat & gratiarum actionem. Si aũt aut honeſtiſsimis monachis aut ſanctæ plebi inſertus erat, ad uenerandum ſacrarium ipſum ante ſacerdotum reclinat ingreſſum: deinde precem cum gratiarum actione peragit Præſul. Deinceps uero miniſtri, diuinis inſerta eloquijs, ueriſsima de noſtra reſurrectione præmiſſa recitantes, conſentanea tantundẽ ualentia canunt Pſalmorũ cantica. Deinde miniſtrorũ primus dimittit Catechumenos, ſanctoſq; iam defunctos cõcelebrat, cũ quibus & nuper uita functũ pari laudatione proſequitur, hortaturq; omnes, ut ſibi ipſis identidem, poſtulent beatam in CHRISTO conſumationem

conſumationem. Poſtea accedens uenerabilis Præſul, precem ſuper eo ſacra-tiſsimam peragit: & poſt orationem ipſe quoq; Pontifex defunctum ſalutat, & poſt illũ qui aſtant omnes. Vbi uero cuncti conſalutauerũt, ſuper defuncto fundit oleum Pontifex, & oratione pro omnibus facta, honeſto in loco po-nit corpus cum æqualibus alijs corporibus ſanctis. *Olei benedictũ uſus ut hodie aquæ benedictæ.*

Cæterum, ait paulo poſt, iſta ſi uiderint prophani, uel fieri à nobis audierint laté puto ridebunt, noſtrumq; miſerabuntur errorem. Neq; eſt ſane cur mi-remur: Niſi enim crediderint (iuxta Scripturæ fidem) non intelligent. Ipſe autem Dionyſ. quare illa omnia à Pontifice ſupra defunctum fiant, latiſsi-me explicat. Precationis uero ſummam hoc modo indicat: Precatur, inquit, oratio illa diuinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem admiſſa peccata defuncto, eumq; in luce ſtatuat & regione uiuorũ &c. Sequitur: Ac fortaſſe, inquies, iſta quidem rectè à nobis dici, uerum ambigere cuius rei gra-tia Præſul diuinam precatur clementiam, defuncto peccatorum ueniam po-ſtulans & æqualem ſanctis & lucidiſsimam ſortem. Si enim eorum quæ in ui-ta geſsit aut bonorum aut malorum à diuina iuſtitia percipiet premia; perfecit autem actiones ſuas in uita iſta defunctus, quænam hunc oratio Præſulis ad aliam, præter illam quam meruit uitæ hic actæ reſpondentem, transferret re-quiem. Non ignoro quidem & ego diuinis eloquijs accedens, ſingulis red-dendam pro meritis ſortem &c. Quia autem & iuſtorum preces etiam in ui-ta iſta, & nedum poſt mortem ijs ſolis proſunt qui digni ſunt, Scripturæ nos edocet ſacro ſancta traditio. Paulo infra: Itaq; Scripturæ ſacræ acquieſcens, utiles in hac uita dixerim ſanctorum preces, hoc modo ſcilicet, ſi qui ſancto-rum munerum deſyderio incenſus, ad eaq; percipienda pie affectus, paruita-tis tamen propriæ conſcius, quempiam ſanctorum uirorum adeat, oretq; ſibi adiutorem & precatorem accedere: capiet ex hoc utilitatem cõmoda cuncta excedentem. Sequitur: Hanc ſi quis ſpernat ſacro ſanctam diſciplinam, atq; infœlici elatione ſeductus, dignum ſe diuina arbitretur familiaritate, ſan-ctoſq; deſpiciat, hic certè ſi petitiones indignas DEO neq; ſacras poſtularit, intentoq; careat diuinorum deſiderio, ſibiq; ipſi conſentaneo imperita po-ſtulatione per ſeipſum uunq; potietur. Hæc de Dionyſio Areopag. ſuffi-ciant, poſſent infinita alia adduci quæ breuitati ſtudentes omiſimus. *Oratio pro defunctis, quod aliud indicat quam fidem purgatorij fuiſſe tempore Apoſtolorũ.* *Vtiles Sanctorum preces, crederentur tempore Apoſtolorum.*

S. ANACLETVS.

S. ANACLETVS, Antiochi filius, Athenienſis, Græcis, à B. Petro Apoſtolo Presbyter ordinatus, quintus Romanæ urbis Pontifex, ſedit Ann. XII. M. II. D. X. epiſtolas ſcripſit decretales grauitatem plane Apoſto-licam ſpirantes, & in quibus quo ad phraſin, licet Græcus fuerit, lepos Ro-manus redolet. ANNO LXXXIIII.

Ad Epiſcopos Italiæ. Epiſt. II.

AXIOMATA CATHOLICA EX DECRETIS S. ANACLETI.

DE TRINITATE.

Epiſt. 2. de S. Trinitate ſic loquitur: Illis ergo qui dicunt quod filius in eo minor eſt quia Propheta dicit: Verbum faciet Dominus breuiatũ uniuerſo orbi: Ita reſpondendum eſt diuinis teſtimonijs, uerbũ breuiatũ quod Dñs faciet

faciet ſuper terram, non minutionem deitatis in filio DEI ſignificat, ſed diſenſationem ſuſceptæ carnis ſignificat, in quali diſpenſatione non ſolum Patri hominis filiũ, ſed etiã Angelis legimus minoratũ Paulo atteſtante Apoſtolo: Cum autem, inquit, modice minus ad Angelis minoratum uidemus IESVM propter paſsionem, mortis gloria & honore coronatum.

DE DOCTRINA ET TRADITIONE APOSTOLORVM.

Apoſtolorum & doctorum regulis informari & roborari oportet, ait epiſt. 1. Ille enim non perit de uia qui recte graditur, & præcepta cuſtodit maiorum. Item ex 1. Ioannis 2. Vos, quod audiſtis ab initio in uobis permaneat. Si in uobis permanſerit quod initio audiſtis, & uos in filio & patre manebitis.

DE SCRIPTVRA.

Referta eſt epiſt. 1. multis ſacre Scripturæ locis etiam ex ijs libris deſumptis, qui in Iudæorum Canone non habentur: Inter quos eſt liber Thobiæ cuius 4. cap. citat, Epiſtolam uero Iacobi integram ferme refert, ter quaterue nomen illius exprimens. Ex Iudæ Apoſt. Canonica ab eo loco. Vos autem chariſsimi ſuper ædificate uſq; ad finem ſuis inſerit. Citat & caput 3. epiſt. 2. Petri Et epiſt. 1. ad fratrem Dom. Clementis expreſſe autoris nomine aliquoties.

DE ECCLESIA ET SACRILEGIS.

Ibidem de Eccleſia & ſacrilegis, ſic loquitur: Pater noſter ſine dubio DEVS eſt, qui nos creauit: mater uero Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritaliter regenerauit: Ergo qui CHRISTI pecunias & Eccleſiæ rapit, auſert uel fraudat, homicida eſt: atq; homicida ante conſpectum iuſti iudicis eſſe deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur. Qui autem pecunias uel res Eccleſiæ abſtulerit ſacrilegium facit. Priuilegia enim Eccleſiarum & Sacerdotum ſancti Apoſtoli iuſſu ſaluatoris, intemerata & inuiolata omnibus decreuerunt manere temporibus, leges Eccleſia Apoſtolica firmamus autoritate & peregrina iudicia ſubmouemus.

DE MISSA ET SACRIFICII LOCO.

Quo loco, & quibus teſtibus ſacroſancta Miſſa celebranda ſit, habet ibidem: Epiſcopi quando Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecũ adhibeãt, ut Domino perfecte in ſacris DEO locis ſacrificare probentur iuxta illud Deuteron. 12. uide ne offeras holocauſta in omni loco quem uideris, ſed in loco quem elegit Dominus DEVS tuus. Epiſcopus ſacrificans, teſtes ſecum habeat, & plures quam alius Sacerdos cum quo peracta conſecratione omnes miniſtri communicent, qui noluerint Eccleſiaſticis carere luminibus. Sic Apoſtoli ſtatuerunt & ſancta Romana tenet Eccleſia.

DE PRIMATV PETRI.

Epiſt. 2. ſic ait. In Nouo Teſtam. poſt CHRISTVM Dominum à Petro ſacerdoralis cœpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia CHRISTI datus eſt, dicente Domino: Tu es Petrus &c. Hic ergo ligandi atq; ſoluendi poteſtatem accepit, primus à Domino, primuſq; ad fidem populũ uirtute ſuæ prædicationis adduxit.

DE

DE ROMANÆ ECCLESIÆ PRIMATV.

Conſultus Anacletus ab Epiſcopis de quibuſdam cauſis, reſpondet epiſt. 1. Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet eccleſia. Præſcribit aũt Epiſcopis ne externos iudices admittãt: niſi inquit, Apoſtolicę ſedis huius decreuerit autoritas. Concludit: Quod ſi difficiliores ortę fuerint quęſtiones, aut Epiſcoporum uel maiorũ iudicia aut maiores cauſæ fuerint, ad ſedem Apoſtolicam ſi appellatum fuerit referatur: quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerũt iuſſione ſaluatoris, ut maiores & difficiliores quęſtiones ſemper ad ſedem referantur Apoſtolicam, ſuper quam CHRISTVS uniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo ad beatum principem Apoſtolorum Petrum: Tu es, inquit, Petrus &c.

Petrus Apoſtolorum princeps.

De eadem re epiſt. 3. plurima habet. Confert autem ſtatum Romani Imperij ante CHRISTI aduentum, cum eo quem Apoſtolorũ princeps Petrus ordinauerat. Nam ſicut ad Primates legis ſeculi, qui per reliquas ciuitates cõmorabantur, & ad Aulam Imperatoris uel Regum confugere non poterant, ſua deferebant: Ita etiam, inquit ab Apoſtolis & B. Clemente ipſam diuiſionem eſſe renouatam: ut in prouinciarum capitibus Primates uel Patriarchæ, qui unam formam tenent licet diuerſa ſint nomina, conſtituerentur, ad quos Epiſcopi (ſi neceſſe eſſet) confugerent eoſq; appellarent. Metropolitanę uero ciuitates, haberent ſuos Metropolitanos, qui prædictis iuſte obedirent Primatibus, & hos etiam Archiepiſcoporum nominė uocari poſſe. Poſt hos conſtitutos eſſe Epiſcopos: qui licet ſuos Metropolitanos ſeu Archiepiſcopos haberent iudices, & hi ſuos Primates ſeu Patriarchas, nouiſsimė tamen omnium ad ſedem Apoſtolicam eſſe appellandum, ſicut olim à ſeculi Primatibus ad Imperatorem, cum res poſtulabat.

Et epiſt. 3. Prima (inquit) ſedes eſt cœleſti beneficio Rom. Eccleſię, quam beatiſsimi Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrarunt. Sic Roma, quæ prius erat Cacodęmonis artificio, omniũ errorum mater & altrix, excuſsis tenebris, & uanis ſuperſtitionum ritibus abiectis, filiorum DEI exorto ſole iuſtitiæ facta eſt copioſa propagatrix. Secunda autem ſedes eſt apud Alexandriam, B. Petri nomine à Marco eius diſcipulo atq; Euangeliſt. conſecrata: quia ipſe & in Ægypto, primum uerbum ueritatis, directus à Petro prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium. Tertia autem ſedes eſt apud Antiochiam, quæ eiuſdem (id eſt B. Petri) Apoſtoli nomine habetur honorabilis, quia illic priuſq; Romã ueniret habitauit, & Euodius primo, deinde Ignatium Epiſcopũ conſtituit, & illic primum Chriſtianorũ nouellę gentis nomen exortũ eſt. Clarius adhuc in fine: Beati Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, ut Epiſcopi ſingularum ſcirent gentium, quis inter eos primus eſſet, quatenus ad eum potior eorum ſolicitudo pertineret. Nam & inter B. Apoſtolos quædam fuit diſcretio: & licet omnes eſſent Apoſtoli: Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſe inter ſe idipſum uoluerunt, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, id eſt caput & principium teneret Apoſtolatus. Qui & eandem formam & ſuis ſucceſſoribus, & reliqui Apoſtoli Epiſcopis tenendam tradiderunt.

Si quæ cauſæ, inquit, difficiliores inter uos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ ſedis apicem eas, quaſi ad caput referte, ut Apoſtolico terminentur iudicio: quia ſic Dominum uelle, ab eoq; conſtitutum eſſe antedictis teſtimonijs declaratur. Hæc uero Apoſtolica ſedes, cardo & caput omnium Eccleſiarum à

Ee Domino

Ab hoc cardine nomen Cardinalis exortum eſt. Domino & non alio eſt conſtituta. Et ſicut cardine oſtium regitur, ſic ſanctę ſedis huius autoritate omnes Eccleſię Domino diſponente reguntur.

DE EPISCOPIS ET EORVM ORdinatione.

Ordinationes Epiſcoporum (ait epiſt. 2.) authoritate Apoſtolica ab omnibus qui in eadem ſunt prouincia Epiſcopis, ſunt celebrandæ. Qui ſimul conuenientes ſcrutinium diligenter agant, ieiuniũq; cum illis celebrent precibus: & manus cum ſanctis Euangelijs quæ prædicturi ſunt, imponentes, Dominica die hora tertia orantes, ſacraq; unctione, exemplo Prophetarum & regum, capita eorum (more Apoſtolorum & Moſis) ungentes: Quod ſi omnes ſimul conuenire minime poterunt, aſſenſum tamen ſuis precibus præbeant, ut ab ipſa ordinatione omnino non deſint. Porro quod Epiſcopus non ab uno, ſed à cunctis, conſenſu aut præſentia comprouincialium eſt ordinandus, & nullatenus minus quam à tribus, cæteris conſentientibus cunctis idcirco inſtituente Domino fieri iubetur, ne aliquid contra fidem Eccleſiæ unius tyrannica autoritas moliretur, & regula uel fides confunderetur credentium.

Vſus Chriſmatis in ordinatione Epiſcoporũ Apoſtolicus.

DE EPISCOPIS NON ACCVSANDIS.

Ibidem de Epiſcopis non à quouis accuſandis ſic ſcribit, Accuſatio eorum, non niſi ab idoneis & probatiſsimis uiris, qui & ſuſpicionibus & ſceleribus carent, fieri debet: quia Dominus ſacri ſui corporis tractatores à uilibus & reprobris, ac non idoneis perſonis informari noluit, nec calumniari permiſit: ſed ipſo proprio flagello peccantes è templo eiecit. Vnde liquet quod ſummi ſacerdotes, id eſt Epiſcopi ſunt à DEO iudicandi, non ab humanis aut prauæ uitæ hominibus lacerandi &c. Hæc & alia periculoſa conſiderantes Apoſtoli ſtatuerunt, ne facile commouerentur uel accuſarentur columnæ ſanctæ DEI Eccleſię, quæ Apoſtoli & eorum ſucceſſores non immerito dicuntur &c. Eiectionem ſummorum Sacerdotum ſibi Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis Sacerdotibus & ſpiritalibus populis conceſſiſſet.

Columnæ eccleſiæ ſunt ſucceſſores Apoſtolorũ.

DE CHRISMATE.

Epiſt. 2. ſic ait. Omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu ſancto, cuius uirtus inuiſibilis ſancto Chriſmate eſt commixta.

DE ORDINATIONE S. IACOBI.

Epiſtol. 1. hæc habet: Porro & Hieroſolymis primus Epiſcopus Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecundum carnem Domini nuncupatus eſt frater: A Petro, Iacobo, & Ioanne eſt ordinatus: Succeſſoribus uidelicet dantibus formam eorum, ut non minus quam à tribus Epiſcopis, reliquiſq; omnibus aſſenſum præbentibus, ullatenus Epiſcopus ordinetur, & communi uoto ordinatio celebretur.

Non ualet ordinatio quæ non fit ab Epiſcopis.

DE PRESBYTERIS ET EORVM nomine.

Ibidem: Cum nongentos & amplius annos ab Adam uſq; ad Abram homines uixiſſe legerimus, nullus alius prius appellatus eſt Presbyter, id eſt ſenior, niſi Abraham, qui multo paucioribus uixiſſe annis conuincitur. Non

ergo

ergo propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam Presbyteri nominantur. Vnde infra: Videntes Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos: rogauerunt dominum meſsis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam. Inde electi ſunt ab eis 72. diſcipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt conſtituti in Eccleſia.

DE ORDINATIONE SACERDOTVM Diaconorum & aliorum.

Epiſt. 1. Reliqui, inquit, Sacerdotes, à proprio ordinentur Epiſcopo, ita ut ciues & alij aſſenſum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter & Diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum diſtributioni, trium ueracium teſtimonium, cum Epiſcopi ſcilicet approbatione ſufficere poteſt. *Ordinatio miniſtrorum eccleſiæ fiebat ab Epiſcopis tempore Apoſtolorum.*

DE ACCVSATIONE SACERDOTVM.

Ibidem: Audimus fratres quod quidam detrahunt & accuſant ſacerdotes, non intelligentes forſitan, quod iniuria Sacerdotum pertinet ad CHRISTVM, cuius uice funguntur, &c.

DE PASSIONE PETRI ET PAVLI.

Adhibita eſt, ait epiſt. 2. ſocietas in eadem Romana urbe beatiſsimi Apoſtoli Pauli uaſis electionis, qui uno die, uno quoque tempore glorioſa morte cum Petro ſub Principe Nerone agonizans coronatus eſt, & ambo ſanctam Rom. Eccleſiam conſecrarunt: alijsque omnibus urbibus in uniuerſo mundo, eam ſua præſentia atque uenerando triumpho prætulerunt.

DE HÆRETICIS.

Tranſgreſſores ſponte legis ſuæ eiuſque uiolatores & recedentes, apoſtatæ nominantur. Omnis enim apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem ſuam: non in accuſatione recte agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus, quia uir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis.

S. QVADRATVS.

S. QVADRATVS, Athenienſis, Apoſtolorum diſcipulus, in Publij martyris locum ſurrogatus, Athenarum conſecratus eſt Epiſcopus: uir, cui nihil donorum, quæ Apoſtolorum diſcipulus decent defuit: imo & propheticæ ſpiritu una cum Philippi filiabus, quæ claræ habebantur, excelluit. Chriſtianos magnis ea tempeſtate terroribus diſperſos ſua prudentia redintegrauit. Vidiſſe autem ſe plurimos in Iudæa qui uarijs calamitatibus preſsi liberati fuerant, teſtatur: ſed eos quoque qui mortui reuixerant. Cumque ingenti fidei noſtræ æmulatione & ardore flagraret, Hadriano Principi Athenas uenienti librum pro religione Chriſtiana compoſitum dicauit ualde probatum. Quæ res licet periculo maximo eſſet coniuncta, non dubitauit tamen aperte fidei ſuæ rationem in eo explicare, quem uocauit: ANNO XCIX.

Apologeticum	*lib. 1.*	*alium, qui*
Syngramma	*lib. 1.*	

Euſeb, lib. 3. cap. 37. qui libros illos legit. Hieron. de uir. illuſtr. Niceph. lib. 3. cap. 21. Volaterr. lib. 19.

ACHAIÆ.

PRESBYTERI ET DIACONI ACHAIÆ.

ANNO LXXX. Presbyterorum & Diaconorum collegium Achaiæ conſcripſit S. Andreę Apoſtoli uitam & paſsionem, quam coram poſiti uiderunt, Metaphraſt. in uit. S. Andreæ.

PARTIS SEXTÆ DISTINCTIO V.

DE SCRIPTORIBVS ET SCHOLIS Eccleſiaſticis Africæ & uicinorum Aegyptiorum.

ALEXANDRINI SCRIPTORES.

ANNO LXII. PHILO Alexandrinus, genere Iudæus, Alexandri Alabarchi frater, inter ciues & Magiſtratus Alexandrinos clarus, Platonis & Pythagorę ſectator, Philoſophus, non ſolum in noſtra ſed & Græcorum diſciplina primus inter primos eſt habitus: In uerbis copioſus & diffuſus ſententijs. In exponendis uero myſtice ſcripturis altus & ſublimis. Legationis Iudæorum Princeps, bis Romam miſſus. Iam enim tyrannum agebat Caligula, ita ut calamitates maximas Iudæi Alexandriæ paterentur. Nam cum ille paſsim in Imperio ſibi ſtatuas erigi curaſſet ac pro DEO coli uellet Iudæi Alexandrini priuilegijs maximis ab Alexandro magno donati, ſtatuas in ſua templa recipere noluerunt, quod cum illis male ceſsiſſet, Orator miſſus eſt Philo ad Caligulam, apud quem grauiſsima oratione habita, nihil tamen obtinuit, quam ut derideretur. Reuerſus ergo Alexandriam, ſuos animauit, quia Imperator hoſtis eſſet, expectarent auxilium diuinum. Tumultu inde facto, eo quod ſtatuas in templa introducere uolentibus arma obiecifſent Caligulæ maiorem tyrannidem expectare cogebantur quæ tamen morte illius impedita fuit. Pro hac declinanda ſecundo Romam miſſus, incidit in colloquium Principis Apoſtolorum Petri (ut ipſe fatetur) à quo eouſq; conuerſus eſt, ut ſi non Chriſtianus, ſaltem Chriſtianorum amicus fieri cogeretur. Atq; hinc accidit, quod Philo Chriſtianorũ Eccleſiam Alexandrinã, in qua Marcus Euangeliſta à B. Petro Patriarcha erat conſtitutus (ut paulo ante uidimus) proprio libro laudauerit, qua de re ſatiſmulta ex Philone excerpſimus par. 3. de Monaſticæ Philoſophię cultoribus ubi quidem ille non tantũ quaſi numine afflatus proſequitur inſtitutum eius temporis Apoſtolicorũ ex Iudęis uirorũ primogenitorum, ſed id etiam ſuo iudicio comprobat, θεραπευτὰ enim, id eſt curatores, eos uocauit, quaſi omnes ad ipſos uenientes curauerint, omni uitiorum perturbatione ex eorũ mentibus ſublata. Certiſsimũ autem eſt ea quę de Therapeuticis ſcribit, de nemine alio dicere uoluiſſe quam de noſtrę religionis cultoribus. Quia nulla unquã gens ad noſtram ętatẽ uſq; eũ uiuendi modũ ſeruauit præter Chriſtianę fidei ſeuerisſimos cultores. Philo igitur cum tantus eſſet in omnibus ſcientijs, ſcripſit Græco ſermone.

Sacrarum legum allegorias in Geneſim.	
In Exodum, quæſtionum	Lib. V.
De Tabernaculo	lib. I.
De Decalogo	lib. I.
De his quæ inferuntur ſub ſpecie decalogi	lib. I.
Antiquitatum Biblicarum	lib. I.
De uita Moſis	lib. V.
De Gigantibus	lib. I.
De linguarum confuſione	lib. I.
De ijs quorum mutantur nomina in Scriptura	lib. I.
De animalibus quæ ſacrificijs deputata ſunt	lib. I.
De præmijs bonis propoſita in lege	lib. I.
De nominum Hebraicor. interpretatione	lib. I.
De eo quod ſeruus omnis qui peccat	lib. I.
De eo quod liber ſit omnis qui bonis ſtudijs operam probet	lib. I.
De prouidentia	lib. I.
De rebus expetendis & fugiendis	lib. I.
De natura & inuentione	lib. I.
De Encyclopædia & diſciplinarum orbe	lib. I.
De æquali & inæquali ſectione	lib. I.
De tribus uirtutibus	lib. I.
De teſtamentis	lib.
De captiuitate	lib.
De ſeceſſu & uita	lib. I.
Quis ſit hæres diuinorum	lib. I.
De uita ſapientis	lib. I.
De eo quod à DEO ſint omnia	lib. I.
De eo quod inconuertibile ſit quod diuinum eſt	lib. I.
De Agricultura	lib. II.
De Ebrietate	lib. II.
De uita contemplatiua	lib. I.
Apologeticum de Iudæis, hoc eſt de uita urbana	lib. I.
Ad Alexandrum dicentem rationem habere bruta	lib. I.
Calamitatum Iudaicarum ſub Caligula	lib. V.
De legatione ſua ad C. Cæſarem.	lib. I.

Alia item quamplurima ſcripſit: Ioſephus 18. antiq. Iudaicar. Euſeb. lib. 2. cap. 5. & 18. Niceph. lib. 2. cap. 11. 15. 17. & lib. 8. cap. 39. Hieron. de uir. Illuſtr. Volaterran. lib. 13. Trittem. in ſcrip. Eccleſ.

PARTIS SEXTÆ.

DISTINCTIO VI.

DE SCRIPTORIBVS ET SCHOLIS Eccleſiaſticis Aſiæ.

SYRIACI SCRIPTORES.

S. MATTHÆVS.

SANCT. MATTHÆVS, qui & Leui, genere Iudæus, Patre Alphæo, ex publicano Apoſtolus & Euãgeliſta clariſsimus: poſt aſcenſionem Domini Hebręis ſuis per annos fere XV. CHRISTI prædicauit Euangelium, ſicut ab ipſo audierat. Cũ uero ex diuiſione Orbis ei cõtigiſſet ire ad Gentes, Iudæi fideles, ut ea quæ Matheus prædicauerat prius in memo- ANNO XLI.

ria retinerent, inſtiterunt apud ipſum, ut ſermone patrio Iudaico, omnia ſcripto comprehenderet. Ille ergo CHRISTI doctrinam, uitam & paſsionem in unum librum congerens, primus Euangelium ſacroſanctũ poſt ſe reliquit. Cœperunt id ſtatim plerique Apoſtolorum examinare, cumque uera omnia eſſe cognoſcerent, quæ cõtinebat, approbarunt. Itaque S. Bartholomæus ſuis Indis, quibus prædicauit, Euangeliũ hoc reliquit. Ex India uero Panthenus portauit in Ægyptũ, ut teſtatur Hieron. de uiris illuſtr. Poſtea S. Barnabas ſua manu deſcripſit: atque ligato ſupra pectus codice ex una in aliam regionem migrans, ſolo eius attactu multa miracula fecit. Nouiſsime uero ſub Anaſtaſio Imperatore ex diuina reuelatione, una cum Barnabæ reliquijs, ſupra eius pectus eſt repertum. Niceph. lib. 16. cap. 37. Sed hoc loco annotandũ eſt quod diximus Matthæum Iudæis lingua patria ſiue Iudaica Euangelium conſcripſiſſe, ſecuti maxime, Orig. & Euſeb. hac ratione. Quotquot enim antiquorũ ſunt linguã Hebræam cum ea confundere uidentur, qua Iudæi CHRISTO hic in terris agente uſi ſunt. Hæc aũt fuit Caldæa ſeu potius Syriaca, ab Hebræa multũ diſtans. Nam à tempore tranſmigrationis Babylonicæ, Iudæi lingua Hebræa, hoc eſt, elegantiori illa promiſcue uſi non ſunt, ſed ſemichaldæa, quæ paulatim, ut fit, multum eſt mutata. Cum enim CHRISTVS prædicaret Hieroſolymis, lingua Hebræa, hoc eſt, qua Moſis Pentateuchus conſcriptus eſt, in templis & ſcholis fuit uſurpata, & doctiſsimis tantum Rabinorum cognita. Vnde neceſſum omnino erat ut Chriſtus non diſerta illa, hoc eſt Hebraica: ſed populari, Syriaca ad populum, quem maxime cupiebat attentum ad ſe allicere, uteretur. Atque idipſum Dominum in concionibus obſeruaſſe Euangelia docent, in quibus uocabula quædam Syriaca, à quibuſdam Hebraizantibus interpretibus, non intellecta, ab Euangeliſtis in textum ſunt relata. Nihil autem reperitur Hebraici præter illud quod Matth. 27. CHRISTVS exclamat Heli Heli &c. Nam ea recitauit Dominus ut in Pſalmo 21. Hebraice ſcripta fuerũt à Dauide. Hinc colligunt docti interpretes, illos qui CHRISTVM Heliam uocare putabant, de Iudæorum plebe fuiſſe non intellecta phraſi Hebręa, qua tũ utebatur. Quando igitur Dominus Syriaca lingua ad populum fuiſſe uſum conſtat, uериſimile omnino eſt, Matthæum Euangeliſtam non alia ſuum conſcribere uoluiſſe Euangelium, præter eam, quã Magiſtrum ſuum uſurpaſſe audierat. Nam ſi Hebraicis litteris cõpoſuiſſet, Neophyti Chriſtiani non intellexiſſent. Iam uero & illud nõ parum probat quod dicimus. Retulimus enim ex Hierony. Bartholomæum Indis & Panthenum Ægyptijs Mathæi Euangelium communicaſſe, qui melius Syriacam linguam calluerunt quam Hebræam. Neminem autem turbare debet Patres ut plurimũ tenere, quod idiomate Hebraico Matthæus ſcripſerit. Reperiuntur enim hæc confundi, loqui Hebraice, & loqui Syriace, ut Actor. 21. dicitur Paulus locutus ad populum Hebraice, cum Syriace ſit locutus: aliás rudiores illud nõ percepiſſent. Simili modo excuſari poteſt, quando dicitur Matthæus ſcripſiſſe Hebraice. Certũ aũt eſt quoſdã Patres id exiſtimaſſe quod Matthæi Euangeliũ Hebræo ſermone cõpoſitum fuerit. At interim mirũ eſt id ipſum nuſque reperiri. Neque enim antiqui tam fuere negligentes, ut tantũ theſaurũ perire ſinerẽt. Proinde latere adhuc alibi putabat Nicolaus eius nominis V. Papa Rom. qui pio affectu pluſque decẽ millia aureorũ impendit, quo uindicaretur à tineis, nec tamẽ poſt longã inueſtigationẽ eſt repertũ. Nã id quod hodie circumfertur

Tactu Euangelij fiunt miracula.

tur fictitium eſt, eiuſq; autor tum incognitus, tum ſuſpectus. Quod aũt Hierony. ait Euangelium Mathæi Hebræum fuiſſe in Bibliotheca Cæſarien. Pamphili martyris, & ſe deſcripſiſſe à Nazaræis in Berrhoa urbe Syriæ, ſciendum eſt Nazaręorũ illud fuiſſe Euangelium Apocryphum. Nazaræos enim fuiſſe hæreticos ipſe Hieron. teſtatur. in Math. 12. Tandem igitur prodijt uerum & genuinum Matthæi Euangelium Syriacæ ſcriptum. Cum enim Leo X. circa annum Dom. 1513. Romæ Concilium Lateranen. reſtauraſſet uenit etiam eo Patriarcha Antiochenus, portans ſecum hunc theſaurum. A quo Ioann. Albertus Vuidmanſtadius Germanus exemplar accepit, ſumptibus Ferdinandi tunc Roman. Regis elegantiſsimis typis excudi curauit, ac nauibus onerarijs, prout Patriarcha petierat, Antiochiam miſit. De his omnibus uide præfat. Vuidmanſtad. in Syr. Euange.

S. BARTHOLOMÆVS.

S. BARTHOLOMÆVS, natione Syrus, Galilæus, unus ex Apoſtolorum duodecim numero, reliquis nobilitate carnali ſplendidior, quippè qui regis Syrorum nepos fuit. Indis Chriſtianã fidem prædicans Euangelium S. Matthæi Iudaico ſermone ſcriptum ijs reliquit. Interea illum de rebus diuinis & Theologicis quædam conſcripſiſſe quæ ad nos non peruenerunt, teſtis eſt D. Dionyſ. Areopag. cap. 1. in lib. de myſtica Theol. ubi illum in hunc modum citat. Sic diuinus Bartholomæus ait, ut plurimam eſſe Theologiam & minimam, Euangeliumq; & latum & magnum. Ambroſ. Camaldulenſ. Abb. in cap. 1. Myſt. Theol. Dionyſ. ANNO XL.

S. EGESIPPVS.

S. EGESIPPVS, patria Iudæus, Apoſtolorum diſcipulus, ſcriptor grauis, cum ſuæ fidei probationem habere uellet, Romã eſt profectus, quo tempore Anicetus ſedem Apoſtolicam tenebat: ſeq; colloquium cum eo tum miſcuiſſe gloriatur. Cum aliquandiu ibi hæſiſſet, ac ſuam fidem ſedi Romanæ per omnia conuenire uideret, ad alias ſe contulit urbes, maximo zelo perquirens, num omnia ex Apoſtolica doctrina fierent, quomodo ſe cuncta repeiſſe adſtruit. *Scripſit Græco ſermone.* ANNO XCIX.

De ſimplici profeſſione Euangelica	*lib.* V.
De excidio urbis Hieroſolymitanæ	*lib.* V.

Hieron. de uiris Illuſtr. Nicephor. ſacr. Hiſt. lib. 4. cap. 7.

S. MARCELLA.

S. MARCELLA, B. Marthæ pediſſequa, mulier illa fuiſſe perhibetur, quæ Lucæ 11. uocem extollens de turba, uentrem qui CHRISTVM portauit, & ubera quæ illum lactauerunt, beata pronunciare auſa fuit. Cum uero à Iudæorum finibus cum ſua domina propter fidem eſſet expulſa, Maſsiliam uenit: & uſq; ad obitum illius non ſegregata, ſcripſit plenarie S. Marthæ uitam. Petrus de Natal. lib. 6. cap. 152. Bergomen. de clar. mulier. cap. 71. ANNO LXIX.

CHANANÆI.

S. IACOBVS MINOR.

S. IACOBVS, cognomẽto Iuſtus, frater Dñi ſecundũ carnem, ex Galilæa Cananæus patria: à CHRISTO Dño & B. Apoſtolis, primus Hieroſolymorũ cõſecratus eſt Epiſcopus; Hic cũ uideret rudes pleroſq; & indoctos atq; etiã ANNO LV.

maleuolos

maleuolos quoſdam ex Pauli dicto Rom. 3. Arbitramur iuſtificari hominem abſq; operibus legis, in errorem incidiſſe, ut putarent ſemel accepta fide, operaiuſtitiæ damnari. Scripſit duodecim tribubus epiſtolam quæ inter Canonicas primas tenet. In qua defendit quomodo ſane illud dictũ ſit intelligendum, docens poſt fidei profeſsionem opera omnino eſſe neceſſaria. Atq; hoc ita eſſe, præterquam ratio ipſa indicat tum etiam Auguſtinus lib. de fide & operib. cap. 14. adducit cuius uerba ſic ſonant: Cum dicit Apoſtolus, arbitrari ſe hominẽ iuſtificari per fidem ſine operibus legis, non hoc agit, ut præcepta ac profeſſa fide opera iuſtitiæ condemnentur: ſed ut ſciat ſe quiſq; per fidem poſſe iuſtificari, etiamſi legis opera non præceſſerint. Sequuntur enim iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum. Poſt pauca: Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ epiſtolæ Apoſtolicæ Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maxime dirigunt intentionem, ut uehementer adſtruant fidem ſine operibus nihil prodeſſe: ſicut etiam ipſe Paulus non quamlibet fidẽ qua in DEVM creditur, ſed eam ſalubrem planeq; Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Fuit aũt poſt Apoſtolorũ tempora à quibuſdam Scriptoribus de cuius epiſtolæ autore dubitatur, cum ſcilicet non omnibus adhuc conſtaret ab Eccleſia eam receptam eſſe tanq; Canonicam. Nam ultimus Canon Apoſtolorum expreſſe tenendam illam eſſe ut DEI uerbum, mandat. Acceſſerunt poſtea Concilia Oecumenica quæ idem probarunt. Patres hanc unanimi conſenſu Apoſtolo Iacobo adſcribunt. Orig. Hom. 7. in Ioſ. Anacletus Epiſt. 1. integram fere citat. Cyprian. in expoſit. Symbol. Apoſtol. Athanaſ. in Synop. de libris Noui Teſtam. Hieron. in epiſt. ad Cteſiphonem. Aug. lib. de merit. & peccator. remiſſ. Et lib. 2. de doctrin. Chriſtian. cap. 8. & alij quamplurimi.

Conſcripſit idẽ Apoſtolus Iacobus pro ſua Eccleſia Liturgiam, ſiue Miſſas celebrandi ritũ, Hebraice. Nam ipſe cum mature Hieroſolymis cõſtitutus eſt Epiſcopus, ſacerdotium Chriſtianum ſtatim poſt aſcenſionem Domini magna celebritate & ornatu geſsit: Vnde & cõtinuus in Miſſarum ſolennijs celebrandis fuit, adeo ut Proclus putet ipſum omnium primo inter Apoſtolos ſacrificaſſe. S. quoq; Nicolaus Methonẽſis Epiſcopus idem teſtatur, & Marcus Epheſius, licet de hæreſi notatus. Intentus ergo cum eſſet Apoſtolus ſacrificijs celebrandis, conſcripſit formam, quam ſequi deberent illius Eccleſiæ ſubiecti ſacerdotes ſacrificia peragentes. Hanc Miſſam agnoſcit Cardinalis Beſſarion, eamq; ab Apocryphis eruit. Accedit demum irrefragabile Concilij generalis ſexti in Trullo celebrati teſtimonium, quod fuit tertium Cõſtantinopolitanũ ſub Iuſtiniano celebratum. Refellit enim illuc ex hac Miſſa hæreticos Cano. 32. aquam uino in ſacrificio miſcere nolentes. Verba Concilij hæc ſunt. Nam & Iacobus Domini noſtri IESV CHRISTI ſecundum carnem frater, & Baſilius Cæſarienſ. Epiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit myſtico nobis in ſcripto tradito ſacrificio ita peragendum in ſacro myſterio ex aqua & uino ſacrum poculum ediderunt.

DIVINA MISSA S. IACOBI APOSTOLI ET FRATRIS DOMINI.

Oratio.

PECCATORVM multitudine inquinatum ne me ſpreueris Domine DEVS

DEVS noſter. Ecce enim accedo ad diuinum hoc & ſuper cœleſte myſterium tuum, indignus quidem, ſed tua bonitate confiſus, emitto tibi uocem: DEVS, ſis mihi peccatori ꝓpicius, Peccaui in cœlum & corã te, neq; dignus ſum qui obuertam oculos huic ſacræ & ſpiritali menſæ, in qua unigenitus tuus filius, & Dominus noſter IESVS CHRISTVS, mihi qui peccator ſum, & omnibus maculis labefactatus, myſtice proponitur in ſacrificium. Proinde hanc orationem & gratiarum actionem tibi offero, ut mihi Spiritus tuus Paracletus mittatur, fortificans ac inſtaurans me ad hanc Miſſam: dignumq; me habe, qui uocem illam quam ex te populo annunciaui, citra meam damnationem proferam, In CHRISTO IESV Domino noſtro, cum quo benedictus es, una cum omnibus modis ſancto & bono & uiuificatore, atq; conſubſtantiali tibi ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen. *Oratio cum aßiſtit altari:* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, trino & uni, Iuri diuinitatis, quæ eſt ſingulariter in Trinitate, & quæ ſine diuiſione diuiditur. Trinitas enim unus DEVS omnipotens cuius gloriam cœli enarrant: terra uero eius dominationem, & mare eius omnipotentiam, ac omnis creatura cœli, ſiue ea ſenſu aliquo ſentiatur, ſiue ratione tantum intelligatur, eius magnificentiam ſemper prædicat: quia eũ omnis gloria, honor, potentia, magnificentia & decus decet, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen. *Oratio cum incenditur thus in ingreſſu & principio Miſſæ:* Domine IESV CHRISTE, DEI Sermo, qui tua ſponte te DEO Patri uictimam irreprehenſam in cruce obtuliſti, duplicis ille naturæ carbunculus, qui ſorcipe labia Prophetæ attigiſti, & eius peccata abſtuliſti, tange etiam noſtros, quo niã peccatores ſumus, ſenſus, ac nos purga ab omni macula, puroſq; nos ſiſte ſancto tuo altari, ut tibi laudis ſacrificium offeramus, & præſentem hunc ex nobis inutilibus ſeruis tuis ſuffitum recipe in ordorem ſuauitatis, fœtoremq; animi & corporis noſtri fragrantem redde, ac ui illa ſpiritus tui ſanctificatione, nos ſanctifica: ſolus enim tu ſanctus es qui ſanctificas & ſanctificaris, fidelibuſq; impartis, quem una cum æterno patre tuo, ac modis omnibus ſancto, bono & uiuifico ſpiritu tuo, gloria decet, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen. *Oratio in principio:* Benefice Rex ſeculorum, uniuerſæq; creaturæ opifex, recipe ad te accedentem Eccleſiam tuam per CHRISTVM tuum, & ſingulis, quod utile eſt, perfice, omnes ad perfectionem adduc, & nos gratia tuæ ſanctificationis dignos redde, nos in ſanctam tuam Eccleſiam congregans, quam tibi aſſeruaſti precioſo ſanguine unigeniti filij tui Domini & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, cum quo benedictus es & laudatus, una cum ſanctiſsimo & bono, uiuificoq; ſpiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen. *Diaconus:* Dominum rurſus oremus. *Sacerdos dicit orationem cum incenditur thus in ingreſſu congregationis:* DEVS qui admiſiſti Abelis dona, Noë & Abrahami ſacrificium, Aaronis & Zachariæ thymiama, accipe quæſo de manibus noſtris, quoniam ſumus peccatores, thus hoc, quod tibi adolemus, in odorem ſuauitatis, noſtrorumq; peccatorũ remiſsionem, ac totius populi tui, qui benedictus es, & te gloria decet Patrem & filium & Spiritum ſanctum, nunc & ſemper. *Diaconus:* Domine benedic: *Sacerdos ipſi adprecatur:* Dominus & DEVS noſter IESVS CHRISTVS, qui per immenſam bonitatem ac amorem acerrimum crucifixus eſt, & lancea clauiſq; perſodi non recuſauit: qui arcanum ac tremendum hoc myſteriũ ad recordationem æternam nobis pro-

Ff pagandum

pagandum exhibuit, benedicat hoc in CHRISTO DEO tuum miniſterium, benedicat etiam ingreſſum noſtrum, perfecteq́ abſoluat exhibitionem ſacri huius noſtri miniſterij, ineffabili ſua miſeratione, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen. *Orans Diaconus reſpondet:* Dominus benedicat, dignosq́ nos faciat, qui ſeraphice dona feramus, & canticum illud celeberrimum, diuini atq́ ter ſancti hymni accinamus ei, qui nullius rei eſt indignus, quiq́ omni perfectione ſanctificante, pluſquam plenus eſt, nunc & ſemper. *Deinde canere incipit Diaconus in ingreſſu:* Vnigenite fili, & uerbum DEI, qui es immortalis, ac dignatus eſt propter noſtram ſalutem ex ſancta Deipara ſemperque uirgine Maria carnem induere: ſine ulla conuerſione homo factus es, cruciq́ affixus CHRISTE DEVS, ac morte mortem conculcaſti, unus eidem ſis ſanctæ illius Trinitatis, cum Patre ſanctoq́ Spiritu conglorificatus, ſerua nos. *Sacerdos hanc orationem dicit à foribus uſq; ad altare:* DEVS Omnipotens, Dominus magni nominis, qui nobis aditum ad ſancta ſanctorum dediſti, per aduentum unigeniti filij tui, Domini ac DEI, ſeruatorisque noſtri IESV CHRISTI, ſupplices tuam imploramus, inuocamusq́ bonitatem, quandoquidem contremiſcimus ac trepidamus ad ſanctum altare tuum acceſſuri, ſcillabatur in nos DEVS: tua bona gratia & noſtras animas ſanctifica, corporaq́ & ſpiritum, nec non cogitationes noſtras ad pietatem conuerte, ut pura conſcientia tibi dona offeramus, munera, fructuum oblationes, ut ea deleantur delicta quæ admiſimus, & ut toti populo tuo ſis propitius, idq́ gratis & miſeratione ac benignitate unigeniti filij tui, cum quo benedictus es in ſecula ſeculorum, Amen. *Poſtquam ſacerdos ingreſſus eſt ad altare, dicit:* Pax omnibus. *Populus:* Et ſpiritui tuo. *Sacerdos:* Dominus benedicat nos omnes, & ſanctificet ingreſſum & celebrationem diuinorum & immaculatorum miniſteriorum, animaſque beatas requieſcere faciat cum omnibus ſanctis & iuſtis, ſua ipſius gratia & benignitate, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen. *Deinde Diaconus collectam dicit:* In pace Dominum oremus, ut nobis pacem de cœlo det, & benigne nobiſcum DEVS agat, & ſeruet animas noſtras, Dominum oremus. Vt etiam uniuerſo mundo pacem largiatur, & omnes Eccleſias uniat, Dominum oremus. Vt remittat nobis peccata, & condonet delicta noſtra, atq́ liberet nos ab omni tribulatione, ira, periculo, neceſsitate, & hoſtium inſultu, Dominum oremus. *Deinde Cantores canunt illum Hymnum ter ſanctum:* Sancte DEVS, Sancte immortalis, miſerere noſtri. *Deinde ſacerdos inclinans ſe, orat:* Clemens & miſericors, longanimis & multæ miſericordiæ, Domine uerax, reſpice ex prompto habitaculo tuo, & exaudi nos ſupplicibus uerbis te orantes, & libera nos ab omni tentatione diaboli & hominum: & ne tuum auxilium à nobis auertas, noſque ne grauius corripias, quam uires noſtræ ferant, non enim ſuperandis aduerſis nos ſufficimus, ſed tu Domine potens es ſeruare nos, & eripere nos ab omnibus calamitatibus & aduerſis. Libera nos DEVS pro tua bonitate ab omnibus anguſtijs, ac moleſtijs huius mundi, ut pura conſcientia, ad ſanctum altare tuum ingreſsi, beatumque ac ter ſanctum hymnum recinentes, una cum cœleſtibus uirtutibus illum citra ullam tui offenſionem tibi mittamus: ac tibi grato & diuino oblato ſacrificio, digni abs te habeamur uita æterna. *Exclamatio:* Quoniam ſanctus es Domine DEVS noſter & in ſanctis habitas & requieſcis, & tibi gloriam ac ter ſanctum illum hymnum mittimus, Patri & Filio & Spirituſancto, nunc

cto, nunc & ſemper & in ſecula. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Populus:* Et ſpiritui tuo. *Cantores:* Alleluia. *Deinde leguntur ſuſiſsime oracula ſacra ueteris teſtament. & Prophetarum, & Filij DEI incarnatio demonſtratur, paſsio, reſurrectio ex mortuis, Aſcenſus in cœlum, ſecundus præterea aduentus eius cum gloria. Atq; id fuit ſingulis diebus in ſacra Miſſa. Poſt lectionem & doctrinam Diaconus dicit:* Dicamus omnes, Domine omnipotens, DEVS patrum noſtrorum, oremus te, exaudi nos. Vt pacem deſuper mittat & ſeruet animas noſtras, Dominum oremus. Vt totus mundus pace fruatur, ſeruesquè ac faueas populo omni qui CHRISTVM amplectitur. Te rogamus, exaudi nos, libereſquè ab omni tribulatione, ira, periculo, ac neceſſitate, captiuitate, morte amara & iniquitatibus noſtris, Te rogamus exaudi nos. Pro populo circumſtante, & expectante à te largam & magnam miſericordiam, ſupplices oramus te, ut effundas in eum, uiſcera miſericordiæ tuæ. Viſita mundum in miſericordia & miſerationibus tuis. Extolle cornu Chriſtianorum, precioſæ & uiuificæ crucis potentia. Domine multum miſericors, te ſupplices oramus, exaudi nos te rogantes, & miſerere. *Populus dicit ter:* Domine miſerere. *Diaconus:* Oremus Dominum ut peccata nobis dimittat, noſtriſquè delictis det ueniam, & liberet nos ab omni tribulatione, ira, periculo & neceſsitate. Vt dies omnes tranſigamus in perfectione, ſanctitate, pace, & ſine peccato omnes à Domino petamus. Angelum pacis, fidelem ducem, cuſtodem animarum & corporum noſtrorum à Domino petamus. Veniam & remiſsionem peccatorum ac delictorum noſtrorum à Domino petamus. Quæ bona & utilia ſunt animis noſtris & corporibus, & ut pacem mundo det à Domino petamus. Vt in Chriſtiana, ſynceraque fide, ad finem uſquè ſine dolore, moleſtia ac infamia perſeueremus: & bonam defenſionem ante uerendum ac tremendum Tribunal CHRISTI, à CHRISTO petamus. *Sacerdos:* Tu enim es bona illa annunciatio, illuminatio, Seruator & cuſtos animarum & corporum noſtrorum, DEVS & unigenitus tuus Filius, & Spiritus tuus ſanctiſsimus, nunc & ſemper. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Commemorantes ſanctiſsimam, immaculatam, glorioſiſsimam Dominam noſtram, matrem DEI & ſemper uirginem Mariam, cum omnibus ſanctis & iuſtis, nos ipſos, & inter nos, & omnem uitam noſtram, CHRISTO DEO commendamus. *Populus:* Tibi Domine. *Sacerdos:* DEVS qui ſanctis ac diuinis, ſalutaribuſquè oraculis tuis nos inſtituiſti, illumina noſtras animas, quoniam peccatores ſumus, ut, quæ prædicta ſunt, aſſequi poſsimus, nec auditores tantum ſpiritualium canticorum cernamur, ſed et bonorum operum factores, fidemq; præſtemus non ſimulatam, uitam inculpabilem, & conuerſationem irreprehenſam. *Exclamatio:* In CHRISTO IESV Domino noſtro, cum quo benedictus es, cum ſancto bono & uiuifico Spiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſecula. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Populus:* Et ſpiritu tuo. *Diaconus:* Capita noſtra inclinemus Domino. *Populus:* Tibi Domine. *Sacerdos orat, dicens:* Domine uiuificator & bonorum ſuppeditator, qui hominibus Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, beatam ſpem uitæ æternæ dediſti, dignos nos facito, qui in ſanctitate hoc quoq; diuinum ſacrum perficiamus, ut futura beatitudine perfruamur. *Exclamatio:* Vt ſub tua potentia ſemper protecti, & in lucem ueritatis deducti, tibi gloriam & gratiarum

actionem referamus, Patri & Filio & Spiritui ſancto, nunc & ſemper. *Populus:* Amen. *Diaconus:* Nullus Catechumenorum, nullus eorum, qui nondum initiati ſunt ad ſacra: nullus eorum qui orare nobiſcum non poſſunt, ingrediatur. Recognoſcite uos inuicem. Ad fores omnes recti. DEVM rurſus oremus. *Sacerdos dicit orationem incenſi:* Domine Omnipotens, Rex gloriæ. DEVS qui omnia noſtis antequam ea fiant, adſis nobis in hac ſancta hora te inuocantibus, & redime nos ab infamia peccatorum. Expurga mentem noſtram, & cogitationes ab impuris cupiditatibus ac impoſtura mundi. Omniq́ diabolica ſuggeſtione: & ſuſcipe de manu noſtra, qui peccatores ſumus hunc ſuffitum, quemadmodum ea accepiſti, quæ Abel, Noë, Aaron, & Samuel, ac ſancti tui omnes obtulerunt: ab omni mala re nos liberans & ſeruans, ut tibi ſemper grati ſimus, te adoremus, glorificemus, patrem, unigenitumquè filium tuum, & Spiritum tuum ſanctum, nunc & ſemper & in ſecula. *Et inchoant Lectores Hymnum Cherubicum:* Sileat omnis humana ac mortalis caro, ſtetq́ cum metu & tremore, ac nihil terreſtre ſecum cogitet. Rex enim & Dominus dominantium, CHRISTVS DEVS noſter progreditur, ut immoletur, ac detur in cibum fidelibus. Ipſum autem antecedunt Angelorum chori, cum omni imperio & potentia. Cherubim, multorum oculorum, ac Seraphim ſex alarum facieſquè uelantia, & cum clamore canentia Hymnum, Alleluia, Alleluia, Alleluia. *Sacerdos adferens ſancta dona hanc orationem dicit:* DEVS, DEVS qui panem cœleſtem, cibum uniuerſi mundi, Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM demiſiſti, ſeruatorem, redemptoremquè ac benefactorem, benedicentem ac ſanctificantem nos: Ipſe benedic huic oblationi, & eam admitte ſuper cœleſte Altare tuum: memento ut bonus & humanus eorum qui tibi obtulerunt, & propter quos obtulerunt, noſq́ conſerues inſontes & inculpatos in hac ſacra tuorum diuinorum myſteriorum operatione, quoniam ſanctificatum eſt ac glorificatum, uenerandum omni ex parte, & magnificum nomen tuum, Patris & Filij & Spiritus ſancti, nunc & ſemper, & in ſecula. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Diaconus:* Domino benedicite. *Sacerdos:* Benedictus DEVS, benedicens & ſanctificans nos omnes in hac oblatione diuinorum, & omni labe mundorum myſteriorum, & in quiete & tranquillitate beatas componens animas, cum ſanctis & iuſtis, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. *Diaconus:* Sapienter attendamus. *Sacerdos:* Credo in unum DEVM Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ: Et in unum Dominum IESVM CHRISTVM Filium DEI. *Et reliqua ſymbola fidei.*

Deinde orat ceruice inclinata: DEVS uniuerſorum & Domine, indignos nos hac hora redde benigniſsime, ut puri & mundi ab omni dolo, & omni ſimulatione in unum coniungamur inter nos, pacis ac charitatis uinculo, confirmati ſanctificationeq́ diuinæ tuæ cognitionis, per unigenitum filium tuum, Dominum & Seruatorem noſtrum IESVM CHRISTVM, cum quo benedictus es cum ſancto, bono & uiuificatore Spiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Diaconus: Stemus honeſte, ſtemus reuerenter, ſtemus cum timore DEI, & cum cordis compunctione. In pace Domine oremus. *Sacerdos:* Quoniam DEVS es pacis, miſericordiæ, dilectionis, commiſerationis & humanitatis,

manitatis, tu & unigenitus filius tuus, & Spiritus tuus ſanctus, nunc & ſemper. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Populus:* Et ſpiritui tuo. *Diaconus:* Oſculemur inter nos in ſancto oſculo. Capita noſtra Domino inclinemus. *Sacerdos inclinans ſe hanc orationem dicit:* Tu qui ſolus es Dominus, & miſericors DEVS inclinantibus ceruices ſuas coram ſancto Altari, & petentibus abs te dona ſpiritalia, emitte gratiam tuam bonam, & benedic omnibus nobis, omni benedictione ſpiritali, & quæ adimi non poſsit, qui in altis habitas & humilia reſpicis. *Exclamatio:* Quoniam laudabile, adorabile & pergloriosſum nomen tuum ſanctiſsimum, Patris & Filij & Spiritusſancti nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. *Diaconus:* Domine benedic. *Sacerdos:* Dominus benedicet, & una miniſtrabit nobiſcum omnibus gratia ſua & benignitate. *Et rurſus:* Dominus benedicet & dignos nos faciet, aſsiſtamus ſancto Altari, nunc & ſemper & in ſecula. *Et rurſus:* Benedictus DEVS qui benedicit & ſanctificat nos omnes, qui aſsiſtimus & operamur immaculatis ipſius myſterijs nunc & ſemper & in ſecula. *Diaconus Collectam Catholicam & uniuerſalem facit.* In pace Dominum oremus. *Populus:* Domine miſerere. *Diaconus:* Serua, miſerere, commiſerere ac cuſtodi nos DEVS tua gratia, ut mittat DEVS de cœlo pacem, & ut nobis benignus ſit, animasq́ noſtras ſeruet, Dominum oremus. Pro ijs qui ſunt utiles, & præclara opera exequuntur in ſanctis DEI Eccleſijs: qui pauperes commendatos habent uiduas & orphanos, peregrinos & indigentes, & qui nobis mandarunt ut memoriam eorum haberemus in orationibus, Dominum oremus. Pro ijs, qui in uirginitate & caſtitate, in monaſterijs, ac in uenerando connubio degunt. Et pro ſanctis Patribus & fratribus, qui in montibus, ſpeluncis & foraminibus terræ exercentur, Dominum oremus. Pro nauigantibus, iter facientibus, peregrinantibus Chriſtianis: ac pro fratribus noſtris, qui in captiuitate, exilio, carcere & dura ſeruitute agunt, ut in pace reuertantur, Dominum oremus. Pro remiſsione peccatorum, & pro uenia erratorum noſtrorum, & ut liberemur ab omni tribulatione, ira, periculo, & neceſsitate & inſultu hoſtium, Dominum oremus. Vt aërem temperatum reddat, pluuias leues, rores benignos, fructuum magnam uim, & ut annus plenam nobis omnium rerum copiam ſuppeditet, & totius anni curriculo fructus nobis abundent, Dominum oremus. Pro omnibus patribus & fratribus noſtris, præſentibus, futuris, & nobiſcum orantibus in ſancta hora & omni tempore, ſtudioſi, laborioſi, alacres ac diligentes ſint, Dominum oremus. Pro omni anima Chriſtiana afflicta & uexata, miſericordiæ & auxilij DEI indigente, & ut errantes reuertantur & redeant ad pietatem, ut infirmi conualeſcant, captiui liberentur, patresq́ ac fratres noſtri qui ante obierunt in pace requieſcant, Dominum oremus. Vt oratio noſtra exaudiatur, & accepta ſit coram DEO, & ut mittat nobis longam miſericordiam & commiſerationem ſuam, Dominum oremus.

Commemorationem agamus, ſanctiſsimæ immaculatæ, glorioſiſsimæ, benedictæ Dominæ noſtræ matris DEI, & ſemper uirginis MARIÆ, ac omnium Sanctorum & iuſtorum, ut precibus & interceſsionibus eorum, omnes miſericordiam conſequamur. Pro propoſitis præcioſis,

cœleſtibus, ineffabilibus, immaculatis, glorioſis, reuerendis, horrendis & diuinis donis, & ſeruet præſentem Sacerdotem, qui ea offert, dominum DEVM imploremus. *Populus ter:* Domine miſerere. *Deinde ſignacula Crucis Sacerdos facit ſuper dona: ſtans apud ſe dicat ter:* Gloria in excelſis DEO, & interra pax, hominibus bona uoluntas. *Ter:* Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. *Ter:* Impleatur os meum laude tua Domine, ut celebrem gloriam tuam, toto die magnificentiã tuam. Patris, Amen, Filij Amen, Et Spiritus ſancti, Amen, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorũ. *Et inclinans ſe hinc & inde dicit:* Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. *Et reſpondent:* Spiritusſanctus ueniet ſuper te & uirtus altiſsimi obumbrabit tibi. *Deinde Sacerdos diffuſe:* Domine Domine, qui uiſitaſti nos in miſericordia & commiſeratione, & nobis abiectis peccatoribus ac indignis ſeruis tuis conceſsiſti, ut confidentes accederemus ad ſanctum Altare tuum & offerremus tibi uenerandum hoc & incruentum ſacrificium, pro noſtris peccatis & ignorantijs populi, reſpice in me ſeruum tuum inutilem, & dele per uiſcera miſericordiæ tuæ delicta, & pura redde labia mea & cor ab omni inquinatione carnis & Spiritus, & auerte à me omnem cogitationem turpem & inſipientem, & idoneum fac me uirtute Spiritus tui ſanctiſsimi ad hoc ſacrum miniſterium, & recipe me tua bonitate accedentem ad ſanctum Altare tuum, & placeat tibi Domine, ut hæc quæ offerimus dona manibus noſtris accepta tibi ſint, meiſq; infirmitatibus condones: & ne proijcias me à facie tua, neq; meam indignitatem auerſeris, ſed miſerere mei, ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitates meas, ut inculpate accedens ante gloriam tuam, dignus ſim qui operiar protectione unigeniti filij tui, & illuminatione Spiritus tui ſanctiſsimi, nec ut ſeruus peccati reprobus fiam, ſed ut ſeruus tuus, gratiam inueniam & miſericordiam ac peccatorum remiſsionem coram te nunc, & in futuro ſeculo. Nunc dominator omnipotens, & omnibus uirtutibus prædite Domine exaudi orationem meam: tu es enim qui omnia in omnibus agis, & abs te omnes quærimus auxilium in omnibus & ſubſidium, & ab unigenito filio tuo, & à bono & uiuificante & conſubſtantiali ſpiritu, nunc & in ſecula.

DEVS, qui propter magnum & ineffabilem erga homines amorem, miſiſti filium tuum unigenitum in mundum, ut ouem errantem reduceret, ne auerſeris nos peccatores, uerendum hoc, & incruentum ſacrificium attrectantes. Non enim noſtra iuſtitia confidimus, ſed benigna miſericordia tua, qua genus noſtrum redimis, ſupplicamus & imploramus bonitatem tuam, ne miſterium hoc, quod ad ſalutem nobis diſpenſatum eſt, in condemnationem populo ſit, ſed in abolationem peccatorum, ac animarum & corporum renouationem: utq; DEO & patri gratum ſit, per miſericordiam & humanitatem unigeniti filij tui, cum quo benedictus es cum ſanctiſſimo, bono & uiuificante ſpiritu tuo, nunc & ſemper & in ſecula.

Domine DEVS qui nos creaſti & in hanc uitam protuliſti, qui nobis uitam ad ſalutem oſtendiſti, & benigne nobis myſteria cœleſtia detexiſti, quiq; nos huic miniſterio præfeciſti in uirtute ſanctiſsimi Spiritus tui: placeat tibi Domine, ut nos miniſtri ſimus tui Noui Teſtamenti, ac ſacri-

ac ſacrificij immaculatorum tuorum myſteriorum: & admitte nos accedentes ad ſanctum tuum Altare, ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, ut digni ſimus qui offeramus tibi munera, & ſacrificiũ pro nobis & pro ijs quæ populus per ignorantiam admiſit, daq́ nobis Domine, ut tibi cum omni metu ac pura cõſcientia hoc ſacrificiũ ſpiritale atq́ incruentum offeramus, quod ubi admiſeris in ſanctum, ſupercœleſte ac intellectuale tuum Altare in odorem ſuauitatis ſpiritalis, uiciſsim mitte nobis gratiam ſpiritus tui ſanctiſsimi. O DEVS, reſpice in nos, & ad noſtrum hoc rationale obſequium intuere, idq́ accipe, ut Abel dona accepiſti: Noe ſacrificia, Moſis & Aaronis ſacerdotia, Samuelis pacifica, Dauidis pœnitentiam. Zachariæ incenſum: ut de manu Apoſtolorum tuorum uerum hunc cultum accepiſti, ita quoq́ è manibus noſtris qui peccatores ſumus, recipe munera hæc propoſita per tuam benignitatem: & fac ut oblatio noſtra grata & acceptabilis ſit, per Spiritum ſanctum ſanctificata in propitiationem peccatorum noſtrorum, & eorum quæ populus per ignorantiam admiſit, & in requiem animarum eorum, qui ante nos dormiunt, ut & nos abiecti, & peccatores, & indigni ſerui tui, digni habiti qui ſine dolo miniſtremus ſancto Altari tuo, mercedem accipiamus, fidelium & prudentium diſpenſatorum, gratiamq́ inueniamus & miſericordiam in die illa tremenda retributionis tuæ iuſtæ & bonæ. *Oratio Velaminis.* Gratias tibi O Domine DEVS noſter agimus, quod nobis fiduciam dederis ad ingreſſum ſanctorum tuorum, quam renouaſti nobis uiam recentem & uiuentem per uelamen carnis CHRISTI tuæ. Dignos igitur cum nos feceris qui ingrediamur in locum tabernaculi gloriæ tuæ, ſimulq́ intra illud uelum, & aſpiciamus ſancta ſanctorum, flectimus genua ad tuam bonitatem, Domine miſerere noſtri, quandoquidem ueremur ac tremimus, quum tuum ſanctum Altare nobis accedendum eſt, & offerendum hoc ſacrificium uerendum & incruentum pro noſtris peccatis, & pro ijs quæ populus per ignorantiam admiſit. Emitte O DEVS tuam bonam gratiam, & ſanctifica animas noſtras, corpora, ſpiritumq́: & conuerte cogitationes noſtras ad pietatem, ut in pura conſcientia tibi oleum pacis offeramus ſacrificium laudis per miſericordiam & benignitatem, unigeniti filij tui, cum quo benedictus es, cum ſancto, bono & uiuificatore Spiritu tuo, nunc & ſemper. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Diaconus:* Stemus honeſte, ſtemus reuerenter, ſtemus cum timore DEI & compunctione: attenti ſimus diuinæ oblationi, ut Deo pacem offeremus. *Populus.* Oleum pacis, ſacrificium laudis. *Sacerdotes.* Et reuelans inuolucra ænigmatum, quæ Symbolice hoc ſancto ſacrificio circumdantur, clare nobis oſtende, & imple oculos noſtri intellectus luce illa incomprehenſibili, & paupertatem noſtram purificatam ab omni inquinamento carnis & Spiritus, dignam effice, quæ accedat ad hoc uerendum & horrendum miniſterium, quia mirum in modum benignus & miſericors DEVS es: & tibi gloriam & gratiarum actionem referimus, Patri, & Filio, & ſancto Spiritui, nunc & ſemper, & in ſecula. *Deinde Exclamatio:* Charitas Domini & Patris: gratia Domini & Filij, & communicatio, ac donum Spiritusſancti, ſit cum omnibus uobis. *Populus.* Et cum ſpiritu tuo. *Sacerdos:* Attollamus mentem & corda. *Populus.* Dignum & iuſtum eſt. *Deinde Sacerdos orat.*

Vere

Vere dignum & iuſtum eſt, dicens & debitum, ut te laudemus, te hymnis celebremus, tibi benedicamus, te adoremus, tibi laudem decantemus, tibi gratias agamus omnis creaturæ uiſibilis ac inuiſibilis opifici, theſauro æternorum bonorum, fonti uitæ & immortalitatis, omnium DEO ac Domino: quem cœli, & cœli cœlorũ laudibus celebrant, ac omnis uirtus eorum Sol & luna, uniuerſuſq; aſtrorum chorus, terra, mare, & omnia quæ in eis ſunt, Hieruſalem cœleſtis congregatio, Eccleſia primogenitorum deſcriptorum in cœlis: ſpiritus iuſtorum & Prophetarum: animæ martyrum & Apoſtolorum, Angeli, throni, dominationes, principatus, poteſtates ac uirtutes tremendæ, Cherubin q; multos oculos habentia, & Seraphin ſex alis prædita, quæ duabus quidem alis operiunt facies ſuas: duabus uero pedes, & reliquis duabus uolantia, clamant alterum ad alterum inceſſabili uoce perpetuis laudibus. *Exclamatio:* Hymnum trium pſalẽ tuæ magnificæ gloriæ, clara uoce canentia, clamantia, glorificantia, uociferantia ac dicentia. *Populus:* Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth: plenum cælum & terra gloria tua, Oſanna in excelſis: Benedictus qui uenit in nomine Domini, Oſanna in excelſis. *Sacerdos ſignacula faciens Crucis ſuper dona, dicit:* Sanctus es Rex ſeculorũ & omnis ſanctitatis Dominus & dator: ſanctus & unigenitus filius tuus Dominus noſter IESVS CHRISTVS per quem omnia feciſti: Sanctus, & Spiritus tuus ſanctus qui omnia perſcrutatur, etiam profunditates tuas: qui DEVS es, ſanctus es, omnipotens, & in omnia poteſtatem habens, bone, reuerende, miſericors & compatiens maximè creaturæ tuæ: qui feciſti hominem ex terra ad imaginem & ſimilitudinem tuam, qui dediſti ei ut Paradiſo frueretur, qui cum, poſtq; tranſgreſſus eſt mandatum tuum & lapſus eſt, nõ deſpexiſti neq; dereliquiſti, ô benigne, ſed corripuiſti eum ut miſericors pater: eum per legem uocaſti, per Prophetas inſtituiſti. Poſtremo autem ipſum unigenitum filium tuum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM demiſiſti in mundum, ut ueniens tuam renouaret atq; reſuſcitaret imaginem: qui de cœlo deſcendit & carnem indutus eſt ex Spirituſancto & Maria uirgine matreq; DEI: qui conuerſatus cum hominibus, omnia diſpenſauit ad ſalutem generis noſtri: & qui uoluntariam & uiuificam per crucem, mortem, expers ipſe peccati, pro nobis peccatoribus ſubiturus, ea nocte qua tradebatur, uel potius ſeipſum tradebat pro uita & ſalute mundi. *Deinde Sacerdos panem manibus accipiens, dicit.* Accipiens panem in ſanctas, immaculatas, inculpabiles & immortales manus ſuas in cœlũ ſuſpiciens, ac tibi DEO & patri oſtendens, gratias agens, ſanctificans, frangens, dedit nobis diſcipulis ſuis & Apoſtolis dicens. *Diaconi dicunt:* In remiſsionem peccatorum & uitam æternam. *Deinde exclamat:* Accipite, comedite: Hoc eſt corpus meum quod pro uobis frangitur & datur in remiſsionem peccatorum. *Populus:* Amen. *Deinde accipit calicem & dicit:* Similiter, poſtquam cœnauit, accipiens, calicem, ac permiſcens uino & aqua, & aſpiciens in cœlum, ac oſtendens tibi DEO & patri, gratias agens, ſanctificans, benedicens, implens Spirituſancto, dedit nobis diſcipulis ſuis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt ſanguis meus, Noui Teſtamẽti, qui pro uobis & multis effunditur, & datur in remiſsionem peccatorum. *Populus.* Amen. *Sacerdos:* Hoc facite in meam commemorationem, quotieſcunq; enim comederitis panem hunc, & hunc calicem biberitis, mortem filij hominis annunciatis, & reſurrectionem eius confitemini donec ueniat. *Dicunt Diaconi:* Credimus & confitemur.

fitemur. *Populus:* Mortem tuam Domine annunciamus, & reſurrectionem tuam confitemur. *Sacerdos:* Memores igitur & nos peccatores paſsionū eius uiuificarum, crucis ſalutaris, ac mortis, ſepulchri & reſurrectionis à mortuis tertio die, aſcenſionis in cœlum, & aſcenſionis eius ad dextram tuam, DEI & Patris: & ſecundi glorioſi & tremendi eius aduentus, cum ueniet cum gloria ad iudicandum uiuos et mortuos, cum reddet unicuiq; ſecundum opera eius, offerimus tibi Domine hoc ſacrificium uerendum et incruentum, orantes, ne ſecundum peccata noſtra nobiſcum agas, neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis, ſed ſecundum æquitatem tuam & ineffabilem humanitatem tuam, prætergrediens atq; delens chyrographum illud, quod eſt contra nos famulos tuos, largire nobis cœleſtia & æterna tua dona, quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparaſti DEVS diligentibus te: neq; propter me & propter peccata mea repudies populum, benigne Domine. *Deinde dicit ter repetens:* Populus enim tuus & eccleſia tua ſupplicant tibi. *Populus:* Miſerere noſtri Domine DEVS, Pater omnipotens. *Rurſus ſacerdos dicit:* Miſerere noſtri DEVS omnipotens, Miſerere noſtri, DEVS ſeruator noſter. Miſerere noſtri DEVS ſecundū magnam miſericordiam tuam, & dimitte ſuper nos, & ſuper hæc dona propoſita ſpiritum tuum ſanctiſsimum. *Deinde inclinata ceruice dicit:* Dominum uiuificum, una tecum DEO patre & unigenito filio tuo aſsidentem, ſimul regnantem, conſubſtantialem & coæternum, qui locutus eſt in lege & Prophetis: & in nouo tuo teſtamento, qui deſcendit in ſpecie columbæ ſuper Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM in Iordane fluuio, & manſit ſuper eum: qui deſcendit ſuper Apoſtolos tuos in ſpecie ignearum linguarū, in cœnaculo ſanctę & glorioſæ Sion in die Pentecoſtes: ipſum Spiritum tuum ſanctiſsimum demitte nunc quoq; domine in nos, & in hęc dona ſancta propoſita. *Et erigens ſe exclamat:* Vt ſuperueniens ſancta, & bona & glorioſa ſua præſentia ſanctificet, & efficiat hunc panem corpus ſanctum CHRISTI tui. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Et calicem hunc precioſum ſanguinem CHRISTI tui. *Populus:* Amen. *Sacerdos apud ſe ſtans:* Vt ſit omnibus ex his ſumentibus in remiſsionem peccatorum, & uitam æternam, in ſanctificationem animarum & corporum, ad fructus bonorum operum ferendos: In confirmationem ſanctæ tuæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, quam fundaſti ſuper petram fidei, ut inferorū portæ non præualeant aduerſus eam: liberās eam ab omni hæreſi & ſcandalis, & ijs qui operantur iniquitatem: ſeruans eam uſq; ad conſumationem ſeculi. *Et inclinatus ait:* Offerimus tibi Domine & pro ſanctis tuis locis, quos glorificaſti diuina apparitione CHRISTI tui, & aduentu ſanctiſsimi tui Spiritus, & præcipue pro glorioſa Sion matre omnium Eccleſiarum, & pro ſancta tua Catholica & Apoſtolica Eccleſia, quæ eſt per uniuerſum orbem: largę dona ſancti tui Spiritus nunc quoq; ſuppedita ei Domine. Memento Domine & ſanctorum Patrum fratrumq; qui in ea ſunt, ac Epiſcoporum qui per uniuerſum orbem orthodoxa fide diſtribuunt uerbū tuæ ueritatis. Memento Domine & omnis ciuitatis ac regionis, eorumq; qui in orthodoxa fide in ijs habitant, ut in pace ſecuritateq; degant. Memento Domine nauigantium, iter facientium, peregrinantium Chriſtianorum, in uinculis & cuſtodijs detentorum, captiuorum, exulum, eorum qui ad metalla & ſupplicia damnati ſunt, & in dura ſeruitute agunt, patrum & fratrum noſtrorum. Me-

mento Domine infirmorum & laborantium,& eorũ qui ab immundis ſpiritibus infeſtantur, ut à te DEO celeriter ab ijs ſanentur & ſeruẽtur. Memento Domine omnis animæ Chriſtianæ afflictæ & uexatæ imploratis miſericordiam & conſilium à te: conuerſionis etiam errantium. Memento Domine laborantium & miniſtrantium nobis patrum & fratrum noſtrorum, propter nomen ſanctum tuum. Memento Domine omnium, ut benigne illis facias: omnium miſerere Domine, omnibus reconciliare: redde multitudinem populi tui pacificam, diſsipa ſcandala, aboleto bella, ſiſte hęreſeon irruptiones, pacem tuam tuamq́ charitatem largire nobis, DEVS ſeruator noſter, qui es ſpes omnium finium terræ. Memento Domine temperiei aëris, imbrium leuium, mitis roris, ubertatis fructuum, & in totius anni circulum benignitatis tuę: Oculi enim omnium in te ſperant, & tu das illis eſcam in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Memento Domine eorum qui fructificant & præclara edunt facinora in Eccleſijs tuis ſanctis, & eorum qui pauperes, uiduas, orphanos peregrinos in memoria habent, & eorum omnium, qui nobis mandarunt, ut ſui memores eſſemus in orationibus.

Præterea meminiſſe digneris Domine eorum, qui has oblationes obtulerunt hodierno die ad ſanctũ altare tuum, pro quibus unuſquiſq́ obtulit uel in mente habet, & eorum quos nuper tibi recenſui.

Memento Domine ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ & miſerationum tuarum mei etiam, qui abiectus, qui abiectus & inutilis ſeruus tuus ſum, & Diaconorum circumſtantiũ ſanctum Altare tuũ, ac largire eis uitam inculpatam, eorum miniſterium ſine macula conſerua, & gradus bonos aſſerens tibi ut inueniamus miſericordiã & gratiam cum omnibus ſanctis tuis, qui ab æterno tibi placuerunt per generationem & generationem maiorum noſtrorum, Patrum, Patriarcharũ, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Doctorum, Sanctorum, & omnis ſpiritus iuſti, in fide CHRISTI tui conſumati. Aue MARIA gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui, quia ſaluatorem peperiſti animarum noſtrarum.

Beata uirgo ſalutabatur tempore Apoſtolorũ per Aue Maria ut hodie.

Deinde exclamat Sacerdos: Præcipue ſanctiſsimæ immaculatæ ſuper omnes benedictæ, glorioſæ dominæ noſtræ deiparæ ſemperq́ uirginis MARIÆ. *Cantores:* Dignum eſt te uere beatam dicamus Deiparam, ſemper beatam, & omnibus modis irreprehenſam, & matrem DEI noſtri honorabiliorem quam Cherubini, & glorioſiorem quam Seraphini, quæ ſine corruptione DEVM Verbum peperiſti, te reuera Deiparam magnificamus. *Et rurſus canunt:* Tibi ô plena gratia uniuerſa creatura gratulatur, Angelorum cœtus & hominum genus, quæ es templum ſanctificatum, paradiſus ſpiritalis, uirginum gloria, ex qua DEVS carnem aſſumpſit, & puer factus eſt DEVS noſter qui eſt ante ſecula: tuum enim uterum thronum fecit, & tuum uentrem latiorem ac ampliorem cœlis ipſis reddidit, tibi ô gratiæ plena, uniuerſa creatura gratulatur: gloria tibi. *Diaconus:* Memento Domine DEVS noſter. *Sacerdos inclinatus dicit:* Memento Domine DEVS noſter Spirituum & uniuerſæ carnis, quorum memoriam egimus, & quorum nos agimus, orthodoxorum ac recte de fide ſentientium, ab Abel iuſto uſq́ ad hodiernum diem: fac eos requieſcere in regione uiuentium, in regno tuo, in delicijs paradiſi, in ſinu

Abrahæ,

Abrahæ, Iſaac & Iacob, ſanctorum Patrum noſtrorum, unde exulat dolor triſtitia & gemitus, ubi præſidet lumen uultus tui & perpetuo fulget: noſtræ uero uitę fines, Chriſtianos acceptabiles, & peccatis puras in pace dirige: Domine, Domine, colligens nos ſub pedes electorum tuorum, quando uoles, & ut uoles, duntaxat ſine infamia & offenſionibus, per filium tuum unigenitum Dominum DEVM ac ſeruatorem noſtrum IESVM CHRISTVM: Ipſe enim ſolus eſt qui abſq; peccato apparuit ſuper terram.

Diaconus: Et pro pace & tranquillitate totius mundi & ſanctarum DEI eccleſiarum, pro quibus unuſquiſq; obtulit, uel cogitat offerre: & pro omni populo circumſtante, & pro omnibus. *Populus:* Pro omnibus. *Sacerdos exclamat:* Per quæ & nobis & ipſis ut benignus & humanus.

Populus: Remitte, ignoſce & condona DEVS peccata noſtra uoluntaria, & non uoluntaria: quæ opere admiſimus, quæ uerbo, quæ prudentes & imprudentes, quæ noctu, quæ interdiu: quæ animo & cogitatione, omnia nobis condona ut bonus & benignus. *Sacerdos:* Gratia & miſericordia ac benignitate unigeniti filij tui, cum quo benedictus es & glorificatus, cum ſanctiſsimo bono & uiuifico Spiritu tuo, nunc & ſemper & in ſecula. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Populus:* Et ſpiritu tuo, *Diaconus:* Etiam atque etiam ſemper Dominum in pace oremus, Pro oblatis & ſanctificatis pręcioſis, ſupercœleſtibus, ineffabilibus, immaculatis, glorioſis, tremendis, horrendis, diuinis donis Domino DEO, Oremus. Vt Dominus DEVS noſter acceptis ijs in ſanctum & ſupercœleſte mentale & ſpiritale altare ſuum, in odorem ſpiritalis fragrantiæ rependat, ac mittat nobis diuinam gratiam, & donum ſanctiſsimi Spiritus, oremus. Vnitatem fidei & communicationem ſanctiſsimi eius, & adorandi Spiritus poſtulantes, nos ipſos ac inter nos inuicem & omnem uitam noſtram CHRISTO DEO commendemus. *Populus:* Amen. *Sacerdos ad hæc orat:* DEVS & pater Domini ac DEI ac Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, magni nominis Dominus: natura beata, bonitas eſt fuſa, DEVS omnium ac Dominus: qui es benedictus in ſecula, qui ſedes ſuper Cherubin, qui à Seraphim glorificaris, cui aſsiſtunt mille millia, & decies millies decies millia ſanctorum Angelorum militiæ, dona tibi oblata, munera, frugum oblationes accepiſti in odorem ſuauitatis, ſanctificareq; & perficere dignatus es, ô bone gratia CHRISTI tui, & aduentu ſanctiſsimi Spiritus tui: ſanctifica Domine & animas noſtras, corpora & ſpiritus: noſtras quoq; mentes tange, explora conſcientias, omnemq; malam cogitationem à nobis aufer, omnem impudicam ratiocinationem, omnem turpem cupiditatem: indecentem omnem cogitationem: omnem inuidiam ac ſuperbiam & hypocriſim, omne mendacium, omne dolum, omnem huius uitæ diſtractionem, omnem auaritiam, omnem uanam gloriam, deſidiam omnem, omne uitium, omnem iram, omnē iracundiam, omnem iniuriarum recordationem, omnem blaſphemiam, commotionem omnem carnis & ſpiritus alienam à uoluntate ſanctitatis tuæ. *Exclamatio:* Et dignare Domine benigne, ut nos audacter & confidenter inculpate, pio corde, animo contrito, facie minime confuſa atq; erubeſcente, labijs ſanctificatis audeamus inuocare te ſanctum DEVM patrem qui in cœlis es, & dicere: *Populus:* Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, &c. *Sacerdos inclinatus dicit:* Et ne nos

inducas in tentationem, Domine, Domine uirtutum, qui noſti infirmitatem uirium noſtrarum, Sed libera nos à malo, & operibus eius, ab omni inſultu & inclinatione eius, propter nomen tuum ſanctum, quod inuocatum eſt ſuper noſtram humilitatem. *Exclamatio:* Quoniam tuũ eſt regnum, potentia & gloria Patris & Filij & Spiritus ſancti, nunc & ſemper. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Populus:* Et ſpiritui tuo. *Diaconus:* Capita noſtra Domino inclinemus. *Populus:* Tibi Domine. *Sacerdos:* Tibi inclinamus qui ſerui tui ſumus. Domine ceruices noſtras coram ſancto Altari tuo, expectantes copioſam à te miſericordiam, abundantem gratiam tuam & benedictionem demitte nobis Domine, & ſanctifica animas noſtras & corpora atq; ſpiritus, ut efficiamur digni, qui ſocij & participes ſimus ſanctorum tuorũ myſteriorum, in remiſsionem peccatorum, & in uitam æternam.

Exclamatio: Tu enim adorandus es & glorificandus es, ô DEVS noſter, & unigenitus filius tuus, & Spiritus tuus ſanctiſsimus, nũc & ſemper. *Populus:* Amen. *Sacerdos exclamat.:* Et erit gratia & miſericordia ſanctæ, & conſubſtantialis increatę & adorandæ Trinitatis cum omnibus nobis. *Populus:* Et cum ſpiritu tuo. *Diaconus:* Cum timore DEI & reuerentia attendamus. *Sacerdos attollens donum, apud ſe dicit:* Sancte, qui in ſanctis requieſcis, Domine, ſanctifica nos in uerbo tuæ gratiæ, & aduentu ſanctiſsimi tui Spiritus: Tu enim dixiſti Domine: Sancti eritis quoniam ego ſanctus ſum, Domine DEVS noſter, Verbum DEI incomprehenſibilis, & conſubſtantialis, Patri & ſpiritui ſancto, coæterne & inſeparabilis, ſuſcipe incorruptum hymnum in ſanctis & incruentis ſacrificijs tuis una cum Cherubin & Seraphin, à me quoq; peccatore, clamante & dicente. *Exclamatio:* Sanctus, Sanctus. *Populus:* Vnus ſanctus, unus Dominus IESVS CHRISTVS, in gloria DEI Patris, cui gloria in ſecula ſeculorum.

Diaconus: Pro remiſsione peccatorum noſtrorum, & propiciatione animarum noſtrarum, & pro omni anima afflicta, & uexata, miſericordiæ & auxilij DEI indigente, & conuerſatione errantium, curatione infirmorum, liberatione captiuorũ, requie patrũ & fratrum noſtrorũ, q ante nos dormierunt, dicamus omnes extenſa uoce, Dñe miſerere. *Populus duodecies:* Dñe miſerere. Deinde ſacerdos frangit panẽ, dimidiũq; dextra, ſiniſtra uero dimidiũ tenet, et q̃d tenet manũ dextra immergit in calicẽ, dicens: Vino ſanctiſsimi coporis & precioſi ſanguinis Dñi & DEI ac ſeruatoris noſtri IESV CHRISTI. *Et ſignat id quod tenet manu ſiniſtra: deinde hoc ſignato, alterum dimidium ſignati, ac ſtatim incipit diuidere, & ante omnia diſtribuere in ſingulos calices partem unam, dicens:* Vnitum eſt & ſanctificatum & conſumatum, In nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, nunc & ſemper.

Et cum ſignat panem dicens: Ecce agnus DEI, Filius patris, qui tollit peccata mundi, mactatus pro mundi uita & ſalute. *Et cum diſtribuit unam partem in ſingulos calices, dicit:* Porro ſancta CHRISTI, plena gratię & ueritatis, Patris, & Spiritus ſancti, cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum.

Deinde incipit diuidere in partes, & dicere: Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco paſcuę &c. *Deinde:* Benedicam Dominum in omni tempore &c. *Deinde:* Excitabo te DEVS meus Rex &c. *Deinde:* Laudate Dominum omnes gentes &c. *Diaconus:* Domine benedic.

Sacerdos: Dñs benedicet, & dignos nos faciet, qui puris forcipibus accipiamus

piamus igneum carbonem,& imponamus in ora fidelium, ad purgationem & renouationem animarum ipſorum & corporum nunc & ſemper. *Deindè quod ſequitur:* Guſtate,& uidete quod benignus eſt Dominus,qui in partes diſtributus ac non diuiſus,& fidelibus impertitus nec conſumptus eſt,in remiſſionem peccatorum,& uitam æternam,nunc & ſemper & in ſecula. *Diaconus:* In pace CHRISTI contemnis. *Cantores.* Guſtare & uidete quod benignus eſt Dominus. *Sacerdos orationem dicit ante communionem:* Domine DEVS noſter panis cœleſtis, uita uniuerſi, peccaui in cœlum, & coram te, & non ſum dignus particeps fieri, immaculatorum tuorũ myſteriorum, ſed ut miſericors DEVS dignum me fac gratia tua, ut citra condonationẽ particeps fiam ſancti corporis & precioſi ſanguinis,in remiſsionem peccatorũ & uitam æternã. *Deinde impertit Clero. Cum autem attollunt Diaconi diſcos & calices ad impertiendum populo, Diaconus ait,tollens primum diſcum:* Domine benedic. *Sacerdos reſpondet:* Gloria DEO qui ſanctificauit & ſanctificat nos omnes. *Diaconus ait:* Exaltare ſupra cœlos DEVS, & ſupra terrã uniuerſam gloria tua & regnũ tuũ permanet in ſecula ſeculorũ. *Et cum Diaconus depoſiturus eſt in menſulam,ait Sacerdos:* Benedictum nomen DEI noſtri in ſecula. *Diaconus:* Cum timore Dei ac fide & dilectione accedite. *Populus:* Benedictus qui uenit in nomine Domini. *Et rurſum cum attollit diſcum de menſa,ait:* Domine benedic. *Sacerdos:* Serua DEVS populum tuum, & benedic hæreditati tuæ. *Sacerdos rurſus:* Gloria DEO noſtro, qui ſanctificauit nos omnes, *Et cum deponit calicem ſuper ſanctam menſam,Sacerdos ait:* Sit nomen Domini benedictum in ſecula ſeculorum. *Diaconi & populus dicunt:* Imple os noſtrum laude tua Domine,& gaudio reple labia noſtra,ut laudamus gloriã tuã,& toto die magnificentiam tuã. *Et rurſus:* Gratias agimus tibi CHRISTE DEVS noſter, quoniam dignatus es nos participes fieri corporis & ſanguinis tui in remiſsionẽ peccatorum,& uitam æternam. Vt nos à condemnatione obſecramus,ut qui bonus & benignus ſis. *Oratio ſuffitus ad extremum ueſtibulum:* Agimus gratias tibi Seruatori,uniuerſorum DEO,pro omnibus bonis quæ nobis præbuiſti,& pro ſumptione ſanctorum & immaculatorum tuorum myſteriorum: offerimus tibi ſuffitũ hunc,orantes ut nos cõſerues ſub operimento alarum tuarũ, & digneris nos uſq; ad ultimũ uitæ noſtræ ſpiraculum particeps facere ſanctificationum tuarum,in ſanctificationem animarum & corporum,in hæreditatem regni cœlorum,quia tu es ſanctificatio noſtra DEVS, tibi gloriã & gratiarum actionem referimus, Patri & Filio & Spiritui ſancto. *Et incipit Diaconus in ueſtibulo:* Gloria tibi,gloria tibi, gloria tibi CHRISTE rex, uerbum Patris unigeniti,quoniã dignatus es ut nos peccatores & indigni ſerui tui fruamur immaculatis myſterijs tuis, in remiſsionem peccatorum & uitam æternam. Gloria tibi. *Et cum ueſtibulum tranſierit Diaconus,incipit hunc in modum dicere:* Etiam atq; etiam & omni tempore Dominum in pace oremus, ut perceptio ſacrorum eius myſteriorũ,ualeat nobis ad amoliendã omnẽ malam rem,in uiaticũ æternæ uitæ,in communicationem ac donum Spiritusſancti,oremus. *Sacerdos orat:* Deus qui propter multam & ineffabilem benignitatem condeſcendiſti infirmitati ſeruorum tuorum,& dignatus es nos menſæ huius cæleſtis participes facere,ne condemnes nos peccatores, ob perceptionem myſteriorum tuorum immaculatorum: ſed conſerua nos benigne in ſanctificatione Spiritusſancti tui, ut ſancti effecti,aſſequamur partem & hæreditatem, cum

 omnibus

omnibus ſanctis qui tibi ab æterno accepti fuerunt in lumine uultus tui, per miſericordiam unigeniti filij tui Domini ac DEI ac Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, cum quo benedictus es cum ſancto & benigno atq; uiuifico Spiritu tuo: quoniam benedictum & glorificatum eſt omnibus modis honorandum, & magnificum nomen tuum, Patris & Filij & Spiritusſancti, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. *Populus:* Amen. *Sacerdos:* Pax omnibus. *Populus:* Et Spiritui tuo. *Diaconus:* Inclinemus capita noſtra Domino. *Sacerdos:* DEVS magnus & mirabilis, reſpice famulos tuos, quoniam tibi ceruices inclinauimus: extende manum tuam fortem, & plenam benedictionibus, & benedic populo tuo: Conſerua hæreditatem tuam, ut ſemper & perpetuo glorificemus te ſolum uiuentem & uerum DEVM noſtrum, ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritumſanctum, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. *Exclamatio:* Tibi enim conuenit & detur laus & gloria à nobis omnipotens honor & adoratio ac gratiarum actio, Patri & filio & Spirituiſancto, nunc & ſemper. *Populus:* Amen. *Diaconus:* In pace CHRISTI cantemus. *Et rurſus dicit:* In pace CHRISTI eamus. *Populus:* In nomine Domini, Domine benedic. *Oratio quando dimittitur populus quæ dicitur à Diacono.* Ex gloria in gloriam progredientes, laudamus te ſeruatorem animarum noſtrarum. Gloria Patri & Filio & Spirituiſancto, nunc & ſemper & in ſecula laudamus te Seruatorem animarum noſtrarum. *Sacerdos orationem dicit ab ipſo Altari uſq; ad armarium:* Ex uirtute in uirtutem progredientes, & abſoluto omni diuino ſacrificio in templo tuo, nunc etiam te oramus, Domine DEVS noſter, dignare nos perfecta benignitate: dirige uiam noſtram, confirma nos, & ſtabili in timore tuo, & nos dignare regno cœleſti, in CHRISTO IESV Domino noſtro. Cum quo benedictus es cum ſancto, bono & uiuifico Spiritu tuo, nunc & ſemper & in ſecula. *Diaconus:* Etiam atq; etiam ac ſemper in pace Dominum oremus. *Oratio, quæ dicitur in armario, poſtquam dimiſſus eſt populus:* Largitus es nobis DEVS, ſanctificationem in perceptione ſanctiſsimi corporis & precioſi ſanguinis unigeniti filij tui Domini noſtri IESV CHRISTI: Impartire nobis gratiam quoq; Spiritusſancti tui boni: & conſerua nos inculpabiles in fide: deduc nos in perfectam adoptionem & redemptionem, & in futuras illas æternas fruitiones: tu enim es ſanctificatio & illuminatio noſtra, DEVS ac unigenitus tuus filius, & Spiritus tuus ſanctiſsimus nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen. *Diaconus:* In pace CHRISTI conſeruemur. *Sacerdos:* Benedictus eſt DEVS qui benedicit & ſanctificat perceptionem ſanctorum: uiuificatorum & immaculatorum myſteriorum, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

Deinde oratio propitiationis:

Domine IESV CHRISTE fili DEI uiuentis, agne ac paſtor qui tollis peccata mundi, qui debitum duobus debitoribus remiſiſti, & peccatrici mulieri remiſsionem peccatorum eius largitus es, remitte condona, ignoſce DEVS, peccata noſtra uoluntaria & non uoluntaria, quæ prudentes & imprudentes perpetrauimus: quæ per tranſgreſsionem & inobedientiam fecimus: quæ Spiritus tuus ſanctiſsimus melius nouit, quam ſerui tui: & ſi quid à mandatis tuis, ut homines carnem geſtantes, &

mundum

& mundum hunc inhabitantes, uel à diabolo ſeducti aberrarunt, ſiue dicto, ſi ue facto: uel in maledictionem inciderunt, aut peculiari anathemate irretiti ſunt, rogo & precor ineffabilem tuã benignitatẽ ut uerbo abſoluantur, & ut ipſis condones, & iuſiurandum & peculiare anathema ſecundum bonitatem tuam.

Age Domine Domine, exaudi orationem meam, pro ſeruis tuis, & prætermitte, ut iniuriarum immemor, omnia eorum errata: Ignoſce illis omne delictũ & uoluntariũ & inuoluntariũ: libera eos ab æterno ſupplicio: Tu enim es qui præcepiſti nobis dicens: Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, erũt ligata in cœlis, & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlis, quoniam tu es DEVS noſter: DEVS, qui miſereri, ſeruare, & dimittere peccata potes, ac te gloria decet cum patre ſine principio, & Spiritu uiuifico, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

S. IVDAS THADDÆVS.

S. IVDAS THADDÆVS Apoſtolus, frater Simonis Chananæi & Iacobi prædicti frater, filius Mariæ Cleophę & Alphæi: Scripſit ad omnes fideles epiſtolam, quæ inter Canonicas poſtrema ordine habetur. Fuit quidem olim de illa à quibuſdam dubitatum, uetuſtate tamen & uſu meruit inter ſacras ſcripturas reputari. Hanc approbat Apoſtolicam eſſe ultimus Canon Apoſtolor. Anaclet. Papa Apoſtolor. diſcipulus, poſteriorem Iudæ Epiſtolæ partem ad uerbum recitat. Aug. lib. de fide & operib. cap. 14. Hieron. in uiris Illuſtr. Epiphan. lib. 1. Tom. 2. Hæres. 26. aliquoties Iudæ uerba recitat, ut litem Diaboli cum Michaele Archangelo de corpore Moſis. Et illud. Qui carnem maculant quem locum ait pro ſe Gnoſticos rapuiſſe, expreſſo Apoſtoli nomine. Petrus de Natal. lib. 9. cap. 15. Volaterran. lib. 19. Commentar. ANNO. LIII.

BETHLEEMITÆ.

S. EVARISTVS.

S. EVARISTVS, Bethleemites Syrus Iudæ filius, Apoſtoli Petri diſcipulus, uir ſanctiſsimus: cum Anacleto in Pontificatu Romano ſucceſsiſſet, ad petitionem Epiſcoporum Aphricæ & Ægypti quædam decreta promulgauit. Nam illi ſignificarant per Epiſtolam eſſe quoſdam qui ex 1. ad Timoth. cap. 6. Pauli, Ipſe ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem, putarent ſolum Patrem ſine filio lucem illam inhabitare: quorum errorem doctiſsime copioſiſsimeq; refutat, laudans Epiſcopos quod normam prudentium ſecuti ad ſedem Apoſtolicam referre maluerint quaſi ad caput, quod deberent de rebus dubijs retinere, potius quam uſurpatione præſumere, Scripſit igitur doctiſsimas duas Epiſtolas. ANNO XCVI.

Ad Epiſcopos Aphricanos.	*Epiſt. 1.*
Ad Epiſcopos Aegypti.	*epiſt. 1.*

Decretum autem inter reliqua ſanctiſsima hoc ſtatuit, ut uirgines uiro nupturæ Chriſtianæ publice à Sacerdote conſecrarentur.

DE MATRIMONIO SOLENNI ET CLANDESTINO.

Cuſtoditum, inquit, Epiſt. 1. & traditum habemus ut uxor legitime uiro iungatur. Aliter enim legitimum (ut à patribus accepimus & à ſanctis

Apoſtolis

Apoſtolis eorumq́ſ ſucceſſoribus traditum inuenimus, non ſit coniugium, quãdo ſponſorũ uoluntas nõ ſuffragatur niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam uidẽtur dominationẽ habere & à quibus cuſtoditur, uxor petatur, & à parentibus aut propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore (ut moris eſt) cum precibus & oblationibus à ſacerdote benedicatur: & à paranymphis (ut conſuetudo docet) cuſtodita, & ſociata à proximis, tempore congruo petita, legibus dotetur, & ſolenniter accipiatur: biduo uel triduo orationibus uacent & caſtitatẽ ſeruent, ut bonæ ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placebunt, & filios non ſpurios, ſed legitimos & hæreditabiles generabunt.

DE PRIVILEGIIS ECCLESIARVM.

Ibidem ſic ait: De cætero uero caueantur talia per omnes Eccleſias, ne Eccleſiæ ſanctitas per noſtram fatigata negligentiam perdat priuilegia, quæ eſt per uiros uenerabiles conſecuta.

DE EPISCOPORVM REVERENTIA.

Epiſt. 2. (quam per clariſsimos Gallum & Braduam Coſſ. Roman. miſit) ſignificat ſe intellexiſſe, quod quidã Ægyptij Epiſcopi à ſuis infamati, dilacerati & è ciuitatibus proprijs pulſi ſint: Reprehendit igitur illos, docens omnino id fieri non licere: ſed protinus reuocandos eſſe. Epiſcopum enim plus quã omnes ſubditos laborare: non tantum pro ſe, ſed & pro alijs. Ideo in tantum pro ipſo laborandum eſſe, ut (ſi neceſſe fuerint) animas ſuas pro eo ponere non dubitarent. Et ſi forte aliquam querelam aduerſus eos habuerint: diligenter eſſe eorum cauſam ab Eccleſia ex animandam qui accuſant, antequam audiantur: qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua uita, qua conſcientia, quoue merito: ſi pro DEO aut pro uana gloria, aut inimicitia, aut cupiditate iſta ſuſceperint nec ne. Quo facto authoritate ſedis ſanctæ Roman. determinandum &c.

DE DIACONIS ECCLESIARVM.

Epiſt. 1. Diaconi (qui quaſi oculi uidentur eſſe Epiſcopi) in unaquaq́ſ ciuitate iuxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant Epiſcopum prædicantem, ne aut ipſe ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis.

BETHSAIDENSES.

S. PETRVS.

ANNO XLIIII. S. SIMON PETRVS, Cephas, Ioannis filius, Princeps Apoſtolorum, cum poſt peragratas Orientis & Occidentis plagas Romanæ præſideret Eccleſiæ, intellexit quædam, quæ D. Paulus pro rei grauitate altiſsime tractarat à rudioribus & demum ab hæreticis male explicari, in ſuã ipſius perniciem.

Scripſit quomodo Scriptura ſacra ſanctè eſſet intelligenda. epiſtolis duabus.

Ad Ponti. Galat. Cappa. Bythin. Aſiæ Eccleſ.	*Epiſt.* 1.
Ad uniuerſam Eccleſiam.	*Epiſt.* 1.
Et breuem pro Miſſa celebranda liturgiam.	

Vtramq́ſ epiſtolam probat ultimus Canon Apoſtolor. in Clemente, Fuit tamen poſterior in dubium uocata, non aliam ob cauſam, quam quia ſtylus diuerſus

diuerſus eſſe, uideatur à priore: cum Spiritusſanctus non ligatus ſit ad horum obſeruationem. Orig. ait: At Petrus, ſuper quo ędificatur CHRISTI Eccleſia, aduerſus quam neq; inferorum portæ præualent, unam citra controuerſiam reliquit epiſtolam. Verum ſit eius etiam altera, quæ tamen in dubium uocatur.

HIEROSOLYMITANI.

S. MARCVS.

S. MARCVS Euangeliſta, unus ex ſeptuaginta cuius Petrus in priore ſua Canonica meminit, Epiſcopus Aquileienſis fuit, & diſcipulus Petri: cum Apoſtolus tantū in auditoribus pietatis lumen concionando relinqueret, ut auditis contenti non eſſent, Marcū, qui Petrum tū ſequebatur obteſtati ſunt, ut monumentum aliquod traditę ſibi diſciplinę ſiue ſcripto, in literas relatum eis relinqueret: Vnde ille diligenter quæ memoriæ commendarat conſcripſit, non quidem ſermonum Domini, ne quis ipſum hinc erraſſe arbitretur, ſeruato ordine: ſed prout à Petro recitari eos, qui auditorum captui ſtudebat, intellexerat. Cum uero Apoſtolus illorum uirorum cupiditatem cognouiſſet, in tantum laudauit, ut conſcriptum à Marco Euangelium, ſuo iudicio & authoritate comprobarit: atq; in Eccleſiis deinceps legi præceperit. Idem igitur eſt, ſiue dicamus Marcum dictante Petro ſuū conſcripſiſſe Euangelium, ſiue ex illius concionibus obſeruaſſe. Non enim diuerſum dictaturus erat ab eo quod docuerat. Latine edidit Euangelium. *Vitam uero S. Barnabe teſte Beda conſcripſit Græce. Congeſſit idem pro Alexandrina ſua Eccleſia Liturgiam, quæ coniuncta eſt Miſſæ S. Petri, ut Turrian. teſtatur.* ANNO XLVI.

FL. IOSEPHVS.

FL. IOSEPHVS, Iudæus Mathatię Iudaici ſacerdotis filius ex Hieroſolymis: inſignis Hiſtoricus, atq; celeberrimus Philoſophus non minus enim in Gręcorū diſciplinis quam inſtitutis patriis uerſatus fuit. Vnus eorū qui excidio Hieroſolymitano interfuit, in quo & ſtrenuū ducem egit, ut ipſe de ſe fatetur. Scripta eius ob inſignem eruditionem qua ſcatent, à Tito Cęſare probata, in Romanam bibliothecā ſunt repoſita. Ipſi uero autori ad perpetuam nominis famam, ſtatuam erigi curauit, & ciuitate donauit. Doctiſsimorū uirorum maximus fuit obſeruator, eorū præſertim, qui eruditioni uitæ ſanctimoniam coniungebant. Vnde licet religioni patrię nunq; renunciarit, noſtrorū tamen uitam & mores adeo eſt miratus, ut pręterire non potuerit, quin ſancta eorum inſtituta prolixe laudaret. Quia tamen ſecretiora quęq; illi, utpote Iudęo incognita erant, confundit Ebionitarum hęreticorum obſeruationes cum iis, quas Chriſtiani Monachi tenebant. Eſt etiam aliquando propenſior in ſuam ſectam ut malit ea quæ excelſa uidentur Iudæis attribuere, quam Chriſtianis. Quanq; ea ętate & ab his ſeruabantur quędam ceremonię Iudaicę, donec Synagoga cum honore ſepulta eſſet. De CHRISTO multa, ſed tamen formiduloſe loquitur: Cum eū hominem appellat ſubiungit, Si modo fas eſt hominem eum appellare. Fatetur interim à Phariſęis propter magnitudinem ſignorum morti traditum, Ioannem etiam Baptiſtam, uerum Prophetam fuiſſe. De D. Iacobo fratre domini tam magnifice ſentit, ut putet ob illius mortem ab Hieroſolymitanis Iudęis illatam ſanctæ urbis excidium accidiſſe diuinitus. Citatur à nobis prolixius par. 3. diſtinc. 1. de Monaſt. Phil. cultorib. Scripſit Græco ſermone. ANNO LXXXV.

Antiquitatum Iudaicarum	*Lib.* XXIIII.
De bello Iudaico	*lib.* VII.
De Antiquitatibus Hebræorum	*lib.* II.
Contra Appionem Grammaticum	*lib.* II.
De potentia dicendi	*lib.* I.
De Machabæorum geſtis	*lib.* II.

In 20. uero antiquitat. libro promittit 4. libros de DEO *ſe ſcripturum, in quibus quam de* DEO *Iudæi habeant opinionem uelit explicare.* Hieron, de uiris illuſtrib. Niceph. lib. 2. cap. 18. Euſeb. lib. 3. cap. 9. & 10.

S. MARTIALIS.

ANNO XLVI. S. MARTIALIS, unus ex LXX. diſcipulis, Iudæus, Hieroſolymitanus, S. Stephani prothomartyris conſanguineus, uidit CHRISTVM ſepeliri, reſurrectionis locũ, & unus cui Dominus poſt reſurrectionem apparuit, ut ipſe de ſe fatetur: ſcripſit Apoſtolica doctrina, Apoſtolum enim CHRISTI ſe nominat:

Ad Burdegalenſes	*Epiſt.* I.
Ad Toloſanos	*epiſt.* I.

DE TRINITATE.

Hic non obſcure ſe Prophetam fuiſſe indicat, quando epiſt. I. aperte futuros qui in Trinitatis myſterio errores ſeminaturi eſſent, deſcribit. Docet quid fideles de eo tenere debeant: Vnitatem, quam colligit ex eo, Audi Iſrael Dominus DEVS tuus, DEVS unus eſt. Trinitatem ex eo, Ego ſum DEVS Abraham, DEVS Iſaac, DEVS Iacob. Trinitatem in unitate, ex dicto hoc, Ego ſum, qui ſum. CHRISTVM uero principium de principio genitum, Patri ſecundum æternitatem coęqualem per omnia fatetur. Spiritũ ſanctum non genitũ ſicut Verbum, ſed quia in diuina æqualitate ſit glorioſus, proceſſiſſe ab eo qui genuit & ab eo quoq; qui genitus eſt, unde inquit: Spiritus Domini non genitus, non factus nec creatus, ſed procedens à Patre & Verbo. Concludit: Nihil ergo diſcretum in diuinitate Trinitatis ſentiatis.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

Cap. 3. eiuſdem epiſt. recenſet, quomodo ipſe altaribus dęmoniorum demolitis, aram ignoti DEI ad conſecrationẽ reſeruari uoluerit: eamq; eſſe dedicatam nomine DEI Iſrael, & ipſius primi teſtis Stephani, non quidem, ait, ut DEO, ſed ut DEI amico. Apertiſsime aũt demonſtrat illam aram ad Miſſarũ ſolennia peragenda reſeruatam eſſe, & quidem ſanctificatam aliquoties repetit. Sacrificiũ enim, inquit, DEO creatori offertur in ea ara, non homini neq; Angelo. Clarius adhuc quale ſit illud ſacrificium, & quid ſit quod offertur explicat: nimirũ oblationem illam mundã eſſe, quam Malachias Propheta (cuius uerba citat, & Patres de Miſſa exponunt) ubiq; offerendum DEO in gentibus prędixerat: ſicut teſtatus eſt, ait, cuius corpus & ſanguinem in uitam ęternum offerimus. Iudęi per inuidiam immolauerunt; nos cauſa ſalutis in ſanctificata proponimus. Tandem uſq; adeo hanc oblationem extollit, ut ſolũ dicat eſſe remedium ad præſtandam nobis uitam, & effugandam mortem, qua ipſe Dominus noſter iuſsit hoc agere in ſui commemorationem, aperte indicans Miſſę ſacrificium, per illa CHRISTI uerba, Hoc facite in meam commemorationem, eſſe præceptum.

Altare S. Stephani tempore Apoſtolorum.

DE SACERDOTIBVS HONORANDIS.

Ibidem: Honorabitis, inquit, ſacerdotes qui uos ſuis ſacrificijs decipiebant, ergo multo magis ſacerdotes DEI omnipotentis, qui uitam uobis tribuunt

in cali-

in calice & uiuo pane. Epiſt. ad Toloſan. ait ſe ad regendam Eccleſiam illorum Stephanum quendam præfeciſſe, ſicut Spiritui ſancto & ſibi uiſum erat, Illi ergo, inquit, obedire debetis in omnibus, quia Princeps à DEO uobis conſtitutus eſt: à quo omnis poteſtas & paternitas in cœlis & in terra originem ac fortitudinem ſumpſit.

DE VIRGINITATE ET COELIBATV.

In eadem epiſt. ultra matrimonij gradum homini licite conceſſum, uiduitatem in præmio maiori conſtituit (CHRISTVS) Sed & tertium excellentem gradū honeſtatis in uirginitate demonſtrauit nobis perfectum, ac per omnia ſimilem Angelicæ uoluntati, ad quem inuitabat nos dicens: Non omnes capiunt uerbū hoc, ſed qui poteſt capere capiat. Ideo prædico uobis, quicunq; in uobis uiduitatem propter repenſationem elegerunt, non fraudabuntur munere claritatis DEI. Qui uero in ſublimitate excellentiori permanſerint, uirgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam conſequentur. Nam qui in uirginitate ſingulari uirginitatem matris ſuæ elegit, qui mortuus & reſurrexit primogenitus pro mortuis, magnificentius ſecum, qui tales eſſe elegerint, in benedictione & regno Patris exaltabit. Et gloriatur Martialis quod Stephanum illum, ſuauitate premij futuri illectū, copulam carnalium nuptiarum deuitare perfecerit. Item quod uirginem Valeriam Regis terreſtris ſponſam, per ipſius prædicationē Regis cœleſtis ſponſa effecta, uirginitatem mentis & corporis DEO uouerit.

DE SIGNO CRVCIS.

Ad Burdegal. indicat, quod S. & uiuificæ crucis imago paſsim apud Chriſtianos Apoſtolorum tempore fuerit erecta: Crucem, inquit, Domini, in quem credidiſtis, DEVM uerum & DEI Filium, ſemper in mente, in ore, in ſigno tenete.

NAZARETHANI.

S. IOANNES EVANGELISTA.

S. IOANNES Euangeliſta & Apoſtolus, dilectus ille: Zebedæi filius, Iacobi Apoſt. frater, nobilis ille uolucer Aquila, qui ad ipſum ſolis iubar primus uolauit abſq; ulla oculorū mutatione, æterni luminis ſua perſpicacitate deſcribens naturam. Cum Matthæi, Marci & Lucæ Euangelia uidiſſet, approbauit quidem ea, deeſſe tamen quædam ſignificabat. Rogatus ergo ab Aſiæ Epiſcopis, poſtremus ſuum exorſus eſt conſcribere Euangelium, idq; propter Cerinthum hæreticum, qui de CHRISTI natiuitate multa impia iam ſparſerat. Relegatus uero in Pathmum inſulam, conſcripſit diuinam Apocalypſim. Item epiſtolas tres Canonicas, primam uniuerſæ Eccleſiæ: Reliquas duas perſonis priuatis. Hæc omnia ſcripta approbat apud Clementem ultimus Canon Apoſtolor. Poſtea tamen ſecuti ſunt quidam qui Apocalip. & poſteriores duas epiſtolas non Ioanni Apoſtolo, ſed ſeniori cuidam Presbytero eiuſdem nominis, cuius unicus Papias meminit. Cum tamen Irenæus. Origen. Melito, Hippolytus, Hieron. Auguſt. & alij cum tota Eccleſia, Ioannem Apoſtolum, uerum authorem agnoſcant.

ANNO LXXXIII.

THARSENSES.

S. PAVLVS.

S. PAVLVS Apoſtolus, de tribu Beniamin, in Tharſo Ciliciæ natus, quo parentes eius Romanos fugientes commigrarant, educatus. Vas illud electionis, & concionatorum gloria, ſolicitus ſemper de ſuis Eccleſijs abſens, per literas eas eſt conſolatus epiſtolis decem; quatuor ad priuatas perſonas directis: Sunt autem:

Ad Romanos	I.	*Ad Theſſalonicenſes*	II.
Ad Corinthios	II.	*Ad Timotheum*	II.
Ad Galatas	I.	*Ad Titum*	I.
Ad Epheſios	I.	*Ad Philemonem*	I.
Ad Philippenſes	I.	*Ad Hebræos*	I.
Ad Coloſſenſes	I.		

ANNO XLVIII. Atq; has omnes ab Apoſtolorum tempore Catholica agnouit Eccleſia uſq; in hodiernum diem. Cæterum epiſtol. ad Hebræos certum eſt ſepultis Apoſtolis exorſos eſſe quoſdam naſutiores qui eam à reliquis Paulinis ſepararent, cum tamen in Apoſtolor. Cano. habeatur. Et Origenes quidem loco ſæpius citato ſua ætate in plurimis Eccleſijs eam recitatam eſſe affirmat: Itaq; ait, ſi quæ Eccleſia eam epiſtolam pro Paulina habet, merito ea iſto nomine bene audiat, non fruſtra enim ueteres eam Paulo adſcripſere. Philoſophi illi recenter ad fidem conuerſi retinebant adhuc morbum illum in iudicandis ſcripturis ſacris ſicut in prophanis, Clemens Alexandrin. in libris Stromat. rationem unam illorum adfert talem: quia præter morem Paulinum, nomen & ſalutatio omiſſa ſint in illa epiſt. Hoc excuſat in hunc modum. Paulum Iudæis adhuc fuiſſe ſuſpectum, ne ergo ſtatim in initio à lectione illorum, abſtereret animos ſuo nomine, ſtudio eſſe prætermiſſum. Præter hanc rationem erat alia efficatior, ut Orig. Clemens & alij multi indicant. Styli ſcilicet elegantia, & affectata phraſis, quam à Paulinis epiſtolis longe aiunt eſſe. Sed & hic omnes illi occurrunt ſuo dubio. Phraſim eſſe interpretis, ſententia uero Apoſtoli. Hic ſuæ genti Hebraicè ſcripſerat. At interpres (ut quidam uolunt) Euangeliſta Lucas, ſuis diſertiſsimis Græcis, diſerte eam eſt interpretatus. Putant alij melius à Clemente Roman. eſſe uerſam. Ait ergo Origen. Ego quidem iudicium meum declarans, dixerim ſententias, prorſus Apoſtoli eſſe: elocutionem uero aut contextū alicuius qui Apoſtolica dicta memoria gratia in contextum retulerit. Et hinc Clemen. Alexand. ait Lucam ambitioſa lingua eam uertiſſe. Relictis alijs, ſufficit antiquiſsimi theologi Origenis in hanc epiſt. encomium. Quod ſententiæ eiuſdem epiſtolæ admirandæ prorſus ſint, ait, & à ſcriptis eis, quæ ex profeſſo Apoſtolica habentur, minime ſecundæ, & id, qui attente in Apoſtolica lectione eſt uerſatus, non negabit.

ARIMATHIENSES.

S. IOSEPHVS ARIMATHIENSIS.

S. IOSEPHVS, à ciuitate Iudææ Arimathia nomine oriundus nobilis ANNO XLV. decurio, & occultus CHRISTI diſcipulus, ille qui corpus Dominicum ſepeliri petijt à Pilato. Poſt urbis Hieroſolymæ deſtructionem Apoſtolis adhæſit: atq; hoc pacto iam ſenex in Britanniam profectus in urbe Vuellia Chriſtum prędicauit. Relinquens uero Inſulam, ut renouaret ſui memoriā, ſcripſit epiſtolam ad Britannos, Vergil. Polydor. in Hiſtor. Angl. Annal. Anglor.

ANTIOCHENI.

S. LVCAS.

S. LVCAS Euangeliſta, Antiochenus, ex Cœleſyria, Medicus, pictor, & Græcarum diſciplinarum apprime doctus: iubente Paulo quem continuus ſequebatur, poſt Matthæum & Marcum cum in Achaiæ partibus ſuum conſcripſit Euangelium ſicut à Paulo prædicari audierat. Et quia tum Eccleſia CHRISTI quotidie incrementa ſumebat, conueniens erat deſcribere aliquem Apoſtolicorum uirorum, quibus medijs aucta ex Tyrannorum perſecutionibus emerſiſſet. Lucas igitur ad hanc rem idoneus, utpote Gentiū Doctoris indiuiduus comes aggreſſus eſt Apoſtolicam contexere hiſtoriam, incipiens à miſsione Paracleti, uſq; ad biennium commorantis Pauli Romæ. ANNO LXVII.

S. IGNATIVS.

S. IGNATIVS Ioannis Apoſtoli auditor & diſcipulus: ac tertius poſt Petrum Apoſtolor. principem Antiochenus Epiſcopus: cū Traiani, qui tum Antiochiæ erat magno zelo reprehenderet ſuperſtitionē, uinctus Romam, ut ibi leonibus eſca obijceretur, miſſus eſt: In itinere ergo multum de ſua ſalute & perſeuerantia ſolicitus, ad diuerſas Eccleſias, quibus notus erat epiſtolas miſit obnixe petens, ut pro ſua conſtantia orarent: ſed & antequā in uincula conijceretur, comperit quoſdam hæreticorū aſtutia à uera fide deuiaſſe. Hos etiam tanquam pius paſtor epiſtolis aliquot in uiam reducere eſt conatus. Scripſit autem Apoſtolica grauitate, ſermone Græco. ANNO XCIX.

Ad Trallinos	*Epiſt.*	*I.*	*Ad Philippen.*	*Epiſt.*	*I.*
Ad Magneſianos	*epiſt.*	*I.*	*Ad Philadelphien*	*Epiſt.*	*I.*
Ad Tarſenſes	*epiſt.*	*I.*	*Ad Smirnenſ.*	*Epiſt.*	*I.*
Ad Antiochenos	*epiſt.*	*I.*	*Ad Epheſios*	*epiſt.*	*I.*
Ad Roman.	*epiſt.*	*I.*	*Ad Mariā Caſſobolitā*	*epiſt.*	*I.*
Ad Mariam matrē Dom.		*I.*	*Ad Polycarpum*	*epiſt.*	*I.*
Ad Ioannem Euang.		*II.*	*Ad Heronem*	*epiſt.*	*I.*

Et de conſtitutionibus Apoſtolicis inſignem librum qui non extat hodie. Meminerunt autem Epiſtolarum eius ipſe Polycarpus, Irenæus, Dionyſ. Areopag. Nicephor. & alij. Quin & illud ab Apoſtolico uiro conſcriptas eſſe conuincit, quod de quibus & ad quos ſcribit, Apoſtolorum tempore uixerunt. Imo & ipſe Euangeliſta Ioannes, & Deipara uirgo Maria, ipſius literis ſalutati ſunt. Nam multis miſerit apud ſuum præceptorem Ioannem, ut liceret ſibi matrem Domini conſpicere, de qua hæc ſcribit ſequentia.

DE D. VIRGINIS MARIÆ LAVDIBVS.

Refert D. Ignatius ſe ex plurimorum relatione audiuiſſe MARIAM uirginem omnium gratiarum eſſe abundantem: omnium uirtutum, uirtutis & gratiæ fœcundam. Appellat autem ipſa nouæ noſtræ (ut ait) religionis Magiſtram & pœnitentiæ, quia in ea natura ſanctitatis angelicę aſſociata ſit. In ea uero Epiſt. quam ad ipſam direxit, petit cum alijs Neophytis, ex ea, & per eam, & in ea ſolatium accipere ac confortari. Cupit etiam CHRISTI ſecretorum ab ea fieri certior, quorum ipſam conſciam ſolam fuiſſe affirmat.

DE SACRA SCRIPTVRA.

Citat multoties Sapientiæ librum, ut illud: Cum faceret cœlum, aderā illi: Item; Ego eram apud eum cuncta componens & congaudebat mihi: Cum tamen ille liber in Iudæorum Canonem nō habeatur. Et locū illum qui eſt ad Hebr. 13. obedite præpoſitis ueſtris, cū ſequentib. uerſo tantū numero plurali in ſingular. quia Eccleſiæ Trallianæ uni ſcribit.

DE MISSA ET EVCHARISTIA.

De Sacrificio Miſſæ ad Smyrnen. ſic ait: Propterea non licet ſine Epiſcopo offerre, neq; ſacrificium immolare, neq; Miſſas facere. De Euchariſtia. Epiſt. 15. Panem DEI uolo, panem cœleſtem, panem uitæ, qui eſt caro CHRISTI Filij DEI uiui.

FIDES ET OPERA.

Opera bona ſemper ad iuſtificationem requiri, docet ad Heronem. Pauperibus ſecundum quod habueris, benefacere ne neglexeris. Eleemoſyna & fide purgantur peccata. Et ad Epheſ. Principium quidem (uitæ) eſt fides: finis uero eius eſt dilectio.

IEIVNIA ET CIBORVM DELECTVS.

Fuiſſe D. Ignatij tempore ieiunia Euangelica, oſtendit ad Heronem. Ieiunijs, inquit, & orationibus uaca, ſed non ultra menſurã, ne teipſum deijcias. Vino & carnibus nõ ex toto abſtineas: nõ enim ex toto ſunt abominabiles.

DE QVADRAGESIMA.

Ad Philippen. Quadrageſimam nolite pro nihilo habere, imitationẽ enim continet DEI conuerſationis. Hebdomadã etiam paſsionis nolite deſpicere. Quarta uero & ſexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes. Quicunq; Dominicam, aut Sabbathum ieiunauerit, præter unum Sabbathum Paſchæ, ipſe eſt CHRISTI interfector. Hæc omnia ad uerbum ſunt deſumpta ex Can. 68. Apoſtolor.

Hoc eſt ieiunium ergo eorum, qui Sabbatis no ſtris Fer. 4. abſtinent.

DE ORATIONIBVS IN TEMPLO HABENDIS.

Epiſt. ad Epheſ. Si quis nõ fuerit intra altare, fraudabitur pane DEI. Si enim unius aut duorũ oratio tantã habet uirtutẽ, ut CHRISTVS in eis conſiſtat: quanto magis Sacerdotis & ſancti populi ſupplicatio, cõſonanter aſcendens ad DEVM, perſuadet præſtare eis oẽs petitiones in CHRISTO: Qui ergo à talibus ſeparatur, & nõ cõuenerit in cõgregatione ſacrificiorũ Eccleſiam primogenitorũ ſcriptorum in cœlo, lupus eſt in grege ouium. Et ad Magneſian. Omnes in idipſum ad orationem ſimul conuenite: una deprecatio ſit communis, unus animus, una ſpes, dilectio immaculata &c. Omnes adunati ad templum DEI concurrite ſicut ad unum Altare.

DE INCERTITVDINE GRATIÆ.

Athleta Ignatius ad beſtias pugnaturus, nihil auſus eſt ſibi de gratiæ certitudine cõſtantia, & perſeuerantiæ promittere, cũ tamen ipſas beſtias ad laniænam prouocare deſiderabat, ut inquit: Eligo enim pati, ſed neſcio an dignus ſim. Zelus enim inimici multis nõ uidetur: me aũt impugnat. Et: Hæc cognoſcens, nõ omnino perfectus ſum. Multũ enim mihi reſtat, ne à DEO relinquar. Item. Oratio pro me indigente miſericordia DEI ac ueſtra charitate, ut merear cõſequi ſortem cui ſubiaceo, ne reprobus inueniar. Paulo poſt: Adhuc in periculo ſum, ſed fidelis eſt Pater Domini noſtri IESV CHRISTI ad implere petitionẽ meã. Omnia hæc in Epiſt. ad Trall. Et ad Philippen. Adhuc magis timeo, quia nondum perfectus ſum: ſed oratio ueſtra faciet me perfectum, ut eum in quo uocatus ſum merear, adipiſci. Ibidem. In iniuſtitijs eorum magis edoceor, ſed nec in hoc quidẽ iuſtificor. Similia reperiuntur & in alijs epiſtolis.

Nota meriti doctrinã tempore Apoſtolorum.

DE POENITENTIA.

Ad Philadelphien. Rogo uos in Domino, quicunq; pœnitentes ad uos uenerint

uenerint ad unitatem Eccleſiæ, ſuſcipite eos cum omni manſuetudine, ut per utilitatem & bonam demonſtrationem, de luto & muſcipula diaboli eruti,& digni IESV CHRISTO effecti, ſempiternam ſalutem percipiant.

DE AVTHORITATE EPISCOPORVM.

De Epiſcoporum autoritate,& obedientia ijs præſtanda copioſiſsimus eſt in omnibus Epiſtolis. Sufficiat nobis locus unus atque alter: Ait ergo ad Heron. Sine Epiſcopis nihil agas: Sacerdotes enim ſunt, tu uero miniſter Sacerdotum. Illi enim baptizant, ſacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt: Tu uero eis miniſtras ſicut D. Stephanus Iacobo & reliquis Apoſtolis in Hieroſolymis. Ad Magneſian. ſic ait: Moneo ut unanimes in DEO omnia facere feſtinetis aſsidente Epiſcopo in loco DEI,& Presbyteris in loco Conſiſtorij Apoſtolorum,& Diaconis dulciſsimis mihi, quibus creditum eſt miniſterium IESV CHRISTI. Ad Trallianos, Presbyteris ſubditi eſtote ſicut Apoſtolis IESV CHRISTI &c. Sine ipſis enim Eccleſia non eſt, neque collectio ſanctorũ, neque congregatio ſancta. Paulo infra: Quid eſt enim Epiſcopus, niſi omnem principatum & poteſtatem omnium illorum tenens, quemadmodum deceat hominem tenere, imitatorem DEI factum ſecundum uirtutem? Quid eſt Presbyteriũ, niſi inſtitutio ſancta conſiliarij & conſeſſoris Epiſcopi? Quid etiã Diaconi niſi imitatores Chriſti miniſtrantes Epiſcopo, ſicut Chriſtus Patri,& operantes illi operationẽ mundã immaculatam. Ad Philadelphienſes docet Cæſarem Epiſcopo debere obedientiam.

ORDINVM IN ECCLESIA DIVERSITAS.

In Epiſt. ad Antiochen. Saluto, inquit, Subdiaconos, Lectores, Cantores, Oſtiarios, Laborantes, Exorciſtas atque Confeſſores. Saluto cuſtodes ſanctarum portarum Diaconiſſas quæ ſunt in CHRISTO. Saluto ſuſceptrices CHRISTI uirgines.

DE DIEBVS FESTIS.

Ad Magneſ. Pro ſabbatizatione diem feſtum celebret omnis Chriſtianus Dominicam reſurrectionem, regalem, eminentiſsimam omnium dierum, de qua Propheta expectans dicebat, In finem pro octauo &c.

DE COELIBATV ET VIRGINITATE.

Epiſt. ad Philippen. Saluto congregationem uirginum legionem uiduarum à quibus adiutus ſum. Et ad Philadelphi. Virgines ſolum CHRISTVM præ oculis habete,& eius Patrẽ in animabus ueſtris illuminatæ à Spiritu ſancto. Memor ſum ſanctitatis ueſtræ, ſicut Heliæ, ſicut IESV Naue, ſicut Melchiſedech, ſicut Helizæi, ſicut Hieremiæ, ſicut Ioannis Baptiſtæ, ſicut dilectiſsimi diſcipuli, ſicut Timothei, ſicut Titi, ſicut Euodij, ſicut Clementis uel eorũ qui in caſtitate de uita exierũt. Ad Antiochen. Virgines agnoſcant cui ſe cõſecrauerunt. Ad Heron. Virgines cuſtodi, tanque CHRISTI Sacramenta.

DE HÆRETICIS.

Demonſtrat epiſt. ad Trallian. hæreticos ſua ætate & ſcripturarũ citare ſolitos,& pro hæreſi etiã pati ſolitos, cũ ait: Sunt quidã uaniloqui & mentis ſeductores, nõ Chriſtiani, ſed CHRISTVM mercantes, ſeductione circũferentes nomen CHRISTI,& cauponantes uerbũ Euangelij,& uenenũ erroris commiſcentes dulci blandimẽto, ſicut puro melli uirus admiſcentes, ut qui biberit illius potus illecebras, dulcedine captus, inobſeruanter morti addicatur. Monet aũt quidã antiquorũ, ut nemo bonus dicatur, qui malũ bono admiſcuerit.

Nominant

Nominant autem CHRISTVM non ut CHRISTVM prædicent, ſed ut CHRISTVM ſpernant: non ut legem ſtatuant, ſed ut legi cōtraria adnumerent. Ad Heron. hoc modo: Omnis qui dixerit præter illa quæ tradita ſunt, tametſi fide dignus ſit, tametſi ieiunet, tametſi uirginitatē ſeruet, tametſi ſigna faciet, tametſi prophetet, lupus tibi appareat, in grege ouium corruptionem operans. Item: Tametſi ſubſtantiam ſuam pauperibus diſtribuat, tametſi montes transferat, tametſi corpus ſuum combuſtioni tradat, ſit tibi execrabilis & abominabilis.

S. EVODIVS.

ANNO LXXIX. S. EVODIVS Apoſtolorum diſcipulus, & à B. Petro ſecundus Antiochenæ Eccleſiæ conſecratus Epiſcopus: cuius uidimus Ignatium in epiſt. ad Philadelphien. inter uiros cœlibes mentionem facere: ſcripſit magnam quandam epiſtolam quam φῶς inſcripſit: in qua affirmat ſolum Petrum Apoſtolorum Principem, & B. Virginem CHRISTI manibus eſſe baptizatam. Scripſit & alia multa commentaria. Nicephor. lib. 2. cap. 36. Et lib. 3. cap. 2.

SMYRNENSES.

S. POLYCARPVS.

ANNO XCIX. S. POLYCARPVS, Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, Irenæi præceptor. Ab Apoſtolis Smyrneorū conſecratus Epiſcopus, toti Aſiæ ſua ſanctitate & doctrina ornamento fuit. *Multis Philippenſium precibus ut ad illos ſcriberet permotus, prolixam Epiſtolā ijs miſit Apoſtolicis præceptis refertam. Irenæ. lib. 3. contra Hær. cap. 3. In ea meminit Apoſtolicorum uirorum Ignatij, Zozymi, Rufi, & certaminum eorum. Meminit & epiſtolarū Ignatij quas ad diuerſos ſcripſit. Citatur autem à Dionyſ. Areopag. Polycarpi Athenienſibus ſcripta epiſtola.* Ea uero quæ hodie extat, præter alia, ſequentia puncta continet.

FIDES ET OPERA.

Paulus abſens ſcripſit uobis epiſtolas, ad quas deflectimini, ut poſsitis ædificari in fide quæ data eſt uobis: quæ eſt mater omnium noſtrum, ſubſequente ſpe, præcedente dilectione quæ eſt in DEO, & in CHRISTO, & in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mandatis iuſtitiæ, & habuerit dilectionem, longe eſt ab omni peccato.

DE VIDVIS ET VIRGINIBVS.

Viduæ pudicæ circa fidē DEI, interpellent inceſſanter pro omnibus, &c. cognoſcentes ſeipſas, quia ſunt ſacrarium DEI. Virgines caſta conſcientia ambulate.

HIERAPOLITANI.

S. PAPIAS.

ANNO XCVIII. S. PAPIAS Hierapolyta, Aſianus, Ioannis auditor, Apoſtolorum diſcipulus, Polycarpi familiaris, in ſua ipſe patria Epiſcopus cōſecratus. Vir eloquentia, & ſacrarum litterarum peritia clarus, cum pluribus annis Eccleſiam laudabiliter rexiſſet. *Scripſit explanationum ſermonum Domini libros 5.* Irenæus, Hieron. de uir. Illuſt. Euſeb. lib. 439. & in CHRISTO. Nicephor. lib. 3. cap. 2. & 20. Volaterran. lib. 18. Petrus de Natalib. lib. 3. cap. 141.

PERSÆ.

CRATO.

CRATO Apoſtolorum Simonis & Iudæ diſcipulus, à quibus conuerſus per XII. prouincias Perſidis eos eſt ſecutus. Itaq; omnia illa quæ ibi egerunt, & paſsi ſunt per annos tredecim, longa narratione contexuit, quę Africanus Hiſtoricus in Latinam tranſtulit linguam ſub titulo; ANNO XCII.

Vita S. Simonis & Iudæ. *Lib. X.*

Abdias certam. Apoſtol. lib. 6.

S. EVTROPIVS.

S. EVTROPIVS Perſa Adimundi Xerxis, Babiloniæ Regis filius ex matre Guma. à pueritia literis Græcis & Chaldæis imbutus: Chaldaico & Græco poſt ſe reliquit eloquio, geſta & martyria Apoſtolorum Simonis & Iudæ, ut teſtatur Petrus de Natal. lib. 4. cap. 105. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 3. ANNO LXIX.

S. ABDIAS.

S. ABDIAS Apoſtolorum Simonis & Iudæ diſcipulus. Reliquit omnium Apoſtolorum martyria decem libris ſub titulo; *Certaminis Apoſtolici:* Hebraico ſermone. Teſtatur hoc Iul. Africanus interpres in præfat. in Abdiam, & Petrus de Natal. lib. 9. cap. 116. ANNO. LIX.

PARTIS SEXTÆ

DISTINCTIO VII.

DE SCRIPTORIBVS ET SCHOLIS Eccleſiaſticis Inſularibus.

SCRIPTORES INSVLARES.

CYPRII.

S. BARNABAS.

SANCTVS BARNABAS unus ex LXX. collega Pauli in prædicatione Euangelij in Gentibus, & ideo Apoſtoli nomen ſortitus eſt. Huius ſcripta de diuina pace, quiete & ſilentio citat S. Dionyſ. Areopag. de diuinis homin. cap. 11.

DE Scholis Eccleſiaſticis hoc obiter hic annotandum uenit, Galenum Veſtcapell. hunc locum ubi agit de Eſſenorum Philoſophia Ioſeph.libr. 2. de bello Iudaico : Et nuptiarum quidem contemptores ſunt alienos autem liberos ſuſcipiunt, dum adhuc teneri flexilesq́ ad diſciplinarum exiſtunt perceptionem, eosq́ cognatos cenſent, & ſuis moribus imbutos informant, de ſcholis Eccleſ. intelligere. libr. de Monaſtic. originib. cap. 13. Et illud etiam Philonis de uita ſupplic. Circa Alexandriam ab optimis quibuſq́ ex omni plaga coloniæ deduci ſolent, uelut in patriam cultorum, ad ſeceſſum quendam commodiſsimum &c. Et pauló poſt. Verſantes enim ſacras literas, more à patribus accepto philoſophantur per allegorias. Scholam Romæ fuiſſe, cuius moderator extitit Clemens, qui & Philoſophus erat, colligitur ex Clement. epiſtol. 1. & Hieroſolymis ex Ioſepho ſupra, & Alexandriæ ex Philone, & Antiochiæ ex Act. cap. 3. Epheſi quoq́ ex Act. 19. & ex uita S. Ioanni, cuius ſcholæ fuit auditor Polycarpus, Polycarpi uero Irenæus.

FINIS PARTIS SEXTÆ, CENTENARII PRIMI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE.

GVILIELMI

GVILIELMI EYSENGREINEI DE NEMETO SPIrenſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ. CENTENARIVS PRIMVS.

PARS SEPTIMA.

DISTINCTIO PRIMA.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXALtationibus Eccleſiarum Italiæ.

TIBERIVS CÆSAR.

CLAVDIVS Tiberius Nero Cæſar, adoptatus ab Auguſto, natus eſt Romæ in Palatio XVI. Calen. Decembr. M. Æmilio M. F. Lepido II. L. Munatio. L. F. Planco Coſſ. An. urbis DCCXII. Imperare cœpit Nolæ die obitus Auguſti XIIII. Calend. Septembr. natalis CHRISTI XV. imperauit Ann. XXII. M. VI. D. XXVI. Obijt in Villa Lucilliana non ſine ſuſpicione ueneni XVII. Calend. April. Cn. Acerronio Proculo & C. Pontio Nigrino Coſſ. Ann. XXXVIII. Sepultus Romæ in Mauſolæo Cæſarum, in campo Martio. Vixit Ann. LXXVII. M. IIII. D. I. Morte eius ita lætatus eſt populus, ut pars clamaret Tiberium in Tiberim proijciendum, pars oraret ſuperos ne ulla ſedes mortuo nec inter impios daretur, alij unco in Gemoniam ducendum cadauer clamarent, quidam Atellam corpus deferendum putarent. Niceph. lib. 2. cap. 11. & lib. 1. cap. 66. Euſe. in lib. tempore Egeſip. lib. 2. Onuphr. de princ. Rom. lib. 1. ANNO XV.

RONANÆ ECCLESIÆ EXALTATIO ſub Tiberio.

POSTQVAM paſſus eſt Dominus IESVS CHRISTVS atq; à mortuis reſurrexit, & diſcipulos ſuos ad prædicandum miſit, Pilatus Iudææ Præſes Domini acta ad Tiberium ſcripſit. Conſuetudo enim iam inde à pluribus annis obtinebat, ut qui præfecturas aut prouincias ſortiti eſſent, res nouas quæ ſub eis accidiſſent ſingulas, ſummũ imperium habenti Cæſari ſignificarent, ut illum nihil prorſus rerum omnium lateret. Itaq; de reſurrectione ex mortuis, alijſq; prodigijs IESV CHRISTI Tiberio Cæſ. ſcribens Pilatus, cum res eius pleraſq;, tum quod ex mortuis rediuiuus ſibiq; ipſi ſuperſtes, DEVS iam multis, & quidem præcipuus inter alios eſſe crederetur, renunciauit. Quam rem Tiberius ad ſenatum Romanum detulit. Senatus autem non eſſe deliberandũ de ea cenſuit, ſub illo quidem prætextu, quod ille non prius ANNO XXXIIII.

ueteri more ipſius Senatus ſententia inter Deos eſſet relatus, re autem ipſa quod diuinæ doctrinæ diſciplina humano prorſus non indigeret auxilio. Siquidem etiamſi Senatus ad eum modum uerbum de ſeruatore reieciſſet, Cæſar tamē in ſententia ſua perſtitit, ſalutariq; prædicationi impedimento non fuit. Scriptum hoc nobis Tertullianus reliquit uir inſignis, accurataq; legum & actorum Romanorum peritia clarus, in ea quæ ab ipſo quidem latina lingua ſcripta, in græcam uero tranſlata eſt pro Chriſtianis Apologia, in qua hæc quoq; cōmemorat, ita ſcribens: Vt de origine aliquid retractemus eiuſmodi legum, uetus erat decretum ne quis DEVS ab Imperatore conſecraretur, niſi à Senatu cōprobaretur. Tiberius ergo cuius tempore nomē Chriſtianū in ſeculum introiuit, annunciatā ſibi ex Paleſtina ueritatem dogmatis iſtius (ibi enim prima initia ſumpſerat) ad Senatū retulit, cū prærogatiua ſuffragij ſui. Senatus quia ipſe nō probauerat reſpuit. Cæſar in ſententia manſit cōminatus mortē Chriſtianorū accuſatoribus: Cœleſti nimirū prouidentia, per ordinationē atq; diſpoſitionē competentē hoc illi ſuppeditante, ut nullo obſtante impedimento Euangelij uerbum per terras paſsim omnes curſum ſuū teneret. Sic ſcilicet ui & efficacia cœleſti ſalutare uerbum, quaſi quoddam ſolis lumen uniuerſum habitabilem orbem prorſus illuſtrauit. Confeſtim namq; iuxta diuinarum ſcripturarum præſcriptum, in omnem terram exiuit ſonus diuinorum Euangeliſtarum & Apoſtolorum eius, & in fines orbis uerba eorum. Proinde per urbes & uicos omnes copioſiſsimæ, meſsis inſtar frequentiſsimæ munerofiſsimæq; paſsim Eccleſiæ ſunt conſtitutæ, & qui maiorum ſuorum ſucceſsione ueteriſq; erroris & idolorum ſuperſtitionis contagione animis ſuis erant infecti, diuina CHRISTI ui atq; uirtute intercedente, per ſectatorum diſcipulorumq; eius doctrinam ſimul et miracula, tanquam à grauibus moleſtisq; dominis liberati, uinculisq; duriſsimis ſoluti, omnem illam diabolicorum Deorum multitudinem conſpuerunt, unumq; & ſolum DEVM eſſe confitentes qui omnia condidiſſet, cum ipſum ueræ pietatis legibus, diuinoq; & ſobrio cultu per Seruatorem noſtrum generi humano illato, coluerunt. Euſeb. libr. 2. cap. 2. Oroſ. libr. 7. cap. 1. & 2. Nicephor. libr. 2. cap. 10. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Gregor. Turonen. Hiſtor. lib. 1. Zonar. Annal. tom. 2.

ROMANÆ ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Tiberio.

ANNO XXXV. TIBERIVS Cæſar, poſtquam ad Senatum de paſsione ac reſurrectione CHRISTI, quomodo certatim creſcente plurimorum fide DEVS crederetur, cum magno fauoris ſuffragio, ut à Pilato Præſide Paleſtinæ prouinciæ ſcriptis acceperat, retuliſſet: & CHRISTVM in Deorum numero haberi petijſſet. Senatus indignatione motus, quod non ſecundum morem delatum eſſet, ut de ſuſcipiendo cultu prius ipſe decerneret, conſecrationem CHRISTI recuſauit, edictoq; conſtituit exterminandos eſſe urbe Chriſtianos, præcipuè cum & Seianus Præfectus Tiberij, ſuſcipiendę religioni obſtinatiſsimè contradiceret. Et hinc contra Chriſtianos prima odiorum germina pullularunt. Oroſ. lib. 7. cap. 2. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Gregor. Turon. Hiſtor. lib. 1.

CALIGVLA CÆSAR.

C. CLAVDIVS cognomento Caligula,natus in Treueris uico Ambiatino ſupra Confluentes in exercitu,prid.Cal.Septembr.Germanico Cæſ. T. F. & C. Fonteio C. F. Capitone Coſſ. Anno XIII. Imperare cœpit apud uillam Lucillianam,die obitus Tiberij, XVII. Cal. April. Anno XXXVIII. imperauit Ann.III. M.X.D.IX.Occiſus eſt Romæ coniuratione contra eum facta in palatio,plurimis uulneribus confoſſus IX.Cal.Febr. ipſo IIII.& Cn.Sentio.Cn.F.Saturnino Coſſ.Anno XLII. Funeratus primo clam in hortis Lamianis,Romæ mox ſepultus in campo Martio,in Cæſarum Mauſoleo.Vixit Ann.XXVIII.M.IIII. D.XXV.Oroſ.lib.7.cap.3. Onuphr. de princ. Roman.lib.1. ANNO XXXVIII.

CLAVDIVS CÆSAR.

TIBERIVS Claudius Druſus,frater Germanici,& patruus Caligulæ, Druſi qui apud Moguntiacum monumentum habet filius, natus eſt Lugduni in Gallijs Cal. Auguſt.Iulio Antonio M. F. & Fabio Q. F. Maximo Africano Coſſ. Anno Vrbis DCCXLIIII. Imperare cœpit Romæ IX. Cal.Febr.die cædis Caij Anno XLII.imperauit Ann.XIII.M.VIII.D.XX. Sub quo ingens illa fames fuiſſe ſcribitur quã etiam Agabus prophetiæ dono clarus futurã prędixerat: eaq́ de cauſa Adiabenorum gentis regina, Helena nomine, (Ioſepho teſte) ingenti pecunia frumento in Ægypto comparato, indigentibus id tranſmittebat. Obijt Romæ in palatio, ueneno necatus ab uxore Agrippina, III. Id. Octobr.Q. Aſinio M.F. Marcello.& M.Acilio Auiola Coſſ.Anno LV.Sepultus in campo Martio in Cæſarũ Mauſoleo. Vixit Ann. LXIII. M.II. D.XIII. Suid.in Hiſt. Tranquill. cap.2.11.& 45. Tacit.lib.12.Dio.lib.58. ANNO XLII.

ROMANÆ ECCLESIÆ EXALTATIO SVB CLAVDIO.

SIMON Petrus,Apoſtolorũ Princeps,ad ſuperandũ Simonẽ Magum Romam profectus,ſalutarẽ cunctis credentibus fidem fideli uerbo edocens, potentiſsimiſq́ uirtutibus approbans,primordia à DEO ſibi cõmiſſæ inſtituit Eccleſiæ,in quam ſedem Pontificalem locauit,cuius plures annos rector & cuſtos fuit,& ibi Epiſcopos VI.Presbyteros X.Diaconos uero VII. Miſſarũ miniſtros ordinauit.Iren.lib.3.contr.hæreſ.cap. 3.Euſeb.lib.2.cap.14.& lib.3.cap.2.& in Chron.Oroſ.lib.7.cap.4.Ado Vienen.Chron. ætat. 6.Niceph.lib.3.cap.2. ANNO XLIII.

ROMÆ Apoſtolorum Coryphæus Petrus primam Eccleſiam condidit, quæ ab eodem conſecrata fuit Calend.Auguſt.Vbi & quotidie Miſſarum ſolennia & ſynaxes celebrauit. Beda ſub.Cal.Auguſt.Metaphr.in uit.Petri. ANNO XLV.

AQVILEIENSIS.

S. MARCVS Euangeliſta,Petri Apoſtolorum anteſignani diſcipulus, Epiſcopatum Aquileienſem in Italia conſtituit primus. Ado Vienen.Chron. ætat.6. Volaterr.lib.15.Sabellic.lib.3.part. 4. de uetuſtat.Aquileiæ. Petr. de Natal.lib.4.cap.86.Antonin.part.1.tit.6.cap.16. ANNO XLIIII.

MEDIOLANENSIS.

MEDIOLANENSEM Pontificatũ S. Barnabas Apoſtolus, Chriſti diſcipulus ex LXX.fundauit Clemens Recognit.lib.1.Metaphr.in uit.Barnab. Doroth.in Synop.de 70.Bergomen. Chron.lib. 8. ANNO XLVI.

LVCENSIS.

ANNO XLVI. LVCÆ S. Paulinus, uiri Conſularis filius, Apoſtolorum diſcipulus, Epiſcopatum extruxit. Iſuard.& Caniſ. ſub 4. Id.Iul.

FESVLANÆ.

ANNO XLIX. S. ROMVLVS, Petri Principis Apoſtolorum diſcipulus, Feſulæ Vrbis fundauit Epiſcopatum. Volaterr.lib.5.& 19.Petr.de Natal.lib. 8. cap.40.

RAVENNATVM.

ANNO XLIX. S. APOLLINARIS, diſcipulus Petri Apoſtoli, Rauennatum conſtituit primus Pontificatum, ubi Ad hæretum quidem & Calocerum Presbyteros ordinauit, Marcianum uero nobiliſsimum uirum & Leucadium Philoſophum Diaconos fecit, ſex etiam Clericos inſtituit, cum quibus die noctuq; DEO Pſalmos decantabat, Miſſarumq; ſolennia celebrabat. Primit.Eccleſ. Prothonot.in uir. Apollinar. Beda & Iſuard. ſub 10.Cal.Auguſt. Antonin. par. 1.tit.6.cap.26.§.2.Volater. lib.13.

PADVANÆ.

ANNO XLIX. S. PROSDOCIMVS, B. Petri diſcipulus, Patauinum erexit Epiſcopum, Presbyteros, Diaconos atq; Clericos complures ordinauit. Volater.lib.4.Iſuard.ſub.7.Id. Nouemb.Petr.de Natal.lib.10.cap. 33.

ANNO XLIX. VITALIANVS Rex Paduæ, B. Sophiæ templum conſtruxit. Petr.de Natal.lib.10.cap.33.

NEAPOLITANÆ.

ANNO XLIX. NEAPOLIM B. Aſprenus Principis Apoſtolorum Simonis Barlonæ diſcipulus, Eccleſiam Epiſcopalem locauit. Volater. lib. 6.

ALTINENSIS.

ANNO LI. S. PRODOCIMVS, Petri diſcipulus, Patauinus Epiſcopus, in Altina Ciuitate Baſilicas conſtituit, Presbyteros ac inferiorum ordinum Clericos ordinauit. Petr. de Natal.lib.10.cap. 33.

ASYLIENSIS.

ANNO LII. IN Aſylo caſtro, B. Proſdocimus Patauinus Epiſcopus, Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, templum in honorem S. DEI Genitricis Mariæ poſuit, Presbyteros ac Clericos conſecrauit. Petr.de Natal.lib.10.cap.33.

ROMANÆ ECCLESIÆ PERSECVTIO SVB CLAVDIO.

ANNO LIII. CLAVDIVS Cæſar, edicto Iudæos Roma expulit, quod ſeditionē cōtra Chriſtianos mouiſſent. Vnde Chriſtianos ſimul exilio mulctatos iudicant, Nicephor.lib.2.cap.26. Ado Vienen. Chron. ætat.6. Suid.in Hiſtor. Oroſ. lib.7.cap. 4.

NERO CÆSAR.

ANNO LV. DOMITIVS Nero, Patre Domitio Ænobarbo genitus matre Agrippina, priuignus Claudij, unde & poſtea Claudius Nero uocatus, adoptatus à Claudio, natus eſt Romæ XVIII. Cal. Ianuar. Sex. Papinio Q. F. Gallieno & Q. Plautio Plautiano Coſſ. Anno XXXVII. Imperare cæpit Romæ III. Id. Octob. die obitus Claudij Anno L V. imperauit Ann. XIII. M.VII. D. XXVIII. Principio honeſtè uixit Annis quinq;, uerum poſtea inceſtibus, cædibus & omnis generis turpitudinibus ita creuit, ut uix quiſpiam eo flagitioſior inter Cæſares unquam fuerit.

Cunt

Cum incredibilia perturbandæ imò ſubruendæ Reipub. mala moliretur, hoſtis à Senatu pronunciatus, ignominioſiſsimè fugiens, ſeſe interfecit in ſuburbano Phaontis liberti ſui propè Romam, ad quartum lapidem, inter Salariam & Nomentanam uias III. Id. Iun. M. Galerio Trachalo Turpiliano & C. Silio Italico Coſſ. Anno LXIX. Sepultus in monumentis auitis Domitiorum, impoſitis colli Hortulorum. Vixit Anno XXXI. M. V. D. XXII. Adeo cunctæ prouinciæ omniſq; Roma interitu eius exultauit, ut plebs induta pileis manumiſsionum, tanquam ſæuo exempta Domino triumpharet. Oroſ. lib. 7. cap. 4. Onuphr. de princ. Rom. lib. 1.

ROMANÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Nerone.

PETRVS, Apoſtolorum primus, locum Romæ in Vaticano conſecrauit, ubi hodie Altare oſtenditur in quo ſolebat celebrare. Martin. in Chron. ſub Conſtantin. ANNO L V.

PAPIENSIS.

S. SYRVS, B. Hermagoræ Aquileien. Antiſtitis diſcipulus, Papiæ templum extruxit, ubi & ſedem primus habuit Epiſcopalem. Bed. & Iſuard. prid. Id. Septembr. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 50. & lib. 8. cap. 68. Bergomen. Chron. lib. 8. ANNO LXI.

SYRVS Epiſcopus Papiæ, acceptis reliquijs S. Geruaſij & Prothaſij à Liberio quodam Chriſtiano, extra urbis ſuæ mœnia in honorem eorundem Martyrum condidit templum opere magnificum, in quo ſæpius & Miſſarum ſolennia celebrauit, & Iuentium atq; Pompeium diſcipulos Diaconos, Chryſantium uero & Fortunatum Presbyteros ordinauit. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 50. ANNO LXV.

AQVILEIENSIS.

S. HERMAGORAS Epiſcopus & totius Venetæ prouinciæ Protopræſul, Marci Euangeliſtæ diſcipulus, ſepultis in domo Valentiniani monumentis marmoreis S. Euphemia Dorothea Thecla & Eraſma uirginibus, proprijs ſumptibus ædes ipſas in honorem earundem, templum extruxit & conſecrauit, atq; Altare ad Miſſarum ſolennia celebranda poſuit: cui omnes facultates ſuas Valentianus contulit. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 29. ANNO LXIX.

TARVISINÆ.

IN Vrbe Taruiſina S. Proſdocimus Paduæ Antiſtes, Principis Apoſtolorum diſcipulus, Eccleſiam extruxit in honorē B. Petri Apoſtoli, iam pro CHRISTO paſsi, in qua & Presbyteros & Diaconos, & alios Clericos ordinauit. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33. ANNO LXIX.

ROMANÆ ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Nerone.

PRIMVS Nero poſt omnia attentata facinora Romæ Chriſtianos ſupplicijs affecit, ac per omnes prouincias pari perſecutione extruciari imperauit. Auxit enim hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in Deum, nam ipſum nomen extirpare conatus, B. Chriſti Apoſtolos Petrū Cruce, Paulū gladio occidit. Et ut Romanū populū concitatiorē in noſtros redderet, tale facinus comminiſcitur. Cum per cuncta iam crudelia facinora ueluti humani generis ANNO LX.

generis peſtis eſſet debacchatus, ne patriæ etiam parceret, cupidus Troiæ ardentis ſimilitudinem cernere, maiorem urbis partem incendit, quod per ſex continuos dies ac totidem noctes urbes ædificia ſacra & prophana peruaſit, ac multas ciuium fortunas abſumpſit. Ad leuandam igitur ſceleris atrocitatem, omnem cladis illius inuidiam in ueræ pietatis cultores uiros innocentiſsimos reiecit, ſubornatis qui Chriſtianos eius incendij authores falſo criminarentur. Quapropter plurimi illius ordinis arrepti ſunt, & ſupplicio affecti. Ado Chron. ætat. 6. Oroſ. lib. 7. cap. 5. Gregor. Turon. Hiſt. lib. 1. Auguſtin. lib. 18. de Ciuit. DEI. cap. 52. Euſeb. lib. 2. cap. 25. Egeſipp. lib. 3. cap. 2. Tertull. in Apologet. & aduer. Gnoſtic. Subierunt & alij uiri ſancti ſub Nerone Caeſ. Auguſto Martyrij palmam Romæ, quales ſunt Proceſſus, Martinianus, Nicomedes, Fœlicola, Linus Papa, de quibus cum ſupra part. 5. diſt. 1. de Martyr. Roman. in Italia ſit dictum, non duximus lectorem denuo onerandum & obruendum.

AQVILEIENSIS.

ANNO LXI. S. EVPHEMIAM, Dorotheam, Theclam, Eraſmam, Hermagoram & Fortunatum, Neroniano gladio conſumptos Aquileiæ, part. 5. diſt. 1. de Martyr. Aquileien. in Ital. demonſtrauimus.

MEDIOLANENSIS.

ANNO LXIIII. NERONIANAM rabiem ad Mediolanenſes ſeſe extendiſſe, Martyrijs S. Geruaſij, Prothaſij, Nazarij & Celſi, part. 5. diſt. 1. de Martyr. Mediolanen. in Ital. comprobatur.

PISANÆ.

ANNO LXIIII. IN Vrbe Piſana Torpetem & alios Martyrij palmam ſub Nerone ſubijſſe, part. 5. diſt. 1. de Martyr. Piſan. in Ital. retulimus.

VESPASIANVS. CÆSAR.

ANNO LXX. FL. VESPASIANVS, filius Sabini, ex antiqua Flauiorum gente, & Veſpaſiæ Pollæ Veſpaſiani Pollionis Tribuni militum ac Præfecti caſtrorum, natus eſt in Samnijs ultra Reaten, Vico modico, cui nomen erat Phalacrine, XV. Cal. Decembr. Veſperi, C. Poppæo. Q. F. Sabino & Q. Sulpitio Q. F. Camerino Coſſ. Anno X. Imperare cœpit in Iudæa uiuente Vitellio. Cal. Iul. Sergio Galba Auguſto II. & T. Vinio Coſſ. Anno LXX. ex legato Conſulari Iudææ, imperauit Ann. IX. M. XI. D. XXIIII. Obijt circa Reate VIII. Cal. Iul. Ipſo IX. & T. Cæſ. filio VII. Coſſ. Anno LXXX. uixit Ann. LXIX. M. VII. D. VII. Tranquill. cap. 1. 2. 6. 14. 18. Suid. in Hiſtor. Onuphr. de Roman. Principib. lib. 1.

ROMANÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Veſpaſiano.

ANNO LXXII. ROMÆ S. Paulus Sergius, gentium Doctoris diſcipulus, Epiſcopus Narbonenſis, cum Rufo & Stephano Diaconibus, B. Petro Apoſtolo templum conſecrauit. Petr. de Natal. lib. 1. cap. 60.

AMITERNENSIS.

ANNO LXX. AMITERNÆ Vrbis Epiſcopatum S. Victorinus inſtituit. Beda et Iſuard. ſub Non. Septemb. Antonin. part. 1. tit. 7. ca. 1. §. 8. Pet. de Natal. lib. 8. cap. 39.

ROMANÆ

ROMANÆ ECCLESIÆ PERSECVTIO ſub Veſpaſiano.

S. LVCINAM Apoſtolorum diſcipulam, cum alijs Romę martyrium ſubijſſe ſub Veſpaſiano, part. 5. diſtin. 1. de Martyr. Roman. in Ital. demonſtrauimus. ANNO LXX.

AQVILEIENSIS.

VESPASIANI Cæſaris gladium ad Aquileienſes ſe extendiſſe, ex martyrijs S. Hermagoræ & Fortunati part. 5. diſt. 1. ſub Martyr. Aquileien. in Ital. comprobatur. ANNO LXXVII.

RAVENNATVM.

PERSECVTIONEM Veſpaſiani temporibus Rauennæ ſæuijſſe, ex martyrio B. Apollinaris, part. 5. diſt. 1. de Martyr. Rauenn. in Ital. colligitur. ANNO LXXVI.

TITVS CÆSAR.

TITVS Veſpaſianus, Veſpaſiani Cęſ. filius & Domicillę, natus eſt Romæ propè Septizonium III. Cal. Ianu. C. Cæſ. Auguſto Germanico IIII. & Cn. Sentio, Cn. F. Saturnino Coſſ. Ann. XLII. Imperare cœpit die obitus patris VIII. Calend. Iul. Ann. LXXX. imperauit Ann. II. M. II. D. XX. Obijt in Samnijs, in eadem uilla in qua & pater ſuus, prope Reaten, Id. Septembr. M. Plautio M. F. Siluano & M. Añio M. F. Vero Pollione Coſſ. An. LXXXII. Vixit ann. XL. M. VIII. D. XV. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Suid. in Hiſt. Onuphr. de Pont. Rom. lib. 1. ANNO LXXX.

PADVANÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Tito.

OPILIVS, nobis Paduanæ urbis Patricius, templum in honorem S. Iuſtinæ, ſupra corpus eiuſdem conſtruxit uirginis, quod ſimul cum oratorio D. Proſdocimus, Petri diſcipulus, eius ciuitatis Pontifex conſecrauit. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 33. ANNO LXXXI.

PADVANÆ ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Tito.

DVRASSE in Eccleſia Paduana ſub Tito Imp. perſecutionem, certum eſt ex martyrio B. Iuſtinæ uirginis part. 5. diſt. 1. de Martyr. Paduan. in Ital. ANNO LXXX.

DOMITIANVS CÆSAR.

FL. DOMITIANVS, frater Titi crudeliſsimus, natus eſt Romę ſexta urbis regione, Alta ſemita, ad Malum Punicũ, IX. Cal. Nouembr. T. Claudio Druſi F. Cæſ. Auguſto Germanico V. & Ser. Cornelio Scipione Orphito Coſſ. Ann. LII. Imperare cœpit die obitus fratris Titi Id. Septe. An. LXXXII. imperauit An. XV. D. VI. Poſtquam fratrem ueneno ſuſtuliſſet, in Palatio Romæ à ſuis confeſſus interijt, XIIII. Cal. Octo. C. Antiſcio L. F. uetere & C. Fuluio Valente Coſſ. Anno. XCVII. Funeratus in uia Latina, in ſuburbano Phylidis nutricis ſuę. Vixit Ann. XLIIII. M. X. D. XXVI. Suid. in Hiſt. Tranquill. cap. 1. 2. & 17. Lactant. lib. 5. cap. 3. ANNO LXXXII.

PARTIS SEPTIMÆ

DISTINCTIO II.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXAL- tationibus Eccleſiarum Germaniæ.

COLONIENSIS ECCLESIÆ EXALTA- tio ſub Claudio.

SANCTVS MATERNVS Chriſti diſcipulus ex LXX. ANNO LIIII. B. Petri auditor Epiſcopatum apud Agrippinam Coloniam oppidum Vbiorū inſtituit primus, Beda ſub 15. Cal. octobr. Method. in Chron. Vuolfg. **Bawr** in uit. præſul. Nemetoſcern. Ioann. **Mutterſtat** in Epi. Spiren. Annal. Colonien. & Treueren.

TREVERENSIS.

S. EVCHARIVS ex LXX. B. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, Treuericæ urbis Pontificatum extruxit. Author. qui ſupr. ANNO LIIII.

EX domo priuatæ Albanę cuiuſdam Senctricis Treueris, B. Eucharius templum Ioanni Euangeliſtæ ſacrum conſtruxit. Annal. Treueren. ANNO LIIII.

ARGENTORATENSIS.

S. MATERNVS Petri diſcipulus, non procul à Moſshaim templum fundauit, quod in hunc diem uulgari appellatione Dhompieter uocitari ſolet. Annal. Argentoraten. Vuolfg. **Bawr** de uit. Præſul. Nemetocern. Micael Buoching. in Eccleſ. Hiſt. ANNO LIIII.

EBERSHAIMENSIS.

HAVD procul à Selcſtadio, in loco qui tunc Nouientum, hodie uero Eberſshaymünſter uocatur, B. Maternus & Valerius Petri Apoſtolorum coryphæi diſcipuli, templum atque monaſterium fundarunt. Vuolfg. Latz genealog. Auſtriac. lib. 1. Annal. Abbat. Eberſsheym. Annal. Argentorat. Vuolfg. **Bawr** in uit. Prǽſul. Nemetocern. ANNO LIIII.

BARDOVICENSIS.

BARDOVICENSEM Epiſcopatū ad fluuiū **Elmenow** à B. Ægyſto Apoſtolorū principis diſcipulo fundatū, ſcribit Henric. de Erford. cap. 5. ANNO LIIII.

MOGVNTINÆ ECCLESIÆ exaltatio ſub Nerone.

S. CRESCENS ſiue Creſcentius, D. Pauli auditor atque diſcipulus Moguntinum in Germania conſtituit Pontificatum primus. Annal. Moguntin. Chlichtoue. de Pont. Moguntin. Vuolfg. **Bawr** in uit. Præſul. Nemetocer. Ioann. **Mutterſtat** in Epiſc. Spiren. ANNO LVIII.

COLONIENSIS.

APVD Colonienſes templum B. Petri conſtruxit S. Maternus Apoſtolorum coryphęi diſcipulus, idque extra urbis mœnia. Añal. Colonien. Vuolfg. **Bawr** de uit. Præſul. Nemetocern. ANNO LV.

ANNO LV. INTRA urbis quoq; mœnia aliud Deiparæ uirgini dicatum templum, quod nunc B.Ceciliæ nomen obtinet condidit. Author qui ſupr.

TREVERENSIS.

ANNO LXII. TREVERIS B. Nazarius condidit templum opere magnificum. Antonin.part.1,tit,6,cap,27.Petr.de Natal.lib.6.cap. 147.

APVD HVNNOS.

ANNO LX. APVD Hunnos ad montis umbraculum quem Moſa alluit, ædem uirgini matri dedicauit S. Maternus B. Petri Apoſtolorum principis diſcipulus. Ioann.Placentin.Trudonen.in epiſc. Leodien. Anton.Monchiac. Democar.lib.2.de Miſſ.contr.Caluin,cap.37.

PANNONIÆ.

ANNO LI. S. ANDRONICVS diſcipulus ex LXX. Pannoniæ fundauit Epiſcopatum. Volater.lib.19. Doroth.in Synop.de 70.

BARDOVICENSIS ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Nerone.

ANNO LX. NERONIS in Chriſtianos perſecutionem ad Germanos ſeſe extendiſſe Martyrijs S. Ægiſti & Mariani part. 5. diſt. 2. de Martyr, Bardouicen, in Germania comprobatur.

TREVERENSIS ECCLESIÆ EXALtatio ſub Veſpaſiano.

ANNO LXX. S.MATERNVS B.Petri diſcipulus Abbatiam S.Matthiæ apud Treuerim inſtituit primus. Annal.Treuiren.

TVNGRENSIS ECCLESIÆ EXALtatio ſub Nerua.

ANNO XCVII. TVNGRORVM S. Maternus Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus inſtituit Epiſcopatum. Annal. Tungren. Ioann. Placent. Trudonen. in epi, Leodicen. Antonin. Monchiac. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 37.

ANNO XCVIII. APVD Tungaros ædem Deiparæ uirgini conſecrauit Maternus Petri diſcipulus. Vbi ſupra.

TRAIECTENSIS.

ANNO XCVII. S. MATERNVS Apoſtorum anteſignani diſcipulus, oratorium uſu publica Chriſto ſaluatori nuncupauit apud Traiectum, Author, qui ſupra.

PARTIS

PARTIS SEPTIMÆ.

DISTINCTIO III.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXAL-tationibus Eccleſiarum Galliæ.

VASATENSIS ECCLESIÆ EXAL-tatio ſub Tiberio.

MATRONA quædam Chriſtiana Gallicana, apud Vaſatenſem Vrbem Eccleſiam in honorem S. Ioannis Baptiſtæ conſtruxit. Gregor. Turonen. in lib. in glor plur. Martyr. edito ſub uit. Ioann. Bapt. ANNO XXXIIII.

CARNOTENSIS.

S. ADVENTINVS B. Petri diſcipulus, Carnotenſem primus fundauit Epiſcopatum. Democar. lib. 2. cap. 18. ANNO XXXVI.

METENSIS ECCLESIÆ EXALTATIO SVB CLAVDIO.

EPISCOPATVS Metenſis à S. Clemente cognomento Flauio, Conſule Romanorum, Petri Apoſtolorũ Principis diſcipulo conſtitutus eſt. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 26. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 113. ANNO XLIX.

S. CLEMENS Epiſcopus Metenſis in Vrbe ſua, multas Baſilicas extruxit, Clericos ordinauit, atque conſecratos in diuerſis gradibus promouit. Author. qui ſupr. ANNO LI.

BITVRICENSIS.

S. MARTIALIS ex LXX. diſcipulis Domini, Eccleſiam Cathedralem Bituricenſem ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris conſtruxit, in quam ſedem Epiſcopalem locauit. Anton. Monchiac. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25. ANNO XLVII.

LEOCADIVS, primus quidam Galliarum Senator, de ſtirpe Vettij Epagati, domum ſuam fecit Eccleſiam miro opere compoſitam, quæ poſtea prima apud Bituriges facta, & primi Martyris Stephani reliquijs fuit illuſtrata. Gregor. Turon. Hiſt. lib. 1. ANNO XLVIII.

BVRDEGALENSIS.

S. MARTIALIS, Eccleſiam Burdagalenſem in honorem S. Stephani ac S. Andreæ Apoſtoli conſecrauit, & Epiſcopalem in eam ſedem collocauit. Anton. Monchiac. Democar. lib. 2. de Miſſ. contr. Caluin. cap. 25. ANNO XLVII.

APVD Burdegalenſes S. Martialis Altare B. Virginis conſtruxit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 2. ANNO XLVII.

CENOMANENSIS.

ANNO XLVI. S. IVLIANVS Apoſtolorum diſcipulus, ad Cenomanos ueniens, Epiſcopatum ibi primus inſtituit. Volaterr.lib.3. Petr.de Natal.lib.3.cap.35. Democar.lib.2.cap.23.

ANNO XLVII. DEFENSOR Cenomanicæ Vrbis Princeps, ex domo ſua priuata condidit templum opere magnificum. Antonin. part. 1. tit.6. cap. 25. §. 4. Petr.de Natal.lib.3.cap.35.

AQVENSIS.

ANNO XLVI. AQVIS in Gallia S. Maximinum diſcipulum ex LXX. Pontificiam locaſſe Cathedram, Volater.refert lib.17.Petr.de Natal. lib.5. cap. 101. Antonin.part.1.tit.6.cap.19.§.1.

ANNO XLVII. APVD Vrbem Aquenſem multæ fundatæ ſunt Eccleſiæ. Antonin. part.1.tit.6.cap.19.Petr.de Natal.lib.6.cap.124.

MASSILIENSIS.

ANNO XLVI. S. LAZARVS, frater Marthæ & Mariæ Magdalenæ, Chriſti Ieſu diſcipulus, Maſſilienſem primus inſtituit Epiſcopatū. Beda ſub 16. Cal. Ianuar. Petr.de Natal.lib.1.cap.72.Antonin.part.1.tit.6.cap.19.§.1.

ANNO XLVII. MASSILIÆ Principem multas in ſua prouincia Eccleſias conſtruxiſſe, Antonin.refert.part.1.tit.6.cap.19.§.1.

LEMOVICENSIS.

ANNO XLVI. S. MARTIALIS, ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris Lemouicen. Eccleſiam conſtruxit, & in ea ſedem Epiſcopalem fundauit. Beda ſub. Prid. Cal. Iul. Petr. de Natal.lib. 6. cap. 29. Antonin. part. 1. tit.6. cap.25.§.2.

TVLLENSIS.

ANNO XLIX. S. MANSVETVM, Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulum, Epiſcopatum in Leucorum Vrbe Tullo fundaſſe, Petr.de Natal. docet lib.11. cap.ult. Democar.lib.2.cap.33.

NARBONENSIS.

ANNO XLVIII. NARBONÆ Cathedram Epiſcopalem à S. Paulo Sergio Gentium Doctoris diſcipulo erectam, Beda & Iſuard. commemorant ſub 11. Cal. April. Petr.de Natal.lib.1.cap.60.Gregor.Turon.Hiſt.lib.1.

SENONENSIS.

ANNO LIIII. SENONENSEM Epiſcopatum à S. Sauiniano diſcipulo ex LXX. Galliæ eſſe fundatum, colligitur ex Beda ſub prid. Cal. Ianuar. Petr. de Natal.lib.2.cap.25.

PETRAGORICENSIS.

ANNO LIIII. S. FRONTO, B. Petri diſcipulus, Petragoricen. primus fundauit Pontificatum. Beda ſub 8. Cal. Nouembr. Volater.lib.3. & 16.

AGENENSIS.

ANNO XLVII. S. MARTIALIS condidit templum Agenen. Cathedrale, ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris, in quo ſedem Epiſcopalem locauit. Democar.lib.2.cap.25.

PICTA-

PICTAVIENSIS.

PICTAVII extruxit templum & Epiſcopatum B. Martialis, in honorem S. Petri Apoſtoli. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

CADVRCENSIS.

CADVRCENSEM Pontificatum & eius Vrbis Eccleſiam Cathedralem, ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris, S. Martialis Chriſti diſcipulus ex LXX. fundauit. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

SANTONENSIS.

SANTONÆ B. Martialis Cathedralem Eccleſiam in honorem S. Petri Apoſtoli erexit, ubi Pontificatum quoque primus inſtituit. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

ANICIENSIS.

S. MARTIALIS Anicienſem ſedem Epiſcopalem in honorem DEI & B. Mariæ Virginis fundauit. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

ARELATENSIS.

S. MARTHA Abbatiſſa, præclara Ieſu Chriſti diſcipula, ſoror Magdalenæ & Lazari, ſororum congregato conuentu, inter Arelatum & Auinionem monaſterium atque Baſilicam in honorem Chriſti eiuſque Genitricis Mariæ cōſtruxit. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 151. Antonin. pat. 1. tit. 6. cap. 20. Mantuan. in Faſtis. ANNO XLVI.

RVTHENENSIS.

S. MARTIALIS, Epiſcopalem ſedem Ruthenam in honorem DEI & B. Mariæ Virginis dedicauit. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

ENGOLISMENSIS.

ENGOLISMENSEM Eccleſiam Epiſcopalem B. Martialis in honorem S. Petri Apoſtoli conſtruxit. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

AVRELIANENSIS.

AVRELIAM B. Altinus, S. Sauiniani & Potentiani collega, Cathedram Epiſcopalem locauit, & eius Eccleſiam in honorem B. Stephani Prothomartyris dedicauit, ubi & cleri uarios inſtituit ordines. Democar. lib. 2. cap. 18. ANNO LIIII.

MIMIATENSIS.

S. MARTIALIS Mimiati Cathedralem Eccleſiam in honorem DEI & B. Mariæ Virginis conſecrauit, ubi & ſedem primus habuit Epiſcopalem. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

ARVERNENSIS.

ECCLESIAM Aruernam in honorem DEI & B. Mariæ Virginis B. Martialis extruxit, & in ea Pontificiam ſedem conſtituit. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

TRECENSIS.

S. AMATOR Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus Trecenſem Epiſcopatum inſtituit. Democar. lib. 2. cap. 19. ANNO LIIII.

TOLONÆ.

S. MARTIALIS, Toloſanam Eccleſiam Cathedralem ſub nomine ac titulo B. Stephani Prothomartyris conſtruxit, & in ea inſtituit Epiſcopatum. Democar. lib. 2. cap. 25. ANNO XLVII.

GALLICA-

GALLICANÆ ECCLESIÆ EXALtio ſub Nerone.

ANNO EXTRVCTA multa templa in honorem DEI per Gallias ab Areo-
LXIX. pagita Dionyſio, Pauli diſcipulo, Micael Syngel. Presby. Hieroſol. docet in uit. Areopag.

PARISIENSIS.

ANNO S. DIONYSIVS Areopagita, D. Pauli auditor atq; diſcipulus, Occi-
LXIX. dentis Apoſtolus factus, Pariſioru primus cathedrā erexit. Metrodor. in uit. Dionyſ. Metaphr. ſub 3. Octobr. Beda & Iſuard. ſub 7. Id. Octobr. Gregor. Turon. Hiſt. lib. 1. Volaterr. lib. 15.

REMENSIS.

ANNO S. SIXTVS, Petri Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus, Remis condi-
LVI. dit templum opere magnificū, in quod ſedem Epiſcopalem locauit. Democar. lib. 2. cap. 14.

ANNO IN Remenſi Ciuitate, quidam deuotus acceptis reliquijs S. Timothei &
LXV. Apollinaris, in eorundem Martyrum honorem Baſilicam ædificauit. Gregor. Turon. in lib. in glor. plur. Martyr. edit. cap. 62.

DIOVANTINÆ.

ANNO S. MENNIVS B. Petri diſcipulus, apud Diouantū ædem B. Stephano
LVIII. conſecrauit. Ioann. Placent. Trudon. in Epi. Tungr. Democar. lib. 2. cap. 15.

SENONENSIS.

ANNO S. SAVINIANVS diſcipulus ex LXX. conſtruxit Senonis Eccle-
LVI. ſias tres, in honorem uidelicet B. Virginis Mariæ, S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Stephani. Democar. lib. 2. cap. 17.

ANNO S. SAVINIANVS, Potentianus & Altinus CHRISTI diſcipuli,
LXIII. adhuc uiuente Petro in eius honorem templum ſeu oratorium erexerunt, ob cuius rei perpetuam memoriam nomen locus retinet adhuc, qui appellatur S. Petri uiui. Democar. lib. 2. cap. 17.

CARNOTENSIS.

ANNO CARNOTI S. Sauinainus, Potentianus & Aduentinus, Eccleſiam in
LX. honorem Virginis Mariæ ædificarunt. Democar. lib. 2. cap. 18.

AVRELIANENSIS.

ANNO AVRELIIS S. Sauianianus, Potentianus & Aduentinus, cum S. Al-
LVI. tino templum S. Stephani conſtruxere. Democar. lib. 2. cap. 18.

ARELATENSIS.

ANNO S. TROPHIMVS B. Petri & Pauli diſcipulus, Arelatenſem funda-
LVI. uit Epiſcopatum. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Gregor. Turon. Hiſt. lib. 1. Beda ſub. 4. Cal. Decemb. & 4. Cal. Ianuar.

LEMOVICENSIS.

ANNO S. MARCIALIS, circa Lemouicas Eccleſias in honorem Saluatoris
LX. Chriſti, Diuæ Genitricis, B. Stephani Prothomartiris, Petri & Andreæ Apoſtolorum condidit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 25. §. 2. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 29.

STEPHA-

STEPHANVS Dux Aquitaniæ Lemouicæ templum S. Valeriæ exſtruxit. Antonin.part.1.tit.6.cap.25.§.2.Petr.de Natal. lib. 6. ANNO LXIIII.

VIENENSIS.

S. CRESCENS Pauli diſcipulus, Vienenſem primus in Gallia conſtituit Epiſcopatum. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. Democar.lib.2.cap.29. ANNO LXVIII.

AVINIONENSIS.

IN Auinione à S. Rufo Pauli Sergij diſcipulo Pontificiam cathedram erectam, Petr. de Natal. commemorat.lib.1.cap.60.Antoni.part.1.tit.6.cap. 28.§.6. ANNO LXIIII.

CATHALANENSIS.

CATHALANENSEM Pontificatum S. Mennium Apoſtolorum corypheì Petri diſcipulum fundaſſe, Ioann. Placentin. Trudon. ſcribit in Catal.epi. Tungren. Petr. de Natal.lib.7. cap.25.Antonin.part.1.tit.6.cap.27. §.1.Volaterr.lib.17. ANNO LVIII.

BELVACENSIS.

BELVACENSIVM cathedram Pontificalem S. Lucianus B. Apoſtolorum, Petri in primis diſcipulus erexit, Volaterr.lib.16.Beda & Iſuard.ſub 5.Id.Ianu.Petr.de Natal.lib.2.cap.55. ANNO LXIX.

SILVANECTENSIS.

TEMPLVM D. uirginis Mariæ apud Siluanectenſes in uico Laureo, à B. Regulo Arelaten. epiſcopo conſtructum eſt. Petr. de Natal.lib.4.cap.15. Antonin.part.1.tit.6. cap.28.§. 2. ANNO LXIX.

RHOTOMAGENSIS.

S. NICASIVM Rhotomagi epiſcopatum conſtituiſſe, author eſt Democar.lib.2.cap. 20. ANNO LXIX.

GEBENNENSIS.

S. NAZARIVS B. Petri diſcipulus, Geuennę fundauit Epiſcopatum. Democar.lib.2.cap. 30. ANNO LVIII.

MELDENSIS.

S. DIONYSIVS Areopagita Pauli diſcipulus, Meldenſem primus conſtituit Pontificatum, Democar.lib.2.cap.19. ANNO LXIX.

SVESSIONENSES.

SVESSIONVM ſedem Epiſcopalem S. Sixtus, Petri Apoſtolorum corypheì diſcipulus fundauit. Author qui ſupr. ANNO LX.

BAIOCENSIS.

S. EXVPERIVS ad Baiocenſes ueniens, Epiſcopatum ibi primus inſtituit. Democar.lib.2. cap. 21. ANNO LXIX.

REMENSIS ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Nerone.

S. TIMOTHEVM & Apollinarem Neroniano gladio conſumptos, Remis part. 5. diſt.3. de Martyr. Remen. in Gallia oſtendimus. ANNO LXIIII.

PARISIENSIS ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Veſpaſiano.

ANNO LXX. PARISIIS S. Dionyſius Areopagita templa conſtruxit, atq; clericos diuerſi ordinis conſecrauit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. Petr. de Natal. libr. 9. cap. 41.

ANNO LXXII. DESTRVCTO idolorũ cultu Pariſijs, Areopagita Dionyſius Pauli Gentium Doctoris diſcipulus tria oratoria ſiue ſacella erexit. Primum in honorẽ S. Trinitatis, eo in loco qui modo dicitur ſub nomine S. Benedicti conſecratus, quemadmodum adhuc hodie indicant feneſtræ uitreæ in ſacello S. Nicolai, Septentrionem uerſus eiuſdem templi, in quibus hæc leguntur: **In hoc ſacello S. Dionyſius cœpit inuocare nomen S. Trinitatis.** Secundum uero in honorem B. Mariæ uirginis conſtruxit, deſtructo Mercurij idolo q̃d ibi colebatur appellaturq; in huius rei monimentũ locus ille noſtra Domina de campis. Tertiũ deniq; fundauit in honorẽ S. Stephani Prothomartyris, quod adhuc appellatur templum S. Stephani Græcorum, quod S. Dionyſius Ruſticus & Eleutherius huius templi authores, Gręci eſſent. Democar. lib. 2. cap. 18.

SENONENSIS ECCLESIÆ PERSECVtio ſub Veſpaſiano.

ANNO LXXIIII. PERSECVTIONEM Chriſtianorũ ad Senonenſes ſeſe extendiſſe, in qua Sauinianus, Potentianus, Altinus, Totaldus & Serotinus martyrio coronati ſunt, ſupra demonſtrauimus part. 5. diſt. 3. ſub Martyr. Senonen. in Gallia.

PARISIENSIS ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Domitiano.

ANNO XCVII. PROPE Pariſios in uico Diolo, Baſilicam ſupra corpus Eugenij Toletani Præſulis Hercoldus conſtruxit. Petr. de Natal, lib. 10. cap. 62. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 4.

ARELATENSIS.

ANNO XCVI. S. DIONYSIVS Areopagita, Pariſienſis Epiſcopus, in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli Eccleſiam Arelati conſtituit. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 2. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 15.

EBROICENSIS.

ANNO XCIIII. EBROICENSEM Epiſcopatum à S. Taurino fundatum, ſcribit Democar. lib. 2. cap. 21.

VIRDVNENSIS.

ANNO XCVI. S. SANCTINVS Virdunenſium fundauit Pontificatum. Democar. lib. 2. cap. 33.

PARISIENSIS ECCLESIÆ PERſecutio ſub Domitiano.

ANNO XCVI. DOMITIANVM Imp. in Gallijs Chriſtianos duriter afflixiſſe, & inter hos Pariſijs S. Eugenium atq; Ionium, colligere licet ex part. 5. diſt. 3. de Martyr. Pariſ. in Gallia.

BELVA-

BELVACENSIS.

BELVACI, S.Lucianum uitæ & ſanguinis profuſione ſub Domitia- ANNO
no Chriſtianam religionem ornaſſe oſtendimus part.5. diſtin.3. ſub Martyr. LXXXIX.
Beluacen. in Gallia.

SANTONENSIS.

S. EVTROPIVM ob inſigne in Chriſtianos odium à Domitiano ANNO
cæſum Imp. Santonen. part. 5. diſt. 3. ſub Martyr. Santonen. in Gallia de- XCVI.
monſtrauimus.

PARTIS SEPTIMÆ

DISTINCTIO IIII.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXAL-tationibus Eccleſiarum Hiſpaniæ.

COMPOSTELLANÆ ECCLESIÆ EXALTA-tio ſub Tiberio.

COMPOSTELLÆ Lupa Hiſpaniæ regina, ex palatio ſuo ANNO
quod inhabitarat, templum opere magnificum, S. Iacobo XXXVII.
Zebedęo Apoſtolo ſacrum extruxit. Antonin. part. 1. tit. 6.
cap. 7. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 133. Mantuan. Faſt. lib. 7.

HISPANICARVM ECCLESIARVM EX-altatio ſub Claudio.

S. TORQVATVM, Cteſiphonem Secundum, Indalecium, Cecili- ANNO
um, Heſichium & Euphraſium, Iacobi Zebedæi Apoſtoli auditores, atq; di- XLV.
ſcipulos, cathedras Pontificias ſeptem locaſſe in Hiſpania, idq; Accij, Vergij,
Abulæ, Vrci, Heliberri, Carceſæ & Eliturgi, Pert. de Natal. affirmat lib. 5. cap.
3. Beda & Iſuard. ſub Id. Marij.

SIRMIENSIS.

S. SPENÆTVS, Petri Appſtolorum principis diſcipulus, Sirmij pri- ANNO
mus Pontificatum inſtituit. Metaphraſt. in uit. Petri. XLVIII.

TOLETANÆ ECCLESIÆ EXALTATIO ſub Nerone.

S. EVGENIVM, B. Areopagitæ Dionyſij diſcipulum, Toleti cathe-
dram Epiſcopalem conſtituiſſe, Antonin. docet part. 1. tit. 6. cap. 28. §. 4. ANNO
Petr. de Natal. lib. 10. cap. 62. LXIX.

HISPANICÆ ECCLESIÆ EXAL-tatio ſub Veſpaſiano.

CELERINA Regina Hiſpanica Chriſtiana, de facultatibus ſuis miro ANNO
opere ſupra S. Torpetis corpus templum conſtruxit, Ado Treueren. & Beda LXX.
ſub 16. Cal. Iun. Petr. de Natal. lib. 5. cap. 8.

PARTIS SEPTIMÆ

DISTINCTIO V.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXALtationibus Eccleſiarum Græciæ.

ATHENIENSIS ECCLEIÆ EXALTAtio ſub Caligula.

ANNO XXXIX. SANCTVS DIONYSIVS Areopagita Pauli diſcipulus, Athenienſem Epiſcopatum in Gręcia conſtituit primus: Metrodor. in uit. Dionyſ. Micael Syngel. in uit. eiuſ. Metaphraſt. in uit. Areopag. Niceph. lib. 2. cap. 20.

THESSALONICENSIS.

ANNO XXXIX. THESSALONICENSEM Pontificatum S. Soſipater Chriſti diſcipulus ex LXX. fundauit, Origen. quem citat. Petr. de Natal. lib. 6. cap. 6.

PHILIPPENSIS.

ANNO XXXIX. PHILIPPIS S. Olympus Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus epiſcopatum extruxit. Metaphr. in uit. Petr. Stephan. epi. Græc. in uit. Petr. quem Hugo Eterian. citat. lib. 3. cap. 17.

BYZANTINÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Claudio.

ANNO XLV. S. ANDREAS Apoſtolus Byzantinæ urbis fundauit epiſcopatum: Niceph. lib. 2. cap. 39. & libr. 8. cap. 6. Beda ſub Non. Febr.

ANNO XLVI. IN ſolo Byzantino multas eccleſias S. Andream Chriſti Apoſtolum fundaſſe, Niceph. affirmat lib. 2. cap. 39.

CORINTHIACÆ.

ANNO XLIII. S. SYLAS diſcipulus ex LXX. Corinthiorum conſtituit primus Pontificatum. Doroth. in Synop. de 70. Metaphraſt. in uit. Petr. Iſuard. ſub 3. Id. Iul.

PATRARVM.

ANNO XLVII. S. ANDREAS Apoſtolus Patrarum erexit epiſcopatum. Niceph. lib. 8. cap. 6. Beda ſub Non. Febr.

PATRARVM ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Veſpaſiano.

ANNO LXXVI. S. ANDREAM Apoſtolum apud Patras martyrium ſubijſſe, part. 5. diſt. 5. de Græc. Martyr. in Grecia demonſtrauimus.

PARTIS

PARTIS SEPTIMÆ

DISTINCTIO VI.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXaltationibus Eccleſiarum Africæ & Aegipti.

CYRENENSIS ECCLESIÆ EXaltatio ſub Caligula.

EPISCOPATVS Cyrenenſis à S. Lucio Pauli cognato conſtitutus eſt. Hieron. ſub prid. Non. Maij. Petr. de Natal. lib. 4. cap. 136. ANNO XXXIX.

ALEXANDRINÆ ECCLESIÆ EXaltatio ſub Claudio.

S. MARCVS Euangeliſta ad Alexandrinos ueniẽs Epiſcopatũ ibi primus inſtituit. Iren. lib. 3. cap. 1. Euſeb. lib. 3. cap. 39. & lib. 2. cap. 16. & 24. Ado Treueren. Beda & Iſuard. ſub 7. Cal. Maij. Hieron. de ſcript. Eccle. in Marco. ANNO XLV.

MARCI Euangeliſtæ diſcipuli in ijs locis qui Bubulci nomen habent maritimaq; ſunt, Alexandriæ Eccleſiam ſibi ædificauerunt, uiuente adhuc Magiſtro. Metaphr. in uit. S. Marc. Euang. Procop. Diacon. & Cartophyl. de Marco Euang. in Metaphr. ANNO XLVIII.

CYRENENSIS ET PENTAPOLITANÆ.

APVD Cyreneos & Pentapolitanos Euangeliſta Marcus Eccleſias conſtruxit, clerum & Epiſcopos, atq; alia inſuper quæ opus erant rite & ordine conſtituit. Niceph. lib. 2. cap. 15. & 43. ANNO XLV.

CARTHAGINENSIS.

IN Carthaginæ S. Creſcentem Petri diſcipulum Pontificiam locaſſe Cathedram, Metaphraſt. refert. in uit. Petri. ANNO XLVIII.

THEBAIDENSIS ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Nerone.

IN Thebaida Africę, à S. Luca Euangeliſta multæ fundatæ ſunt Eccleſiæ, Altaria ſtabilita, Presbyteri atq; Diaconi cõſecrati. Metaphr. in uit. B. Lucæ. ANNO LXVI.

NADDAVER.

IN Vrbe Naddauer S. Matthæus Apoſtolus, & Euangeliſta, ex auro & argento à populo ſibi oblato Eccleſiã conſtruxit & ſub nomine reſurrectionis Chriſti dedicauit: ubi & Presbyteros & Diaconos ordinauit, ut Miſſarum miniſtros. Abdi. certam. Apoſt. lib. 7. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 13. Petr. de Natal. lib. 8. cap. 100. ANNO LXVIII.

ALEXANDRINÆ ECCLESIÆ PERſecutio ſub Nerone.

S. MARCVM Euangeliſtã Neroniano gladio conſumptum Alexandriæ. part. 5. diſt. 6. de Martyr. Alexandrin. in Africa docuimus. ANNO LXIIII.

ÆTHIOPVM ECCLESIÆ EXALTATIO
ſub Veſpaſiano.

ANNO LXX. SVB Beor Æthiopũ Rege, fratre B. Ephigeniæ, omnes prouinciæ Æthiopum Eccleſijs repletæ ſunt Catholicis. Abdi. Apoſt. Hiſt. lib. 3. Metaphr. in uit. S. Matthæi Petr. de Natal. lib. 8. cap. 100.

NADDAVER ECCLESIÆ PERSECVTIO
ſub Veſpaſiano.

ANNO LXX. Sub initio imperij Veſpaſiani ab Hyrtaco occiſum B. Matthæum apud Vrbem Naddauer, colligere licet ex part. 5. diſt. 6. ſub Mart. Afric.

PARTIS SEPTIMÆ

DISTINCTIO VII.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXaltationibus Eccleſiarum Aſiæ.

BETLEHEMITANÆ ECCLESIÆ
Perſecutio ſub Octauiano Auguſto.

ANNO II. NOTA eſt Hiſtoria cædis Innocentum ex part. 1. diſt. 1. de Summis Pontific. in uit. Chriſti. Perpetrato itaq; hoc facinore, Herodes ſtatim in grauiſsimum morbum incidit, quæ de die in diem magis eum urgebat. Lentus ei inerat ignis, non tam magnam contrectantibus oſtendens in flammationem quã intrinſecus ſæuam efficiens uexationem. Accedebat inteſtinorum exulceratio, potiſsimumq; coli acres & acerbi dolores. Præterea & pudendorum putredo uermes procreans. Adhæc & directa arduaq; & difficilis grauiſq; ſpiratio: conuulſioneſq; membrorum omnium. Quare cum nulla ſpes ſalutis appareret, omnibus ſuis ſceleribus antea cõmiſsis, maximum tunc ſcelus addere inſtituit. Nam ne ſine luctu ſubditorum ex hac uita migraret, optimos quoſque Iudæorum, quos in hyppodromo caſtello incluſos habebat, quam primum moreretur trucidari iuſsit: ac iam iam moriturus, filium Antipatrum, quem regni hæredem paulò ante ſcripſerat, in carcere necari præcepit. Rurſum uero cum inedia tuſsiq; conuulſiua diſtineretur, dolorũm impatiens, fatalem mortem præuenire ſtatuit: acceptoq; malo, cultrũ quoq; popoſcit, conſueuerat enim eo per reſectionẽ purgato, ueſci. Deinde circumſpiciens, ne quis, qui eum inhiberet, adeſſet, dextram ſuſtulit, tanquam ſibi ipſi eam allaturus. Ioſeph. Antiquit. lib. 17. & bell. Iudaic. lib. 2.

ASIATICÆ

ASIATICÆ ECCLESIÆ EXALTATIO
ſub Tiberio.

S. PHILIPPVS Apoſtolus in Aſia multas Baſilicas extruxit, ubi & Sacerdotes & Altaria ad Miſſarum ſolennia celebranda conſtituit. Metaphr. in uit. B. Philipp. ſub 14. Nouembr. ANNO XXXVI.

HIEROSOLYMITANÆ.

HIEROSOLYMIS ab Apoſtolis Chriſti Epiſcopalem Cathedram erectam, Epiphan. docet hæreſ. 66. lib. 2. Tom. 2. Euſeb. lib. 4. cap. 5. Beda ſub 6. Cal. Ianu. Abdi. Apoſt. Hiſt. lib. 6. Volaterr. lib. 11. ANNO XXXIII.

AD montem Syon in domo Ioannis Euangeliſtæ Hieroſolymis ab Apoſtolis prima Chriſtianorum fundata eſt Eccleſia, ubi & Petrus Miſſæ ſacrificium celebrauit. Heſych. Presbyt. Hieroſol. in Actor. cap. 2. & 23. Beda ibid. & Ioann. Caſsian. ANNO XXXIII.

B. MARIA Virgo, Chriſti mater inuiolata, Cœnobium primum Chriſtianum CXX. Virginum Hieroſolymis inſtituit. Dionyſ. Carthuſ. in 1. lib. Lombard. diſt. 18. q. 2. Bergomen. de clar. mulier. in B. Virgine. ANNO XXXIII.

DOMVS B. Mariæ Magdalenæ Hieroſolymis in Eccleſiam conſecratur, Bergam. de clar. mulier. cap. 17. Egeſipp. quem citat Bergomen. Chron. lib. 8. ANNO XXXIIII.

ANTIOCHENÆ.

S. PETRVM Apoſtolorum Principem Epiſcopatum Antiochenum fundaſſe, Euſeb. commemorat lib. 3. cap. 4. & 22. Niceph. lib. 2. cap. 35. Clemens Recogn. lib. 7. & 10. Ado Vienen. Chron. ætat. 6. ANNO XXXVII.

THEOPHILVS Ciuis Antiochenus potentiſsimus, domum ſuam Petro ut ex ea conſecraret Eccleſiam tradidit. Clemens recognit. lib. 10. Petr. de Natal. lib. 3. cap. 140. ANNO XXXVII.

CÆSARIENSIS.

CÆSARIENSEM Epiſcopum à S. Zachæo Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo eſſe fundatum, colligitur ex Clement. lib. 3. recognit. & Epito. Metaphr. in uit. Petri. ANNO XXXVI.

TRIPOLITANÆ.

S. MARO B. Petri diſcipulus Tripolitanum primus fundauit Epiſcopatū. Abdi. Apoſt. Hiſt. lib. 1. Clemens lib. 6. recognit. & in Epito. Metaph. in uit. Petri. ANNO XXXVI.

LAODICENSIS.

LAODICENSEM Pontificatum S. Lucius Apoſtolorum Coryphæi diſcipulus fundauit. Clemens lib. 10. recognit. & in Epito. Metaphraſt. in uit. Petri. Volaterr. lib. 19. ANNO XXXVI.

SCYTHARVM.

APVD Scythas S. Philippus Apoſtolus templa conſtruxit, Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos atq; Clericos diuerſi ordinis conſeruauit. Metaph. in uit. B. Philippi. ANNO XXXVII.

SYRIACÆ

SYRIACÆ ECCLESIÆ PERSECVTIO ſub Tiberio.

ANNO XXXI. MODVM perſecutionis iniquum & crudelem, atq; Martyrium Præcurſoris Chriſti Ioannis Baptiſtæ, aliquando uberius tractauimus part. 5. diſt. 7. de Martyr. Syriac. in Aſia. Sed mox ultio diuina Herodem Antipam ſubſequitur, nam cum Herodiadis frater Agrippa, Roma rediret, dignitate regia ornatus, à meretricula excitatus eſt, ut & ipſe regium titulum ab Imperatore flagitaret: eamq; ob cauſam Herodes una cum Herodiade Romam iter faciunt. Agrippa factus ea de re certior, Caio ſcribit, ne fidem Herodi habeat, quem conſtet arma ad bellum præparare, fœdere inito cum Perſarum Rege: eaſq; literas celerrimè perferri curat ad Cæſarem, ita ut una cum Herode ad Cæſarem peruenirent. Caius cum nulla alia re magis quam ſeditionis affectione permoueri poſſet, Herodem initio blandè ſuſcipit: ac deinde percontatur, num quid armorum in promptu haberet: Herodes reſpondit, ſe regio apparatu inſtructum eſſe: His auditis, putauit Caius, ſatis inſidias eſſe probatas: ac Herodem in perpetuum exilium, Lugdunum in Galliam condemnauit, donatis omnibus eius bonis Agrippæ per literas. Herodiadis uero filia talem obitum habuit: Eundum ei quopiam brumali tempore erat, & fluuius traijciendus: qui cum glacie conſtrictus coagmentatuſq; eſſet, pedes eum tranſibat. Glatie autem rupta demergitur illa ſtatim capite tenus: & inferioribus corporis partibus laſciuiens, molliuſq; ſe mouens ſaltat, non in terra, ſed in undis: caput uero ſceleſtum frigore & glacie concretum, deinde etiam conuulneratum, & à reliquo corpore, non ferro, ſed glaciei cruſtis reſectum, in glacie ipſa ſaltationem letalem exhibet: ſpectaculoq; eo omnibus præbito, in memoriam ea quæ fecerat, ſpectantibus reuocat. Ioſeph. Antiquit. lib. 18. cap. 9. Euſeb. lib. 2. cap. 4. Niceph. lib. 1. cap. 20.

HIEROSOLYMITANÆ.

ANNO XXXIII. QVOMODO Iudæi contra Meſsiam Hieroſolymis graſſati ſint, quã iniuſtè Pilatus in Chriſtum innocentem, in gratiam Iudæorum, iram Cæſaris ei minitantium, ſententiam tulerit, quamq; crudeliter eum tractarit, ſupra expoſitum eſt part. 1. diſt. 1. de Summ. Pontific. in uit. Chriſti. Vltio igitur diuina tandem eos ſubſecuta eſt: Nam ſub Annum Domini XLII. Pilatus de iniuſta crudelitate à Iudæis accuſatus, Romam ire à L. Vitellio Syriæ Præſide iuſſus eſt, reſpõſurus ad obiecta: dumq; eſt in itinere, Tiberius expirat. Tantis itaq;, irrogante Caio, angoribus coartatus eſt, ut ſua ſe tranſuerberans manu, malorum compendium mortis celeritate quæſierit. Eutrop. lib. 7. Euſeb. lib. 2. cap. 7. Ioſeph. Antiquit. lib. 18. cap. 5. Quantæ uero clades in toto populo Iſraelitico propter Chriſtum interfectum conſecutæ ſint, Ioſeph. in lib. de bell. Iudaic. & Egeſipp. Comment. lib. 5. commemorat. Sed ut de regionis totius uaſtatione taceam, unius Ciuitatis Hieroſolymorũ miſerias ex 5. libro Hiſtor. Ioſeph. perſequuturus ſum, quæ antè quã Romanos hoſtes uidit, longè crudelioribus intus hoſtibus toto ſexennio afflicta eſt ac diſtracta, tot factionibus latronum audaciſsimorum, inter ſe rapinis, cædibus, incendijs etiã ad rabiem uſq; certantium, cum nulla pars ſatis ſuum locum ſe tueri poſſe crederet, niſi alias factiones ſcelerum nouorum modis ac numero ſuperaſſet. Eò furor proceſsit, ut de locupletibus ciuibus certarent factiones, quæ prius in-

terfectis

terfectis Dominis,in bona inuolarent. Tenuioris fortunæ homines trucidare,erat tollere è medio inutilem turbam, & futuram oneri ciuitati obſeſſæ, & urbem ad tolerandam obſidionem diuturnam preparare. Vno uerbo ſignificare, aut uultu præ ſe ferre dolorem de præſenti licentia omnium ſcelerum, uocabatur proditio & conſpiratio cum Romanis, deniꝗ erat acerbiſsimo ſupplicio dignum facinus. Simile erat ſuos innocentiſsimè interfectos lugere. Polluere templi ſacratiſsimi partem cędibus ac ſanguine, erat pugnare pro conſeruatione templi & religione patriæ:Rapere ſacros theſauros ex templi gazophilacio, eoſdemꝗ fœdiſsimo luxu profundere, erat mutuari ſumptus ad defenſionem cultuum diuinitus traditorũ. Manentes in urbe,præter alias publicas miſerias,cernebant etiam ſua corpora, coniuges, liberos, fortunas, peſsimorum nebulonum effreni libidini ac uiolentiæ expoſita. Cum igitur Veſpaſianus quinꝗ annis ferè totam Iudæam ſubegiſſet, pluribus urbibus munitiſsimis ui expugnatis, & ob inhabitantiũ peruicatiã direptis ac incenſis, ultimo ſemeſtri Titus ad urbem Hieroſolymam exercitum adduxit,eamꝗ obſedit Anno II. imperij patris qui CHRISTI fuit LXX. quæ horrenda fame laborare cœpit, quam lues comitata eſt tam fœda,ut dicantur undecies centena millia hominũ tempore obſidionis, fame & peſte extincta eſſe. Cogebantur enim Iudæi impuriſsimis quibuſꝗ rebus ueſci. In hac quoꝗ calamitate,mulier ſuum ipſa filium in ea famis anguſtia aſſum comedens conſumpſit. Capta & incenſa urbe aliquot myriades Iudæorum perierunt. Intercepti ſunt belli tempore ad XCVII. millia, qui partim uenditi, partim in magnas urbes in uicinia diſtributi,ludorũ diebus laniandi feris obiecti ſunt: alij in circo mutuis uulneribus pugnantium hoſtium more, ſe conficere coacti: alij uincti ad Iſthmum Peloponneſi perſiſtendum miſsi ſunt. His triſtiſsimis exemplis horrendæ iræ DEI gens illa prope tota deleta eſt: cum diuinitus ita factum eſſet,ut feſto Azymorum, quo ex tota Iudæa Hieroſolymam conuenire conſueuerant Iudæi, urbs cingeretur obſidione.

PSEVDOPONTIFICES quoꝗ Hieroſolymis inſidiabantur cunctis qui CHRISTO nomen dederant, & eius ſectatores uidebantur. Vnde Apoſtolos in carceres conijciebant,Stephanum Diaconum lapidibus obruebant,& in alios quoꝗ Chriſtianos faciebant inquiſitionem ac horrendis cædibus ſæuiebant,ut part.5.Martyrijs ſingulorum demonſtratur. ANNO XXXIII.

EPHESINÆ ECCLESIÆ EXALTAtatio ſub Caligula.

PHIGELLVS à Petro Apoſtolorum Coryphæo miſſus,qui poſtea à recta diuertit uia & ſenſit cũ Simone Mago, Epheſinam ſedem Epiſcopalem fundauit.Metaphr.in uit.Petr.Doroth.in Synop. de 70.Volaterr. lib.19. ANNO XXXIX

NICOMEDIENSIS.

NICOMEDIAM B.Procorius Diaconus de VII. primis, nepos S. Stephani Prothomartyris, & comes S.Ioannis Euangeliſtę cathedram epiſcopalem locauit.Metaphr.in uit.Petr.Doroth.in Synop.de 70.Volaterr.lib.19. ANNO XXXIX.

DAMASCENÆ.

S.ANANIAS Apoſtolorum diſcipulus Damaſcenum Epiſcopatũ inſtituit.Petr.de Natal.lib.3.cap.21.Doroth.in Synop. de 70.Volaterr.lib.19. ANNO XL.

Mm THAR-

THARSENSIS ECCLESIÆ EXALtatio ſub Claudio.

ANNO XLIII. S. VRBANVS Petri Apoſtolorum coryphęi diſcipulus, Tharſenſium primus cathedram erexit. Metaphr. in uit. Petr. Stephan. epi. Græc. in uit. Petri quem citat Hugo. Eterian. lib. 2. cap. 17.

SMYRNENSIS.

ANNO XLIII. S. APELLES frater Polycarpi, Smyrnenſem fundauit Epiſcopatum. Metaphr. in uita Petri. Doroth. in Synop. de 70. Stephan. epi. græc. in uit. Pet. quem citat Hugo. Eter. libr. 2. cap. 17.

GALATINÆ.

ANNO XLIX. S. CRESCENS Pauli diſcipulus, Galatinum primus in Aſia conſtituit epiſcopatum. Beda & Iſuard. ſub 5. Cal. Iul.

BABYLONICÆ.

ANNO XLV. S. ABDIAS, Apoſtolorum Simonis & Iudæ diſcipulus, qui Chriſtum in carne uiderat, Babyloniæ fundauit epiſcopatum. Abdi. certam. Apoſt. lib. 6. African. in eius libr. præfat.

INDICÆ.

ANNO XLV. S. POLYMIVM Regem, D. Bartholomæi diſcipulum, in India epiſcopatum conſtituiſſe, author eſt Abdi. Apoſt. Hiſt. lib. 8. Petr. de Natal. lib. 7. cap. 104.

HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIÆ PERſecutio ſub Claudio.

ANNO LIII. TANTA Hieroſolymis circa feſtum Paſchatis diem ſeditio rerúmque perturbatio oborta eſt, ut eorum duntaxat qui in portis templi uiolenter premebantur, ſeque inuicem proculcabant, triginta millia Iudæorũ interierint, ceſſeritque dies ille feſtus in luctum toti genti, orto per ſingulas domos lamento. Euſeb. lib. 2. cap. 19. Ioſeph. bell. Iud. lib. 2. cap. 19. Vnde colligere licet non paruam quoque Chriſtianorum factam eſſe cædem.

HIERAPOLITANÆ ECCLESIÆ EXALtatio ſub Nerone.

ANNO LV. S. MATTHÆVS Apoſtolus & Euangeliſta, apud Hierapolim Syriæ Eccleſiam conſtruxit, atque diuerſos cleri ordines inſtituit. Metaphraſt. in uit. B. Matthæi ſub 16. Nouembr.

PERSICÆ.

ANNO LXVI. S. SIMON & Iudas Apoſtoli, plures in Perſide Eccleſias conſtruxerunt, diuerſis cleri ordinibus inſtitutis. Abdi. certam. Apoſt. lib. 4. Antonin. part. 1. tit. 6. cap. 14. Petr. de Natal. lib. 9. cap. 115.

SVANYR.

ANNO LXIX. XERXES Rex Perſidis, Baſilicam octogenos cyclos octo angulorum, & octies octogenos pedes per gyrum comprehendentem ſuper corpora Apoſtolorum Simonis & Iudæ conſtruxit. Author. qui ſupr.

HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIÆ PERſecutio ſub Nerone.

ANNO LXII. IACOBVS frater Domini ſecundum carnem è templo precipitatus eſt Hieroſolymis, ut ex part. 5. diſt. 7. de martyr. Hieroſol. in Aſia comprobatur.

TROADIS.

TROADIS.

S. CARPVM apud Troadem martyrium ſub Nerone ſubijſſe, part.5. diſt.7.ſub Martyr. Troad.in Aſia demonſtrauimus. ANNO LX.

INDICÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Veſpaſiano.

S. THOMAS Apoſtolus in India Chriſtum prædicans, templa ubiq; maxima conſecrauit. Abdi.certam.Apoſt.lib.9.Niceph.lib.2.cap.40. ANNO LXXVI.

S. BARTHOLOMÆVS Apoſtolus, Angelico miniſterio ſtipatus templum in Iudęa magnificum, comminutis idolis conſecrauit. Abdi.certam. Apoſt.lib.8. Antonin.part.1.tit.6.cap.12.Petr.de Natal.lib.7.cap.103. ANNO LXXIX.

HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIÆ PERſecutio ſub Veſpaſiano.

IVDÆORVM in Chriſtianos perſecutionem ſub initio Principatus Veſpaſiani adhuc ſæuiſſe ex martyrio S. Matthiæ. part.5.diſt.7. ſub Martyr. Hieroſol. in Aſia colligitur. ANNO LXX.

ANTIOCHENÆ.

S. LVCAM Apoſtolum cum alijs Antiochiæ in Syria martyriũ ſubijſſe ſub Veſpaſiano, part.5.diſt.7.ſub Martyr.Antiochen. in Aſia demonſtrauimus. ANNO LXX.

SVANYR.

SVB Veſpaſiano apud Suanyr Perſidis urbem Chriſtianorum factam perſecutionem ex martyrijs S. Apoſtolorum Simonis & Iudæ. part.5.diſt.7. ſub Martyr. Perſ.in Aſia comprobatur. ANNO LXX.

EPHESINÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Tito.

EPHESI templum uiuo Ioanne ſub nomine eius fuiſſe conſtructum, Abdi.commemorat certam.Apoſt.lib.5. ANNO LXXX.

INDICÆ ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Veſpaſiano.

IN INDIA S. Bartholomæum Apoſtolum martyrium ſubijſſe, part. 5.diſt.7.ſub Martyr. Ind. in Aſia retulimus. ANNO LXXX.

HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIÆ perſecutio ſub Domitiano.

HIEROSOLYMIS iuſsit Domitianus Iudæos è regio Dauidis genere conquiri & interfici, ſed cum parum fœlices in rebus temporalibus cognouiſſet contemptos à ſe dimiſit. Euſeb. lib.3.cap.20. ANNO LXXXIII.

EPHESINÆ.

EPHESI ex ſua Eccleſia excuſſus, & in Pathmon Inſulam Ioannes Euangeliſta eſt condemnatus. Euſeb.lib.3.cap.18. ANNO LXXXV.

SVB Domitiano apud Epheſum cędem Chriſtianorum factam ex martyrio B.Timothęi & aliorũ colligitur part.5.diſt.7.ſub Martyr.Epheſin.in Aſia. ANNO XC.

INDICÆ.

ANNO LXXXIX. S. THOMAM Apoſtolum ſub Domitiano martyrio coronatum in India, uidere licet part. 5. diſt. 7. de Martyr. Indic. in Aſia.

PARTIS SEPTIMÆ

DISTINCTIO VIII.

DE PERSECVTIONIBVS ET EXVL-tationibus Eccleſiarum Inſularium.

ANTARADINÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Tiberio.

ANNO XXXVII. SANCTVS PETRVS Apoſtolorum primus, Antaradi Sacellum D. Genitrici excitauit, ex ęre Chriſtianorum collato. Volaterr. lib. 11.

BRITANNICÆ ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Nerone.

ANNO LXV. EXTRVCTA multa templa per Britanniam à Petro Apoſtolorum anteſignano, Presbyteros ibi Diaconos atq; ordinis diuerſi clericos conſecratos, Metaphr. affirmat in uit. Petri.

CHERSONENSIS ECCLESIÆ EXALTAtio ſub Veſpaſiano.

ANNO LXXVII. LXXV. in Cherſona Eccleſias uno anno à B. Clemente Pontifice fuiſſe conſtructas, Primir. Eccleſ. Prothonot. edocent in uit. Clement. Petr. de Natal. lib. 10. cap. 98. Metaphraſt. in uit. Clement. Antonin. part. 1. tit. 7. cap. 2. §. 2.

CHERSONENSIS ECCLESIÆ PERSEcutio ſub Veſpaſiano.

ANNO LXXVII. IN Cherſona urbe perſecutionem Chriſtianorum duraſſe ſub Veſpaſiano certum eſt ex martyrio B. Clementis Papæ, part. 5. diſt. 8. de Martyr. Cherſon. in Inſul.

FINIS PARTIS SEPTIMÆ, CENTENARII PRIMI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE.

GVILIELMI

GVILIELMI EYSEN-GREINEI DE NEMETO SPIrenſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

CENTENARIVS PRIMVS.

PARS VIII.

DISTINCTIO PRIMA.

DE HÆRESIBVS ATQVE SCHISmatibus Aſiæ.

HÆRESES ASIÆ

NICOLAITARVM.

NICOLAITARVM hæreſis, à quodam Nicolao uno ex VII. qui primi ad Diaconium ab Apoſtolis ordinati ſunt initium traxit. Is Antiochenus, ut Alexandrin. Clemens in 3. Context. libr. ait, cum formoſam haberet uxorem, eiq́ poſt Seruatoris aſſumptionem, ab Apoſtolis Zelotypiæ crimen obiectum eſſet, in medium productam, quicunq́ uellet ducere eam iuſsit. Ex qua occaſione conſequentes finxerunt: ANNO XXXV.

Rem indifferentem eſſe, ueſci idolothys, uxores oportere communes eſſe, ac rem indifferentem eſſe mœchari.

Poſt Deum plures uirtutes exiſtere.

Barbelo, Prunico, Ialdabaoth, Caulacauch, atq́ alia Barbarica nomina mundo ſcelestè inuexerunt.

Pleniſsimè autem ex Ioann. Apocalyp. cap. 2. manifeſtatur in Aſia fuiſſe hanc hæreſim. Nam ad Eccleſiam Pergamenſem ſcribens dicit: Habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Epiphan. lib. 1. Tom. 2. hæreſ. 25. Iren. lib. 1. cap. 27. Euſeb. lib. 3. cap. 29. Niceph. lib. 3. cap. 15.

Epiphanius etiam docet Nicolaum uxore ſua contra aliorū conſuetudinē in Diaconatu abuſum.

EPHESI.

CERINTHIANORVM.

CERINTHVS in Aſia per reuelationes ueluti à magno Apoſto-

 lo ſcriptas,

lo ſcriptas, uerborum portenta (qui in Ægypto Philoſophiam didicerat) nobis tanquam per Angelos ei tradita mentitus, induxit:

Angelos mundum feciſſe docuit, & legem atq; Prophetias dediſſe.

Obſeruationem legis neceſſariam eſſe uoluit.

Non à Deo factum eſſe hunc mundum dixit, ſed à uirtute quadam ualde à Deo diſtante.

Iudam traditorem honorauit.

Chriſtum docuit eſſe naturalem Ioſephi & Mariæ filium, ac tantum hominem, ſapientia duntaxat & uirtutibus reliquis hominibus antecellentem.

In baptiſmo primum hunc Ieſum à Deo deſcendiſſe Chriſtum ſpiritalem ſpecie columbæ, atq; eum Chriſtũ per Ieſum miracula feciſſe, & deinde quando Ieſus deberet pati Chriſtum rurſus ab eo auolaſſe, Ieſumq; ſolum paſſum eſſe.

Chriſtum nondum à mortuis reſurrexiſſe uoluit.

Iudæorum Deum non Deum ſed Angelum dixit.

Docuit circumciſiones & ſabbata obſeruanda eſſe.

Dies feſtos, uictimas & ſacrificiorum mactationes à Iudaiſmo inſtituit.

Scripturas ſacras nullas præter Euangelium Matthæi approbauit.

Non eſſe communicandum cũ hereticis doctrina eſt Apoſtolica.

Regnum Chriſti poſt reſurrectionem terrenum fore, in quo Hieroſolymis uicturi, & cibo, potu, reliquiſq; uoluptatibus corporalibus perfruituri ſimus: ac mille quidem annos huic rei datos eſſe dixit.

Sed illuſtrem hiſtoriam quam Iren. lib. 3. cap. 3. memoriæ prodidit adſcribemus, ex qua colligere licet Cerinthum Epheſ. docuiſſe: Sunt, inquit, qui audierunt eum (Polycarpum) dicentem: quoniam Ioannes Domini diſcipulus in Epheſo iens lauari, cum uidiſſet intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens: Quod timeret ne balneum concidat, cum intus eſſet Cerinthus inimicus ueritatis. Epiphan. lib. 1. Tom. 2. cap. 28. Iren. lib. 1. cap. 25. & lib. 3. cap. 3. Euſeb. lib. 3. cap. 28. Niceph. lib. 3. cap. 14.

SAMARIÆ.

SIMONIANORVM.

ANNO XXXIIII.

SIMON Magus, in Samariæ uico Gitton natus patre Antonio matre uero Rachel, in Græcis literis doctus fuit & orator uehemens, & Dialecticæ diſputationumq; peritiſsimus, ſtatim poſt paſsionem Domini magicis artibus in Samaria plures dementare cœpit, ut Lucas Acto. 8. commemorat. Hic pater omnium hæreticorum, paſsim loca omnia peruagantibus Apoſtolis & replentibus Euangelio CHRISTI Romam profugit, ubi à Petro deprehenſus, conueniens damnationis ſupplicium dedit. Verum hac de re qui plura ſcire cupiat, (ne eadem ſecundo repetere uideamur) puta quomodo reprehenſus fuerit à Petro quando ſimularet pœnitentiam, diſputationes habitas cum Petro, de tragico exitu pœnaq; in ipſum diuina, recurrat ad part. 5. diſt. 1. ſub uit. Petri. Operæ precium autem eſt portentoſas hic eius opiniones enumerare.

Equum Troianum dicebat eſſe ignorantiam uniuerſarum gentium.

Omnia

Omnia ad fatum trahebat, quia unum quodque ſicut ei fato decernatur uel ſapere aliquid uel intelligere uel pati docebat.

Angelos dicebat Helenam ſeu Ennæam inuitam retinuiſſe, quia Simonem tanquam ſummum Deum ignorarent.

Angelos de principatu inter ſe contendiſſe referebat.

Seipſum dicebat eſſe Chriſtum, & hominis figuram aſſumpſiſſe duntaxat, & paſſum in Iudæa putatum, cum non eſſet paſſus.

Verum Chriſtum eſſe magum & tamen ſe à Cruce non potuiſſe liberare docebat.

Animam eſſe mortalem aſſerebat.

Se ſpiritum ſanctum eſſe qui gentibus datus eſſet docebat.

Se dicebat deſcendiſſe de cœlo ut ſuam Helenam liberaret, quæ eſſet ouis perdita cuius in Euangelica hiſtoria mentio fieret.

Hominibus ſe ſalutem præſtare ex gratia per opera iuſta.

Legem aiebat non eſſe à Deo, ſed ab aliqua ſiniſtra uirtute.

Corpora docebat interire penitus nec reſurgere.

Prophetas Angelorum inſpiratione quædam prædixiſſe aſſerebat, eos uero quia nunc ipſe de cœlis ueniſſet non curandos amplius.

Eſſe ſeruitutem iniuſtam, bonis & honeſtis operibus uacare, docebat. *Simonis Magi hæreſis contra bona opera.*

Hælenam dicebat, ut quæ cognoſceret quæ Simon tanquam pater uellet, Angelos & poteſtates generaſſe.

Angelos hunc mundum feciſſe docebat.

Simon affirmabat ſe eſſe ſublimiſsimam uirtutem & infinitam potentiam, quæ ſit ignis, & habeat operationem duplicem, nimirum occultam & manifeſtam.

Se inter Iudæos apparuiſſe quaſi filium, in Samaria quaſi patrem deſcendiſſe, apud reliquas gentes quaſi Spiritum ſanctum aduentaſſe aiebat.

Docebat omnes gentes ſe Deum colere, etiamſi diuerſa nomina ſibi attribuerent.

Ex ſe tres coniugationes exortas docebat, quas uocauit radices: primam, mentem ſeu mentis cogitationem; ſecundam, uocem: tertiam, rationem & cogitationem.

Ex ſe dicebat exiliiſſe Ennoiam, eamque eſſe Selenen ſeu Helenam.

Bona temporalia pauperum maluit ſibi conſeruare eaque inutiliter dilapidare, quam erogare pauperibus. Et ipſe accepto ſimulate baptiſmate, Spiritus ſancti gratiam uolebat à D. Petro mercari. Iren. lib. 1. cap. 20. Epiphan. lib. 1. Tom. 2. hæreſ. 21. Euſeb. lib. 2. cap. 13. *Epiphanius etiam refert Simonem magum negaſſe liberum arbitrium.*

SYRIÆ.

EBIONITARVM.

EBIONÆI, quià paupertate nomen habent, uerè pauperes in agnitione gloriæ Chriſti, in Cocabo uico in Biſantide regione in Syria, poſt Hieroſolymorum deſtructionem ortum ſuum habuêre. ANNO LXXIII.

Conſentiunt

Conſentiunt mundum à Deo factum, ea autem quæ ſunt erga Dominum non ſimiliter.

Solo eo quod eſt ſecundum Matthæum Euangelio utuntur, & Apoſtolum Paulum recuſant Apoſtatam eum legis dicentes.

Quæ ſunt Prophetica curioſius exponere nituntur, & circumciduntur, ac perſeuerant in his conſuetudinibus quæ ſunt ſecundum legem.

Chriſtum dicunt creatum eſſe in cœlo, & ſanctum ipſius ſpiritum. Aduenisse autem Chriſtum in Adam primum, & iuxta tempus exuiſſe ipſum Adam & rurſus induiſſe. Atque hoc ipſum aiunt perfeciſſe ipſum in aduentu ſuo in carnem.

Aſsiduè merguntur in aquis, æſtate ac hyeme, ad purificationem uidelicet, uelut etiam Samaritæ.

Sabbata cum Iudæis, nobiſcum diem Dominicam in honorem reſurrectionis obſeruant. Chriſti fidem & uitæ conuerſationem fidei correſpondentem non eſſe ſufficientem ad uitam æternam conſequendam exiſtimant.

Iren. lib. 1. cap. 26. Epiphan. lib. 1. Tom. 2. hæreſ. 20. Euſeb. lib. 3. cap. 27. Niceph. lib. 3. cap. 13.

ANTIOCHIÆ.

MENANDRIANORVM.

ANNO LXVI. MENANDER Samaritanus, ex uiro Capparetæa, Simonis Magi diſcipulus, à dæmonibus etiam impulſus, Antiochiæ cum eſſet multos in errorem arte magica induxit:

Dari decebat per ſuum baptiſma ſuis diſcipulis reſurrectionem, talem quidem, ut homines in hac uita non ſeneſcerent ſed manerent immortales.

Per magiam ſuam Angelos uinci aſſerebat.

Primam uirtutem omnibus incognitam aiebat, ſe uero eum eſſe qui miſſus ſit ab inuiſibilibus ſaluatorem pro ſalute hominum.

Mundum factum ab Angelis emiſsis ab Enneia dicebat.

Iuſtin. in Apolog. 2. Iren. lib. 1. cap. 21. Epiphan. lib. 1. Tom. 2. hæreſ. 22. Euſeb. lib. 3. cap. 26. Niceph. lib. 3. cap. 12.

De Elyma Mago, cui nomen Bariehu, eo quod capita doctrinæ eius non extent, ſufficiant ea quæ ſupra retulimus part. 5. diſt. 1. de Martyr. Roman. in Italia ſub Paulo.

CENTENARII PRIMI FINIS.

Ego Alphonſus Piſanus Theologiæ Profeſſor ordinarius Ingolſtadij legi hunc librum, & uiſus eſt pius & utilis futurus ad confirmandum lectorem in fide Catholica.

AVTHORES QVORVM
OPERA VSI SVMVS IN HOC
priori Centenario.

Biblia Sacra.
Marcellus Petri diſcipulus.
Linus Papa.
Philo Iudæus.
Abdias Apoſtolorum diſcipulus.
Clemens Papa.
Iacobus frater Domini.
Anacletus Papa.
Dionyſius Areopagita.
Euariſtus Papa.
Prothonotarij Eccleſiæ primitiuæ.
Presbyteri & Diaconi Achaiæ.
Egeſippus.
Euodius Apoſtolorum diſcipulus.
Fl. Ioſephus Iudæus.
Martialis Apoſtolus.
Polycarpus.
Papias.
Dionyſius Epiſcopus Corinthi.
Irenæus Epiſco. Lugduneñ.
Ammonius Alexandrinus.
Cyprianus Epiſcopus Carthagin.
Clemens Alexandrinus.
Fabianus Papa.
Methodius.
Origenes.
Tertullianus.
Vrbanus Papa.
Ambroſius Epiſcopus Mediolaneñ.
Athanaſius Epiſcopus Alexandriñ.
Cyrillus Epiſcopus Hieroſolym.
Concil. Laodicen.
Concili. Nicen.

Concilia: Trull. Agathen. Elibertin. Gangreñ. Aquiſgraneñ. 2. Carthagineñ. Cōſtantinopol. Chalcedoneñ. Conſtantieñ. Tridentiñ.

Damaſus Papa.
Dorotheus Epiſcopus Tyri.
Conſtantinus Imperator.
Baſilius Magnus.
Euſebius Cæſarien.
Epiphanius.
Ephrem Ediſſen. Diacon.
Euſebius Emiſſen.
Gregor. Nazianzen.
Gregor. Niſſen.
Gregor. Nicomedien.
Hieronymus.
Hilarius Epiſc. Pictauien.
Iuuencus Presbyter.
Ioannes Damaſcenus.
Ioſephus humilis in Metaphraſt.
Lactantius Firmianus.
Medrodorus Græcus.
Micael Syngelus Presby. Hieroſol.
S. Maximus Monachus & Confeſſor.
Optatus Epiſcopus Mileuitan.
Prudentius.
Syluſter Papa.
Theophilus Epiſcopus Alexandrin.
Theodorus Daphnopates Presby. Hieroſol. in Metaphraſt.
Theodoretus Epiſc. Cyreñ.

Timotheus Presbyt. Hieroſol.
Stephanus Papa.
Sozomenus Græcus.
Sedulius.
Suidas.
Rufinus Aquilieñ.
Proclus Patriarch. Conſtantinopol.
Petrus Chryſologus Epiſcopus Rauenn.
Paulinus Epiſc. Nolan.
Paulus Oroſius.
Marcus Epiſc. Epheſin.
Maxim⁹ Epiſcopus Taurineñ.
Leo Papa.
Iuuenal. Epiſ. Hieroſol.
Ioannes Caſsianus.
Ioannes Chryſoſtom⁹.
Gelaſius Papa.
Ephrem Epiſcopus Cherſonæ.
Eutropius.
Cyrillus Archiepiſc. Alexandriñ.
Agatho Papa.
Amphilochius Epiſcopus Iconij.
Auguſtin. Epiſc. Hipponeñ.
Aurel. Caſsiodorus.
Andreas Epiſc. Cretæ.
Gregor. Epiſ. Turoneñ.
Germanus Conſtantinopol.
Gaudentius Brixieñ.
Gregorius Papa.
Ionas Epiſ. Aurelianeñ.
Ioannes Epiſcopus Sycopolitan. Græcus.
Oecumenius Græcus.

Simeon Metaphraſt.
Primaſius.
Iſidorus Hiſpaleñ.
Beda uenerabilis.
Gregorius 3. Papa.
Iſuardus.
Heſychius Presb. Hieroſolym.
Paulus Diaconus.
Remigius. Antiſidiorenſis.
Nicolaus Epiſc. Methoneñ.
Hildeuinus Abbas. S. Diony.
Haimo Epiſcopus Halberſtateñ.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Ado Vieneñ.
Ado Treuereñ.
Euthymius Græcus.
Theonas Abbas.
Marianus Scotus.
Leo 9. Papa.
Hermannus contractus.
Coelfridus Abbas.
Anſelmus Cantuarieñ.
Alexander 3. Papa.
Bernardus.
Gotefridus Viterbieñ.
Hugo de S. Victore.
Ioannes Zonaras.
Innocentius. 3. Papa.
Ioannes Abbas Vercelleñ.
Ioannes Saracenus.
Otto Friſingeñ.
Petrus Damianus.
Rupertus Tuitieñ.
Rupertus Liconieñ.
Sigebertus Gemblaceñ.
Nicolaus 3. Papa.
Nicephorus.
Chriſtianus Druthmarus.
Conradus Abbas Vrſpergeñ.
Bonauentura.
Albertus Magnus.
Ludolphus Carthuſian.
S. Stephanus Epiſcopus Græcus.
Vuolfgangus Bawr.
Raphael Volaterranus.
Picus Mirandula.
Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus.
Nicolaus Cabaſila.
Hugo Eterianus.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Mutterſtat.
Ioannes Trithemius.
Gabriel Byel.
Dionyſius Carthuſiañ.
Antonin. Archiepiſc. Florentiñ.
Ambroſius Camaldulẽ. Abbas.
Bapt. Platina.
Baptiſta Mantuanus.
Beſſarion Cardinalis.
Antonius Monchiaceñ. Demochares.
Iacobus Zieglerus Bauarus.
Ioannes Ekius.
Onuphrius Panuimus Veroneñ.
Petrus Caniſius.

ADMONITIO AD LECTOREM.

OPere precium eſſe uidebatur, ut Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripturi, etiam de his quæ in ſacris literis leguntur, teſtimonia ſanctorum Patrum adduceremus. Non ad confirmandam rerum ueritatem (quid enim uerius ſacris literis) Sed ut oſtenderemus ſacras literas non aliter quàm in noſtra Hiſtoria ſcriptum eſt à S. Patribus fuiſſe intellectas. Similiter admonere uiſum eſt, ut quia pleraq; Sanctiſsimorum atq; grauiſsimorum uirorũ ſcripta nobis defuêre, quod hac uice neglectum, poſt habitam diligentem conquiſitionem Bibliothecarũ inſigniũ Germanicæ, Galliæ atq; Italiæ, ſecundam huius prioris noſtri Centenarij æditionem futuram locupletionem. Interim DEVM OPT. MAX. omniſq; ſapientiæ & ſcientiæ largitorẽ benigniſsimũ, & eius ſanctiſsimam Genitricẽ MARIAM ex animo precare, ut hoc meum inſtitutum quàm eſt honeſto Conſilio, & animo ad iuuandum pia ſtudia prompto à me inceptum, tam ſit etiam auſpicatum, & omnibus tum pietatis, cum honeſtatis ſtudioſis frugiferum. Nec te prætereat, poſt factam alicuius ſiue Hiſtoriæ ſiue rei mentionem, tum demum Eccleſiæ Doctorum, ex quibus ea decerpſimus, citationes ſubſequi, ne hoc deſiderare uidearis.

Abilus

INDEX RERVM ET PERSONA-
rum quæ in hoc Libro continentur.

A.

S. Abilius Epiſcopus Alexandrin. 65.a
S. Abdias Epiſcopus Babilonis. 65.a
S. Abilon Virgo permanſit. 95.a
Achaia Preſbyterorum & Diaconorum ſcripta. 194.b
S. Aduentinus Epiſc. Carnoteñ. 58.b
S. Aegilus Epiſcopus Bardouiceñ. 58.b.uit. & Martyr. 146.a
S. Aphrodiſius. 13.b. Epiſcopus Bituriceñ. 54.a.uit. & Martyr. 148. a. Eccleſias conſtruxit. 148.a
Albaueſta datur in baptiſmo. 46.a
S. Alcha Epiſcopus Tulleñ. 56.a
S. Altinus Epiſcopus Aurelianeñ. 58.b. Eccleſiæ ædificauit & Miſſas celebrauit. 149.a
Altaris uſus in primitiua Eccleſia. (79.b. 85.b
S. Am:nſtus Epiſcopus Remen. 53.b
S. Amon Epiſcopus Tullen. 57.b
S. Amator Epiſcopus Treceñ. 57.b
S. Amplias Epiſcopus Edeſſæ. 67.a
S. Amator ſolitariam uitam egit. 94.b (149.a
Anna filia Phanuel. 12.b. monialis. 12.b (95.a
S. Anacletus Papa. 50.a.uit. & Martyr. 141.b. Miſſ. celebrauit. ibid.
S. Andronicus Pannoniæ Epiſcopus. (53.a
S. Andreas Apoſtolus Epiſcopus Byzantin. 62.a. Patrarum. 63.a. uit. & Martyr. 151. a. Eccleſias inſtituit. 151. b. Miſſ. celebrauit. 152. a. adorauit crucem. 152.b
S. Anianus Epiſcopus Alexandrinus. (64.b
S. Ananias Epiſcopus Damaſcen. (65.a
Antiochen. Synodus. 67.b
Ananias & Saphira ut monachi uixerunt in communi cum alijs. 3000. (95.b
Andloiæ in Alſatia requieſcit corpus S. Lezari. 149.a
Apoſtoli facti clerici. 20. b. Sacerdotes. 35. a. electio. 21. a. uota. 20. b. Exorciſtarum & Diaconorum poteſtas collata. 21.a
S. Apollinaris Epiſcopus Rauennas. 51. a. uit. & Martyr. 143. b. Miſſ. celebrauit, ibidem.
S. Apelles Epiſcopus Smyrnen. (66 b
S. Agrippina, Eucharia, Euphemia atq; Dione caſtitatem uouerunt. 91 b (129.b
S. Aquila Epiſcopus Heracliæ. (62.b
Aquæ benedictæ uſus in Eccleſia Apoſtolorum. 93.a. 148.b
Aquileiæ templum ædificatur in honorem S. Euphemiæ, Doroth. Theclæ & Eraſmæ. 144.b
S. Ariſtobulus Epiſcopus Bethaniæ. 67.a. Inter Arelatum & Auinionem Eccleſia B. Dei Genetricis. 93.a. 148.b
S. Aſprenus Epiſcopus Neapolitañ. (51.b
S. Aſtremonius Epiſcopus Aruerneñ. (58.a
Aſyncritus Epiſcopus Hircaniæ. 67.a
S. Aurelianus Epiſcopus Lemouiceñ. (56.a

B.

S. Barnabas Epiſcopus Mediolanenſis. 51.a
S. Bartholomæus Apoſtolus adorat Crucem. 167.b. ſcripta. 196.a. uit. & Martyr. 166.b
Baptiſmi inſtitutio, 20.a. aqua ſolennibus uerbis conſecratur. 15.b. Paruulorum baptiſmus. 74.a. Ceremoniæ. (74.b
Benedictio dabatur in primitiua Eccleſia pro cõſecrandis uirginibus. 154.a (168.a
Betlehemiticus puteus in quo ſtella uidetur quæ magis appariut. 10. a
Bona opera, orationes, ieiunia requiruntur, non tantum fides. 12.b. 31.a. (123.a. 146.a
S. Bodardus Epiſcopus Moguntiñ. (52.a
Briſaci in Alſatia quieſcunt Geruaſ. & Prothaſ. 142.a

C.

Chriſti Epitheta. 1. a. & b. 11.b. 12.b. Natiuitas. 2. a. Circumciſio. 5. b. Fuga in Aegyptum. 13.a. baptiſmus. 16 a. Ieiunium & tentatio. 17.b. Cæna myſtica. 33. a. Paſſio. 37.a. reſurrectio. 45.b aſcenſus ad cælos 48 a. effigies & ſtatura. 49. a. Chriſtus ſummus Pontifex. 1 a. 11. b Sanctus Sanctorum. 1. b 10 b Baptizauit Petrũ & B. Virginem 20.a. Dominium habuit rerum temporalium. 23 a, docuit frangere Euchariſtiam. 34 b obtulit ſe æterno patri ſub ſpeciebus panis & uini & primus Miſſam celebrauit. 34.b. 35. a. 73. b. Sacramentum ſumpſit. 35.b
Catechiſmus precedit baptiſmũ. 48. b (137.b
S. Carpus Epiſcopus Perrhææ. 62.b
S. Caliſtus Epiſcopus Nicen. 65.a
Canticorum & hymnorum uſus à principio naſcentis Eccleſiæ. 84.a. 85.b. & circa ea pernoctationes. 86.a
Canonicorum regularium ordo S. Auguſtini Apoſtolico ſeculo inſtituitur. (91.a
Cardinales in Eccleſia Apoſtolica. (124 b
Canonum Apoſtolicorum conſtitutio. (124.b
S. Carpi uit. & Martyr. 156.b Miß. celebrauit. ibidem.
S. Cœleſtus Epiſcopus Meteñ. 54.b
S. Cedonius Epiſcopus Aqueñ. 56.b Miſſas celebrauit. 184.b
S. Cecilius Epiſcopus Heliberri. 61.b
Cerei & lampades Apoſtolorum tempore in Eccleſia. 81.b. 162.a
Cerinthianorum hereſis.
Ciborum delectus. 73.b. 84.b. 85.a & b. 93.a. 94 b. 116.b. 146.b. 147.b. 148 b 150.b. 156.a. 157.b. 164.b
S. Cletus Papa, 50.a. uit. & Martyr. 141.a. Miß. celebrat. ibi.
S. Clemens Papa. 50.a. Epiſcopus Sardicæ. 63. a. Vixit ut monachi ſolent in communi cum clero ſuo Romæ. 93.b. uit. & Martyr. 169.a. Miß. celebrauit. 169. b. ſcripta. 171.a
S. Clemens Epiſcopus Meteñ. 54. b uit. & Martyr. 126.b. Miſſ. celebrauit. (147.a
Cœlibatus in ueteri lege. 5.b
Concilij membra ſunt Sacerdotes non laici. 7.b
Confirmationis Sacramentum præfiguratur. 31. a. miniſtratur. 68. b. Cur baptiſmum ſequi ſoleat. 19 a
Confeßionis Sacramentum inſinuatur. 22.a. inſtituitur. 47.b
Conſtantini donatio a Chriſto præfiguratur. 30.a
S. Cornelius Epiſcopus Cæſarieñ. (65.b
Cœlibatus. 87.b

Conſecrationes elementorum aquæ, ſalis, ceræ, herbarum, factæ in Eccleſia Apoſtolica. 128 a
Coloniæ retinetur capitis Cranium S. Vitalis. 143.b
Chriſmatis conſecrationem Chriſtus Apoſtolos docet. 34.a. Conſecratio. (74.b
S. Creſcens Epiſcopus Moguntiñ. (52.a. Vienen. 54.a
Carthaginen. 63. b. Galatb. (67.a
Crucigerorum ordo temporibus Apoſtolorum inſtitutus. 91.a
Crucis efficatia & uſus in primitiua Eccleſia. 93.a. 130. a. 138. b. 139.a. 142.b.143.a et b.144 b.147.a.149. a.150 a.153 b.157.b.163.a.167 a.& (b.168.a
Cultus abſq; precepto licitus. 8 b
S. Cteſiphon Epiſcopus Vergij. (61.a
Cultus & Canonizatio Sanctorum & conſuetudo peregrinandi ad loca ſancta. 141 a

D.

S. Demophilus Monachus 94.a
S. Dionyſius Areopag. Epiſcopus Pariſien. 53.a. Melden 57 a. Athenien. 62 b ſcripta. 185 b
Diuitianus Epiſcopus Sueßion. (57 b
Dies tertius, nonus, quadrageſimus & aniuerſarius pro defunctis. 76.a 149.a 156 a 158 a.167 b
Dominica dies obſeruanda eſt & Miſſa in ea audienda. 74 b 78 b 84.b
Donauerdæ ſpina continetur de corona Chriſti. 41 b

E.

Ebersbaimenſe Monaſterium. 92.b
Ebionitarum hæreſis.
Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere tributum. 30.a
Eccleſia prima noui Teſtamenti. (37 a
Eccleſia antiquior ſcriptura. 48 a protempore inſtituit & abrogat prout uidetur conſultum exemplo Chriſti. (48 a.38 a
Eccleſiæ primitiuæ opulentia. 80.a. 81.b 141 a & b 144. b.145 b 146. a.148 a. & b 150 a 152 a. 153 b. (154 b 169 a
Egeſippi ſcripta 196 a
Elephanciaci S. Fl. Domicilla requieſcit. 145 b
S. Emilius Epiſcopus Lemonicenſis. (56 a
S. Epanetus Epiſcopus Sirmij. (61 b
S. Epaphras Epiſcopus Coloſſen. (65 a
S. Epaphroditus Epiſcopus Andriacæ. 66. b
S. Ephigenia Abbatiſſa amplius quam (200 Virginum 94 a 153.b
Epiſcoporum electio à plebeis nō ſemper fieri ſolita. 128 b
Eremitica uita. 17.b
S. Etherius Epiſcopus Bituricenſis. (54.b
Eucharistiæ communio ſub una ſpecie. (47 a 138 b 151 b 168 a
S. Euariſtus Papa. 50 b ſcripta. (204 a
S. Eucharius Epiſcopus Treuereñ. 52. b. conſtituit monaſterium S. Matthiæ.92 b uita.Treueris. 146 a
S. Eutropius Santoneñ Epiſcopus.55. a.uit. & Martyr. 147 b
S. Eugenius Epiſcopus Toletañ. 59 a uit.& Martyr. 146 b
S. Euphraſius Epiſcopus Eliturgi. (61.b
S. Euodius Epiſcopus Antiocheñ 64. a.ſcripta. 208 b
S Euphemia, Dorothea, Thecla & Eraſma Deo Virgines conſecratæ ſunt 92 a uit.& Martyr. 144 b
S. Euſtella monialis. 93 a 148.a
S. Euphroſinus Diaconus Virgo permanſit. 96.b
Euangelium lecturus benedictionem petit in primitiua Eccleſia. 149.a
Excommunicatio. 30 b
S. Exuperius Epiſcopus Baioceñ. (58.a

F.

Facere eſt ſacrificare. 34 b
S. Fœlix Epiſcopus Meteñ. 55.a
S. Fœlicola Virgo conſecrata fuit Chriſto. 91. b. 140. a uit. & Martyr. (140.b
Feſti dies. 73.a. 75 b
S. Fl. Domicilla monialis. 91. b. uit. & Martyr. 145.b
Fl. Ioſephi ſcripta. 205. a
S. Fronto Epiſcopus Petragoriceñ. 57. b. Miß. celebrauit. 149.a.150 b
Abbas. 70. Monachorum. 93.b. in ere mo uero 300. 150.b
S. Fuluianus Epiſcopus Myrmenæ. (66.a

G.

S. Gaius Monaſticam egit uitam. (94 a
S. Georgius Monachus. 93.b
S. Geruaſ. & Prothaſ. Martyr. (141.b

H.

Hæreticis fidei myſteria non ſunt reuelanda. 26.b
Herodis infanticidium. 14.a
S. Hermagoras Epiſcopus Aquilegienſis. 50. b. uita & Martyrium. (144.b
S. Herodion Epiſcopus Patrarum. (63.a
S. Heſychius Epiſcopus Carceſæ. (61.b
Hieroſolymis pars columnæ flagellationis Chriſti. 41.b
Hieroſolymitana Synodus prima. (68. a
Hieroſolymitana Synodus ſecunda. (68.a
Hieroſolymitana Synodus tertia. (68. b
Hieroſolymitana Synodus quarta. (68.a
Hieroſolymitana Synodus quinta. (69 a
Hieroſolymitana Synodus ſexta (76 a
Hieroſolymitana Synodus ſeptima. (76.a
Hieroſolymitana Synodus octaua. (76.b
Hieroſolymitana Synodus nona. (77.a
Hieroſolymitana Synodus decima. (77.b
S. Hierothei ſcripta. 185.b
Horæ Canonicæ. 95.a. 117. a. 150.b (164.a
Hymnorum die noctuq; & Pſalmorum decantatio. 143. b. 147. a. 148.a. 150. b.154.b. 157. a.158.a.162.a.& b (165.b.167 b.87.b

I.

S. Iaſon Epiſcopus Theſſalonicenſis. (63.a

S.Iacobus

S. Iacobus Apoſtolus frater Domini Epiſcopus Hieroſol. 64.b. Monaſticis ritibus eſt uſus. 95.a. uita eius. 164. b. ſcripta. 196.a
S. Iacobi Zebedei Apoſtoli uita & Martyrium. 163. Sudariolum liberat magicis uinculis conſtrictum. ibid.
Ieiunij hæreditatem Chriſtus reliquit. (19. a
Ieiunij uſus in primitiua Eccleſia. 93.a 95.a. 141.b. 146. b. 148. a. præceſſit baptiſmum in primitiua Eccleſia. 139. (a. 144.b. 168.a. 148.b. 161.a
S. Ignatius Epiſcopus Antioch. 64.a ſcripta eius. 207.a
S. Innocentes ſunt Martyres. 15.a. & b. orant pro nobis apud Deum & exaudiuntur. 15.b. Feſtum celebratum temporibus Apoſtolorum & Cypriani. 15.b
Indulgentiæ in primitiua Eccleſia. (150.a
Imaginum uſus licitus. 23.a. 166.b
Inferni quatuor. 45.a
S. Indaletius, Epiſcopus Vrci. (61 b
Ioſephi Antiocheni ſcripta. 205.b
S. Ioannes Euangeliſta Epiſcopus Epheſinus. 66.a. ſcripta. 206.a. à Chriſto è medijs euocatis nuptijs uirgo permanſit. 96.a
S. Ioannes Baptiſta Patronus ſolitudinis. 30. annis habitauit in eremo. 94.b. uita & Martyrium. 158.a
Iudas in cæna myſtica Dominicum ſumpſit corpus. 35.a
S. Iulianus Epiſcopus Cenomanenſis. 24.a. 57. b. uita. 150. b. Eccleſiam ædificat ibid.
S. Iuſtina in uirginitate perſeuerauit. 92. a. uita & Martyrium. 145.a
Iudæ Thadæi ſcripta. 204.a

K.

Kirieeleyſon uſus. 147. a

L.

S. Lazarus Epiſcopus Maſſilienſis. 55. b. uita. 149. a. Miſſam celebrauit. ibid.
S. Leontius Epiſcopus Senonenſis. (56.b
Lemouicæ S. Valeriæ templum conſtituitur. 150.a
S. Longinus monachus annis 38. (69.a
S. Lucius Papa. 49. b. uita & Martyrium. 141. a. Miſſam celebrauit ibid. ſcripta. 184.a
S. Lucianus Epiſcopus Beluacenſis. 54. b. uita & Martyr. 147.b
S. Lucius Epiſcopus Cyrenenſis. 63. b. Laodicenſ. 65.b
S. Luciæ uita & Martyrium. (141. a
Luminaria apud agonizantes in primitiua Eccleſia. 149 a. 161.b
Luminarium uſus. 162.a
S. Lucas uita. 166.a. ſcripta. 207.a

M.

Magorum aduentus. 6.b
Magi dicuntur reges. 6. b. 9. a. 10. a. uenerunt Hieroſolymam. 13. die poſt Natiui. 7. a. primitiæ gentium. 8. b. 10. a. Fuerunt Epiſcopi. 10. a. Miſſam celebrarunt. 10. a.
Manuum impoſitio. 91. a 68. b. 71.a 122.b. 129 a. 134.a. & b. 35 b. 137. a. 139. a. 143.b. 153. b. 157.b. 163.a. (164.b
S. Marcus Epiſcopus Aquileienſis. (50.b
S. Manſuetus Epiſcopus Tullenſis. (56.a
S. Marcus Epiſcopus Alexandr. 64.b uita & Martyr. 154. b. Eccleſiam conſtruxit. 155. a. Monaſticum ordinem Aegyptijs tradidit. 95.a. Monachis leges præſcripſit ibid.
Miſſa celebrauit. 155. b. ſcripta. (25.a
S. Marcelli ſcripta. 183. b. 196.a
S. Martialis Epiſcopus Aruernenſis. 58. a. Burdegalenſis. 58.b. Agenenſis. 53. b. Pictauienſis. 54. a. Bituricenſis. 54. a Cadurcenſis. 54.b Santonenſis. 55. a. Anicienſis. 55.a Ruthenenſis. 55.b. Engoliſmenſis. 55. b. Lemouicenſis. 56.a
Mimiatenſis 57.a. Toloſanus. 59.a. ſcripta. 205 b. Eccleſias multas conſtruxit. 149. b. 150. a. Baculo ſuo paralyticum ſanat. 150.a
Miſſas celebr. ibid.
S. Maro Epiſcopus Tripolitanus. (65.b
S. Martianus Epiſcopus Syracuſanus. 67.b
S. Maternus Epiſcopus Colonienſis. (22. a. 52. a.
Treuirenſis. 52.b. Tugrenſis. 53.a Monaſterium Ebersbaymenſe conſtituit. 92.b
S. Mathias Apoſtolus, uita & Martyr. 164.a. Cænobium illius Treueris. (92.b
S. Martha Abbatiſſa. 93.a
S. Maria Virginitatis uotum uouit. 94. b. uita. 160. a. Inſtituit cænobium Chriſtianũ. 120.b. Virginũ. 94.b Formæ ſtaturæ & corporis habitus. 162.b
S. Maria Magdalena 30. annis in eremo habitauit. 95. a. uita. 163. b. Eccleſiam conſtruxit ibid.
S. Mariana uirginitatem uouit. (96.a
S. Matheus Apoſtolus, uita & Martyrium. 153. a. Eccleſias ædificat ibi. & 153. a. Miſſas celebrauit. 154. a. ſcripta. 195.a
Matrimonium eſt ſanctum. 20.a. 30.b
S. Maximus Epiſcopus Aquenſis. 55. b. uita & Martyrium. 148.a
Miſſas celebrauit ibid.
S. Maximus Epiſcopus Siciliæ (67.b
S. Mennus Cathalaunenſis Epiſcopus. (57 a
Menandrianorum hæreſis.
Miſſæ ſacrificium in cælo Chriſtus excipit. 11.a
Miletana Synodus. 82.b
Miracula quæ contigere circa Chriſti Natalem. 3.b
Miſſæ ſacrificij ornatus à Chriſto originem habet. 41.a
Moſes apparuit animo Chriſto non in ſuo ſed in alio per miraculum aſſumpto corpore. 29 b
Monachi tempore Philonis. 83 a tempore Areopagitæ. 86. b. tempore Ioſephi. 87.a
Monachorum conſecrationes & ritus circa eandem tempore Apoſtolico (86.b. 88.a
Monialium origo. (85.a.

Monachi Carmelitæ tempore Prophetarum 89. a & b Apoſtolorum. 90 a & b Prophetarum.
(90 b
Monachorum Cœnobia & cellulæ multæ in Aegypto.
(95.a

N.

S. Nazarius Epiſcopus Gebenenſis. 56. a. uita & Martyr. 141. a. Eccleſias ædificat ad Miſſam ſolennia. 142.b
S. Narciſſus Epiſcopus Patrarum.
(63.a
S. Nerei & Achill. uita & Martyriū.
(141.b
S. Nicaſius Epiſcopus Rhotomagenſis. 55.a
Nicenus Epiſcopus Syluanectenſis.
(58.b
S. Nicomedis uita & Martyr. 140. b Miſſas celebrauit ibid.
Nicolaitarum hæreſis.

O.

Oblationum uſus in primitiua Eccleſia
(70.b
S. Olympus Epiſcopus Philipp.
(63.b
Oleum baptizandorum. 77 b
Olei & aquæ benedictio. 75.b
S. Oneſius Epiſcopus Byzantinus. 62.a
Epheſinus. 66.a
S. Optatus Epiſcopus Carnotenſis.
(58.a
Orationis uſus & efficatia in Apoſtolica Eccleſia. 37. a. 93. a. 95. a. & b.
(123.a.120. a.129. a.135.a
Orationis uſus mane & ueſperi & uerſus orientem. 84. a. frequentia. 118 b 137. a.138 b.141 b 142 b.145. b.152.a 153.b.154.a & b 155 a. & b 157 b.
(164.b 167.a. 169.b

P.

Papa fundamentum Eccleſiæ. 27.b
(115.a
Papa benedicitur beatus. 27.b.114.b
Papa recte nomen mutat 27 b 114.b
Papæ omnia myſteria et fidem noſtram reuelat Chriſtus. 27.b
Papa claues habet regni cœlorum, principatum Eccleſiæ Catholicæ. 28 b
(115 a
Sine Papæ authoritate concilium nullum eſt. 28.a
S. Palladius Epiſcopus Santonenſis.
(55 a
S Pancratius Epiſcopus Siciliæ.
(67.a
Patrini baptizandorum 72 a
Paſtoratus ouium Chriſti quid ſit.
(116 a
Papiæ ſcripta 208 b
Pœnitentiæ ſigna cum uſu Cilicij in primitiua Eccleſia. 122 a 146 a.150 a
S Paulus Epiſcopus Lucenſis 51 b
S. Paulus Sergius Epiſcopus Narbonenſis. 56 a
S. Pauli uita & Martyrium 133 a
Paulus uas electionis 134 a Sudaria & ſemicinctia morbos curant. 135.b à cæde ſua Neroni apparuit 139.a abſciſſo capite pro ſanguine unda lactis emanauit. 138 b caput abſciſſum tertio ſaltauit 139 a Miſſarum ſolennia celebrauit. 139 a corporis forma & ſtatura 140 a ſcripta. 206 b
Petri Epitheta. 6 b
(113 b 114 a
Petri primatus. 20. b 21 b 23.b 25 a & b 27 b 28 b 29 b.30 a 36 b 37.b 46 a 76 a 115 a 116 b
(117 a 119. a 123 a 133 a.162 b
Petro promittitur regnum cœlorum
(19 a
Petrus Chriſti uicarius. 29 b 116.a
Primus Pontifex noui teſtamenti. 39 b 49 a Epiſcopus Antiochenus. 64 a
Petri Pontificatus 47 b. 115 b. à Chriſto immediate & illius ore conſecratus Epiſcopus. 47 b 116 a. uita & Martirium 113 b. ducit uxorem antequā Chriſtum agnoſcat. 114.a cognito Chriſto cum conſenſu reliquit uxorem. 114. b
Primus Chriſtum nouit. 114 b Forma rectorum omnium Eccleſiæ. 115 b
Miſſam celebrat Hieroſolymis. 116 a Cæſareæ. 120. b. Antaradi. 121 b Antiochiæ. 122 b Romæ. 123 b Vmbra ſanat ægrotos. 122 b. Eccleſiam ædificat Antaradi 121 b
Catenæ illius eijciunt dæmones. 119 b
Sacre tonſuræ conſuetudinem Primus dedit 122 b. Antiochiam uenit. 122 a Romam uenit. 123. a. Conſecrat templum Romæ 123 b Romam Babylonem appellauit & qua ratione 124 a Alexandriæ fuit 124 a. baculo abſens excitat mortuos 124.a 150 b. Indulgētias cōcedit. 124.a 126 b inſtituit ieiunium Sabbathi. 125.a Aduentum Domini & Natalis Dominici feſtum ordinauit ibidem Ieiunia 4 temporum conſtituit. 126 a. Monachatum docuit 126. b. Horas Canonicas, , cantum Eccleſiaſticum & uigilias tradidit ibidem. Crucem adorat. 131. a Statura & corporis forma. 133. a ſcripta
(204 b
S. Petronella uirginitatis uotum emiſit. 95. a uita.
(166 a
S. Pelagia à B. Thoma nuptijs euocata fit monialis. 96 b
(168.a
S. Philemon Epiſcopus Gazæ.
(62 b
S. Phlegon Epiſcopus Marathonenſis. 63 a
Phigellus Epiſcopus Epheſi.
(66.a
Primus Apoſtata Epiſcopus.
(123. a
S. Plato Epiſcopus Myrmenæ.
(66 a
S. Policarpus Epiſcopus Bizantinus.
(62 a
S. Polymius Epiſcopus Indiæ.
(65.a
S. Potentianus Epiſcopus Senonenſis. 56.b. Eccleſias conſtruxit. 149 b Miſſas celebrat ibid.
Portæ inferi non præualebunt aduerſus Petrum fundamentum.
(28.a
Philippi Apoſtoli uita & Martyrium: 157. b. Eccleſias multas ædificat ibid. Miſſas celebrauit. 158.a
S. Philippi Mediolanenſis ſcripta.
(284.a
Philonis ſcripta. 194.b
Policarpi ſcripta. 208. b
Pontifex habet poteſtatem ligandi & ſoluendi in uniuerſa Eccleſia. 29.a
(115.a
Pontifex quamdiu hæretica non præcipit ei obedire tenemur.
(32 a

Ad

Ad pedes Pontificis procidere eſt Apoſtolicum. 122.a
S. *Plutarchus Epiſcopus Byzantinus.* (.62.a
S. *Publius Epiſcopus Athenienſi.* 62.b
S. *Prochorus Epiſcopus Nicomediæ.* (66.b
Prope Pariſeos Eccleſia erigitur in honorem S. Dionyſij. 146.b
S. *Proceſſ. & Martinianus.* 129.b. *uita martyrium.* 140.b
S. *Proſdocimus Epiſc. Paduanus.* 51.b
Pœnitētiæ Sacramētū inſtituitur. 47.b
Proceßiones Eccleſiæ primitiuæ. 37.a (48.b
Purificatio B. uirginis. 10.b.

Q.

Quadrageſimā Apoſtoli præcipiūt. 19.b.73.a. *obſeruatur* 84.b.146.a.147.b.
S. *Quartus Epiſcopus Beryti.* 65.b
S *Quadrati ſcripta.* 194.a

R.

Religioſi non tenentur laborare manibus. 24.a
S. *Regulus Epiſcopus.* 53.b. *Syluanecten.* 58.b.
Reliquiarum cultus & ueneratio. 132.a 141.a. *et* b.142.b.143.a.144.b.145.a. 146.b.156.a.157.a. 160.162.a. & b. (163.b.165.b.167.b.168.b
Rhodi ſpina de corona Chriſti. 42.a
Romana Eccleſia ab omni hæreſi fuit immaculata. 28.a.115.a
Romæ pars colūnæ flagellationis Chriſti. 41.b
S. *Rognobertus Epiſc. Baiocen̄.* 58.a
S. *Romulus Epiſcopus Feſulanus.* 61.a
S. *Rufus Epiſcopus Thebarum.* 63.b

S.

Sacerdotes ſunt paſtores. 4.b
Sanctorū intercesſio. 22.a. 27.a.170.a
Sanctorum inuocatio. 43.b
S. *Sagaris Epiſc. Laodicenſis.* 65.b
S. *Sanctinus Epiſc, Meldenſis.* 57.a *Virdunenſis.* 58.a
Satisfactio in omni culpa requriitur. (40.a
S. *Sauinianus Epiſc. Senonenſis.* 56.b *Vita & Martyr.* 149. *Eccleſias plures edificauit ibid. Miſſ. celebrauit ibid.*
S. *Seruitianus Epiſc. Bituricēſis.* 54.b
S. *Secundus Epiſcopus Abulæ* 61.b
S. *Senecæ ſcripta.* 184.b
S. *Silas Epiſcopus Corinthi.* 62.a
S. *Siſminius Epiſc. Remenſis.* 53.b *Caſtitatem uouit.* 627.a
S. *Simon & Iudas uita & Martyr.* (168.b
S. *Simiſlus Epiſcopus Sueßio.* 57.b
Simonia Simonis magi.
S. *Syrus Epiſcopus Papienſis.* 51.a
S. *Symeon Cleophæ Epiſcopus. Hieroſol.* 64.b
S. *Sixtus Epiſcopus Remenſis.* 33.b
S. *Sixtus Epiſcopus Sueßion.* 57.b
S. *Soſipater Epiſcopus Theſſalonicenſis.* 63.a
Spinæ continetur pars columnæ flagellationis Chriſti. 41.a
Spiræ 4. *Spiræ de corona Chriſti.* (42.a
Spiræ de Spongia Domini noſtri habetur. 45.b
Spiræ relliquiæ de ſepulchro Domini. (45.b
Stolæ uſus. 47.a.147.a
S. *Stachis Epiſc. Byzantinus.* 62.a
S. *Stephanus Epiſcopus Narbonenſis.* (56.b
S. *Stephanus, uita & Marty.* 1 65.b
Suphronius Epiſcopus Moguntinus. (52.a

T.

S. *Taurius Epiſcopus Eboricenſis.* (57.a
Tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſum terram patiente Chriſto. 43.b
Terræ motus patiente Chriſto 44.a
S. *Thecla renunciata cōnubij fide uirgo manſit.* 96.b. *uita.* 157.b
S. *Theodora caſtitatem uouit.* 91.b
S. *Timotheus.* 66.a. *uita & Martyr.* (156.a
S. *Titus Epiſc. Colophoniæ.* 66.b
S. *Titus Epiſcopus Cretenſis.* 67.b
S. *Timotheus & Apollinaris, uita, & Martyr.* 147.a
S. *Thomas Apoſtolus uxorē nō duxit.* 95.a. *uita & Martyrum.* 1 67.b
Miſſas celebrauit. 168.a
Tonſure monaſticæ uſus in primitiua Eccleſia. 95.a.168.a
S. *Torquatus Epiſcopus Accij:* 61.a. *uita eius & ſociorum.* 151.a
S. *Torpetis uita Martyr.* 145.a
Treuiris Eccleſia S. Ioannis Euangeliſte. 92.
Treuiris Eccleſia ædificatur a S. Nazario. 142.b
S. *Trophimus Epiſcopus Arelatenſis.* 53.b
Thuris uſus. 8.b

V.

Vade poſt me Sathana, ut intelligendum. 29.a
S. *Valerius Epiſcopus Treuerenſis.* (52.b
Vaſa aurea argentea uelamina & omnia ſacrata fuère in Eccleſia Apoſtolica. 81.a
S. *Valeria uirginitatē profitetur.* 93.b (150.a
Velaminis uſus quo conſecrantur moniales in Eccleſia Apoſtolorum. 91.b (93.b.96.148.b.153. b.168.a.169.b
S. *Victorinus Epiſcopus Amiternæ.* 51.b. *uita et Martyr.* 146.a
Virginitas à principio naſcentis Eccleſiæ ſeruari ſolita. 85.a
Virginitas non neceßitate, ſed Spontanea omni deſtinatione colitur. 85.a
S. *Vitalis & Vrſinus Martyres, et uita.* 143.a
S. *Viſbij ſcripta.* 184.
Vnctionis extremæ ſacramenti inſtitutio. 24.b.75.b
Votum paupertatis. 31.a
Votū caſtitatis. 87.c.91.b.92.a. 145.b 157.b.160.b.161.a.166.a.169.91.b.93.b 94.b.95.a.96.a. *ſta* b.144.b.144.a (145.a
Votum monaſticum. 94.a.148.b
S. *Vrſinus Epiſc. Bituricenſis.* 54.a
Vrbitus Epiſcopus. Aruernenſis. 58.a
S. *Vrbanus Epiſcopus Tarſenſis.* 66.b

X.

S. *Xantippe caſtitatem uouit.* 92.a (129.b

FINIS.

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO · ROMA ·